CORPUS IURIS CIVILIS

EDITIO STEREOTYPA QUARTA

VOLUMEN TERTIUM

NOVELLAE

RECOGNOVIT

RUDOLFUS SCHOELL

OPUS SCHOELLII MORTE INTERCEPTUM

ABSOLVIT

GUILELMUS KROLL

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MCMXII

PRAEFATIO.

Rudolfus Schoell cum praematura morte nobis eripiebatur, imperfectam reliquit Iustiniani novellarum editionem, quam ante finem anni 1893 se absoluturum esse speraverat. Circumspiciens igitur Theodorus Mommsen eum, qui intra idem fere temporis spatium finem rei imponeret, tandem in me incidit, qui non sine aliqua dubitatione opus suscepi et fortasse detrectassem, si omnes rei difficultates tunc cognitas habuissem. Illud certe spero, qui de meis quoque curis sententiam laturi sint, reputaturos esse, quam aliena sint haec studia ab homine philologo longe diversas res tractare solito.

Sed ut missis ambagibus ad ipsam rem transeam, cum diem obibat Schoell, typis impressae erant nov. I—CXXXIV c. 13 p. 688 (fasc. X—XIV = vol. III fasc. I—V); sequentia usque ad nov. CLXIII p. 750, 18[1]) paene adeo erant perfecta, ut typis tradi possent; praeterea schedae tantum sanequam exiles aderant ad novellas quinque ultimas spectantes, notulae paucissimae ad edicta, appendicis edendae subsidiorum nec vola nec vestigium. Ea igitur usus sum ratione, ut quaecunque Schoellium servaturum fuisse putarem, ipse quoque servarem; ubi ille ad certum indicium se non pervenisse significasset, meum utcunque sequerer ingenium; errores si quos detegebam, tacite sustuli. Praefationem qualem confecturus fuerit, prorsus incertum; studia certe ad textus historiam adumbrandam prorsus nulla reliquit. Duplilcem igitur veniam mihi oblatum iri spero, quod subsidia ad hanc editionem adhibita enumerare satis habeo[2]).

Iustiniani igitur novellarum (*τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων*) syllogae olim extiterunt plures, ex quibus melius novimus tres:

I. collectionem 168 novellarum

II. eam qua usus est interpres latinus vetus (Authenticum)

III. eam ex qua Iuliani epitome latina fluxit.

Collectio autem 168 novellarum facta est Constantinopoli Tiberio regnante nititurque sylloge vetustiore Iustiniani novellas usque ad annum fere 544 latas comprehendente, cui additae sunt et eiusdem imperatoris leges recentiores et Iustini quattuor (CXL. CXLIV. CXLVIII. CXLIX), Tiberii tres (CLXI. CLXIII. CLXIV), praefectorum praetorio formae tres (CLXVI—CLXVIII). Continebat eas quoque leges, quae latina lingua conscriptae erant, versione graeca non adiuncta. Hanc collectionem integram codex exhibet nullus (paene integram M), sed omnibus subsidiis adhibitis paene integram restituere possumus, talem fere qualem in hac vides editione.

Ex hoc ipso corpore fluxit epitome quam *Theod.*
confecit Theodorus scholasticus Hermopolitanus, qui codicis quoque breviarium graecum conscripsit nec multo post annum 575 fuisse videtur. Inscribitur ea in codice unico sic: *Σύντομος τῶν νεαρῶν διατάξεων σὺν παραπομπαῖς τῆς κειμένης ὁμοίως διαιρέσεως πῆ μὲν ἐν τῷ κώδικι, πῆ δὲ ἐν αὐταῖς ταῖς νεαραῖς, Θεοδώρου σχολαστικοῦ Θηβαίου Ἑρμοπολίτου.* Disposuit rem ita, ut numerum rubricam exordium sequatur epitome, cuius singulis capitibus subiunguntur *παραπομπαί* i. e. mentiones eorum Codicis, vel ipsarum Novellarum locorum, qui ad constitutionem intellegendam aut illustrandam idoneae viderentur; subscriptiones semper adduntur. Edidit ex codice Athoo maximae laurae 37 saec. XI (qui desinit in nov. CLXVI verbis *τὰ τοῖς τῶν χρόνων*) Zachariae *Ἀνέκδοτα* Lips. 1843. p. 1—165.

1) Hinc igitur prima persona (*correxi* etc.) non iam Schoellius designatur. Asterisco, quo suas emendationes distinguere solebat ille, usus non sum.

2) Cf. F. A. Biener Geschichte der Novellen Iustinians. Berlin 1824. Zachariae von Lingenthal Gesch. d. griechisch-römischen Rechts.³ Berlin 1892. P. Krueger Gesch. d. Quellen und Litt. d. röm. Rechts. Lpz. 1888 p. 355 ss.

B Corpore 168 novellarum usi sunt etiam qui Leone imperante (886—911) compilaverunt Basilica. Quot et quas novellas receperint, discimus e scholio quod e Tipuciti codice Vatic. 853 bombycino (?) saec. XIV f. 500r (ubi extat in fine libri LX Basilicorum) primus edidit Alemannus in notis ad Procopii hist. arc. XIV p. 78, deinde Heimbach ed. Basil. II p. VIII: *χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι ρξη΄ νεαραὶ συνετέθησαν παρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ. ἐξ αὐτῶν ρμα΄ ἐτέθησαν εἰς τοὺς προσφόρους τίτλους τῶν ξ΄ βασιλικῶν βιβλίων, αἱ δὲ λοιπαὶ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι παρεσιωπήθησαν, ἤγουν β΄. ε΄. ς΄. ζ. θ΄. ια΄. μ΄. μς΄. ν΄. νδ΄. νε. νς΄. νη΄. ξη΄. οδ΄. οε΄. ος΄. οθ΄. πγ΄. πδ΄. ϛη΄. ρς΄. ρκζ. ρκθ΄. ρλζ. ρμ΄ καὶ ρμθ΄* (cf. Biener 135). Scholion est antiquissimum aut certe ad codicem spectat antiquissimum; nam sequenti aetate numerum novellarum in Basilicorum codicibus omissarum in dies crevisse testantur Michael Psellus in *συντόμῳ διαιρέσει τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ* (edidit Heimbach *Ἀνέκδοτα* II Lips. 1840 p. 234) et index reginae qui dicitur (editus ibidem p. 237 e cod. Paris 1349 s. XI) qui enumerat 168 novellas addens aut num in Basilicis desint aut ubi extent. Hi igitur plane consentiunt de eis, quas deesse dicit scholiasta (nisi quod tacet Psellus de nov. IX. XI latinis et de LIV. LV. CXLIX, ind. reg. de IX), seu uterque plures omitti ait partim easdem partim diversas. Addunt enim Psellus et index nov. XXXVIII. LXII (lat.) LXVII. LXXVII. CI. CIV (lat.) CV. CXXVII. CXXXIX. CXLI. CLIV, Psellus solus CLXI (sed *ρξγ΄* reponendum puto pro *ρξα΄*), index solus X. XIX. XXXIII (lat.). XXXIV (lat.). XLV (falso). LXV (lat.). LXX. CX. CXXXVIII (lat.). CXLVII. CXLVIII. CLXIII (?). Etiam plures absunt a codicibus Basilicorum qui supersunt[1]). — Quae autem receptae sunt plerumnue integrae non manserunt; omiserunt enim Basilicorum redactores semper epilogos cum subscriptionibus, plerumque rubricas inscriptiones prooemia (prooemia, rarius inscriptiones, nonnumquam attulerunt scholia Basilicorum, totarum novellarum interdum epitomas Theodori), praeterea ex ipsis constitutionibus quae eis minus videbantur necessaria. Latinarum summas receperunt Theodori (XXIII. XXXV. XXXVI. XXXVII. LXII. LXXV. CIV. CXI. CXIV. CXXXVIII. CXLIII. CL) atque etiam paucarum graecarum (LI. CXXI. CXXII? CLXV).[2])

Basilicorum libri sexaginta qui olim fuerunt non omnes servati sunt; desunt enim 19. 31—37. 43. 44. 53—59. Sed in his quae infuerint novellae plerumque discimus ex indice reginae eisque qui insunt in codicibus Coisliniano et Parisino Tipucitique paratitlis[1]), partim etiam e synopsi alphabetica, partim e codice Ambrosiano (cf. infra). Fuit igitur in B

l. 31 t. 5, 1: nov. LXXXI t. 7: nov. CXII 7

l. 32 t. 1: nov. XII 4. XVIII 11

l. 32 t. 2: nov. LXXXIX 9

l. 33 t. 2: nov. CLIII 1

l. 35 t. 11, 81: nov. CVIII t. 18, 1: nov. CLVIII t. 20, 2: nov. CVII

l. 36 t. 1, 7: nov. CLIX

l. 37 t. 11, 1—4: nov. LXXII t. 12, 1: nov. XCIV t. 12, 2: nov. CLV

l. 48 t. 26: nov. CLVI

l. 55 t. 14, 1: nov. CLVII t. 14, 4: nov. CXXII t. 14, 5: nov. CLVI

l. 57 t. 5: nov. CXXX t. 8: nov. CXVI t. 9: nov. LXXXV t. 19, 1: nov. CLII

l. 59 t. 4, 1: nov. XLIII t. 4, 2: nov. LIX

De ceterarum quae nunc desiderantur locis pristinis coniecturas proponit Biener 583 (cf. Heimbach VI 416 ss.). Cf. infra p. XIV.

Basilicorum editiones extant duae, quarum alteram curavit Annibal Fabrot Parisiis Bf 1641—1647 septem volumina complectentem, qui hos edidit libros hisce usus codicibus:

l. 1—18, 2, 16 e codice Paris. 1352 membr. saec. XIII qui textum habet decurtatum

l. 20—30 e codice Paris. 1348 bomb. saec. XIII

l. 28. 29 e codice Paris. 1354 chart. a. 1556 (apographo codicis Laur. 80, 11)

l. 38—42 e codice Paris. 1345 membr. saec. XII

l. 45—48 e codice Paris. 1349 membr. saec. XI et 1354

l. 60 e codice Paris. 1350 membr. saec. XIII.

Supplementum dedit Reitz Lugd. Bat. 1765, qui l. 8 edidit e codice Leidensi, qui fluxit ex Escorialensi deperdito, l. 49—52 e codice Parisino 1357 chart. saec. XV.

Alteram editionem paravit G. E. Heim- Bh

1) Etiam aliunde constat iam XI. et XII. saeculo codices extitisse decurtatos: Heimbach VI p. 158. Inde quod novellae a scholiasta commemoratae etiam in codice L omittuntur neque ullae praeter eas nisi latinae paucae, novellarum delectum in hoc codice extantem Basilicis non multo recentiorem esse colligitur.

2) Id quoque evenisse, ut posteriores loco verborum integrorum antiquitus receptorum summas ponerent, hoc confirmo exemplo: nov. XVII extat in B 6, 3, 22—38, sed in cod. Paris. 1352 nil inest nisi quorundam capitum summae. — Verba Iustiniani haud ita magnum in B passa sunt detrimentum, nisi quod vocabula latina semper in graeca mutata sunt; ceterum et hic et alias tenendum est, accuratam Basilicorum recensionem nondum extare.

1) Paratitla librorum 1—12 edidit Heimbach II 753 e codice Vatic. 853 pessime ut solet (cf. Brandileone bull. dell' ist. di dir. rom. I 107 ss.); ex sequentibus quaedam adnotavit in notis indicum quos supra dixi. Tipucitus fictum ex *τί κοῦ κεῖται*: cf. Heimbach II p. VII ss. *ἀνέκδ.* I 220 s.

bach (sex voll., Lips. 1833—1870) his praeter editiones Fabroti et Reitzii usus auxiliis:

B[a] ad l. 1—9 codice Coislin. 151 bomb. saec. XIV (non saec. XI)[1])

B[e] ad l. 11—14 codice Coislin. 152 membr. saec. XIII vel XIV

B[t] ad l. 28. 29 codice Laur. 80, 11 membr. saec. XII.

Nuper denique in bibliotheca Ambrosiana codex F 106 sup. detectus est palimpsestus, cuius prior scriptura quae saeculo X. a peritis tribuitur exhibet excerpta ex toto Basilicorum opere (B[a]). Ediderunt quae in codice legere potuerunt Ferrini et Mercati Lipsiae 1897 (= volumen VII editionis Heimbachianae). Novellarum locos, quos legerunt, cum editione nostra contuli et has lectiones varias enotavi:

Nov. XII 4 est in B[a] 32, 1 inde a. p. 98, 10 *εἴ τις γνησίων εἴη παίδων* (sic) — 22 *συνέχειαν*
15 *ταῦτα*] *μετὰ ταῦτα*
16 *μείνοιεν* (quod vellem non attigisset Schoell) *οἱ τῶν*
19 *μὴ* M] *οὐ* LAB[a]

XVIII 8 — p. 134, 25 *θεσπίζομεν* fuit in B[a] 23, 1, 61 et 62
16 *τὴν* om.
γενομένη
19 ACOLIOU
20 om. *ἐξ ἐκείνου*
21 *ὑπέβαλλεν*
25 *δὴ*] *δὲ*
27 *ῥηθεῖσι*
31 *φήσοι*
33 *τούτων*

XVIII 11 est in B[a] 32, 1 inde a. p. 137, 28 *θεσπίζομεν* — 138, 7
27 *ἢ π. νομ.* om. ut BL
30 *καὶ* om. ut BL
31 *καὶ τοὺς* — 34 *τρόπους* om. ut BL
34 *ἔπειτα* ut BL
35 *συγγράψειε*
εἰ pro *ἢ* ut BL
138, 1 *συλλάβωμεν*
2 *γνήσιοι* ut B
5 *ἀφίκοιντο*

LXXVIII 3 (*εἴ τις* etc.) et 4 (— 386, 36 *δουλεύοντας*) habet B[a]
386, 1 *μόνον*
14 *γίνοιντο*
19 *ἢ*] *ἢ καὶ* ut P
20 *μετὰ ταύτην*
21 *ἀλλὰ* sine *ἅμα* ut LPς
22 *γραφῇ* bis habet
τῶν τοιούτων συμβολαίων
om. *εὐθὺς* — 28 *γραφῇ*
28 *δώσει*

386, 29 *δοῦναι*
πῶς ἂν οὐ

LXXXIX 9 (praeter 438, 10 *εἴ τις* — 30 *ὑφ' ἡμῶν*) et 10 est in B[a] 32, 2
438, 3 *τῆς γαμετῆς* ut L
6 *ἐπίτεδες*
9 *προτελευτάσης* (?)
439, 4 *καθιστᾶναι*
9 *οὕτως συντόμως*
τὴν τοσαύτην

c. 12 § 2 (inde a *θεσπίζομεν* p. 441, 21) — 15 usque ad p. 444, 15 *μειουσίαν* extant ibidem
23 *παισὶν ἢ τῇ*
24 om. *περαιτέρω* — 25 *παλλακῇ*?
27 *κἂν εἴ τι*
38 *καὶ* om. ut L
39 *μεταγαγεῖν*
442, 7 *συμβουλήσεσιν*
11 *τελευτήσοι* ut ML
15 *οὐδὲν*
τούτου ut L
19 *ἀναμφίσβητος*
22 *τῶν* om.
25 om. *πρὸς* ut cett.
32 *πολλὰς παλλακὰς*
37 om. *γὰρ*
38 *ἐπεισαγαγεῖν*
443, 15 *καταλείποι*
20 om. verba latina
25 *ἐγγόνων* ut Theod. Ath.
444, 2 *βεβαιουμένους* ut L
5 om. *πάντα* — 6 *παίδων* ut L
11 *γάμον* ut L
ἢ NEFRIΩN (schol. *οὗτοι ἁμαρτάνοντες εἰς ἁρπαγεῖσαν παρθένον*) *ἢ INESTΩN* (schol. *τῶν εἰς συγγένειαν*) *ἢ δαMNατων* (schol. *καταδεδικασμένων*)

CXVII 7 (usque ad *παρέχοντος* p. 556, 26) est in B[a] 31, 7 (vulgo 31, 6)
17 *συνίδομεν*
22 *ἀναμφισβήτως*
26 om. *τοῦ πατρός*

CLIII 1 (*θεσπίζομεν ὅσοι ἐν-*) est in B[a] 33, 2
729, 1 om. *τόποις*
ἀπορριφθέντες
2 *καὶ εἰ*
5 *πόσῳ μᾶλλον* ut ML
7 *τούς τε ὁσιωτάτους ἀρχιεπισκόπους καὶ ἐπισκόπους καὶ τὰς ὑπ' αὐτοὺς ἁγίας τ. θ. ἐκκλησίας καὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους ἄρχοντας βοηθεῖν*
9 *μήτε* ut cett.
10 extat *καί*.

Praeterea ad l. 46—48 Parisinum 1357 denuo contulit frater, ad. l. 60 Paris. 1350 Tischendorf, ad l. 49—52 interdum adhibuit Vatic. 2075. Supplementum edidit Zachariae Lips. 1846 ll. 15—18 pleniores publicans e cod. Opolitano (nunc Berol.). In libris igitur 10. 20—27. 30. 38—42. 45. 49—52 solis

---

1) Ne hunc quidem librum integrum esse demonstrant Krueger Zeitschr. f. Rechtsgesch. IX 198 Zachariae Beitr. zur Kritik u. Restitution d. Basiliken. Mém. de l'acad. de St. Pétersbourg VII 23 (1877) n. 6.

fere nitimur Fabroti et Reitzii editionibus in ceteris praeterea collationes habemus minimme fideles.

B' E Basilicis integris fluxit synopsis alphabetica scholiis instructa saeculi decimi fere medii (*ἐκλογὴ καὶ σύνοψις τῶν βασιλικῶν ἑξήκοντα βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον*), quam edidit post Leunclavium (Basileae 1575) Zachariae Jus Graeco-Romanum V. Eiusdem temporis est ecloge librorum 1—10, quae olim Theodori nomine iniuria ferebatur; cuius codice Meermanniano usus nonnulla protulit Heimbach (cf. I p. XI).

Non eiusdem momenti cuius Basilica duae similes sunt collectiones antea factae, *ὁ πρόχειρος νόμος*
Proch. (Prochiron) publicatus a Basilio Constantino Leone imperatoribus inter annos 870 et 878 (ed. Zachariae Heidelberg
Epan. 1837) et *ἐπαναγωγὴ τοῦ νόμου* (Epanagoge) a Basilio Leone Alexandro imperatoribus inter annos 879 et 886 edita (ed. Zachariae collectio librorum iuris Graeco-Romani. Lips. 1852). Uterque liber eiusdem fere est argumenti ita, ut ordo solus differat; uterque paene totus ex Iustiniani libris conflatus est paucissimis recentibus legibus receptis; uterque et ipsis novellis utitur (recensione tamen, ut videtur, a corpore 168 novellarum diversa) et Theodori interdumque Athanasii epitome. Sicubi a novellarum verbis hi libri suo arbitrio recedunt, varietates non semper commemoratae sunt, sed eae fere solae, quae e traditione novellarum diversa derivandae esse videntur. Locos novellarum in Epanagoges scholiis citatos non respexit Schoell.

Et Prochiron et Epanagoge postea aucta sunt. Prochiron auctum circa annum 1300 compositum (ed. Zachariae JGR VI) epitomis potius et Basilicis et ceteris fontibus usum est quam ipsis novellis ideoque rarissime commemoratur.

Epanagoge aucta (ed. Zachariae JGR IV 171 ss.) saeculi X. exeuntis novellas addidit ex Athanasio et appendice eclogae (p. VII).

Partim e Prochiro Athanasio Theodoro, partim e fontibus nobis incognitis novellarum summaria brevissima hausit *ἐκλογὴ νόμων τῶν ἐν ἐπιτόμῳ ἐκτεθειμένων καὶ εἰς ν' τίτλους διηρμοσμένων* (Epitome) a Constantino Porphyrogenneto anno 920 edita. Titulos 1—23 edidit Zachariae JGR II 265 ss., 24—50 JGR VII (loci novellarum indicantur p. 211). Raro attulit Schoell.

Collectio 168 novellarum adhibita esse videtur in libro qui inscribitur *περὶ χρόνων καὶ προθεσμιῶν ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ἑκατὸν ἐνιαυτῶν* (vulgo *αἱ ῥοπαί*, ed. Zachariae Heidelberg 1836), sed cum interdum numeri citentur ab hac sylloge alieni, diversam collectionem excerptam esse suspicatus est Zachariae (72 ss. cf. 265 s.), sed huius numeros postea auctoritate corporis 168 novellarum in dies crescente immutatos esse. Verum cum unus adhuc notus sit codex saeculi XIV, retinendum est iudicium.

Alterius novellarum collectionis integram habemus versionem latinam, quod Authenticum vulgo dicitur. Continet 134 Iustiniani constitutiones, quae omnes etiam in corpore 168 novellarum fuerunt praeter 121 (edictum VIII); ex his e graeco versae sunt pleraeque, ipsas latinas Iustiniani constitutiones haec sylloge continet 18 (IX. XI. XVII. XXIII. XXXIII—XXXVII. LXII—LXV. LXXV. CXI. CXIV. CXXXVIII. CXLIII). Loquitur de hac re scholion subobscurum quod extat in codice Vindobonensi ante Authenticum f. 51ʳ et in Neoburgensi (V contulit Schoell, Neob. Heimbach. Leviora omitto): *Centum* (om. V in spatio vacuo) *viginti et duae constitutiones sunt; sed error factus est superius intra* (*inter* Neob.?) *centesimam sextam et centesimam octavam, ubi centesima septima esse debuit. ..Set quia in codice* (*in codice* om. V) *antecessoris idem error est et ille secundum suum codicem nobis transmissionem* (*-ones* V) *fecit, melius esse duxi* (*dixi* libri, corr. Zach.) *non emendare numerum. Hae* (*hee* V, *hec* Neob.) *sunt quae interpretatae sunt, quas tantum* (*tamen* Neob., an *etiam?*) *in codice graeco habemus. Sunt autem et quaedam latinae inmixtae graecis, quaedam inter graecas tantummodo sunt. Non extant* (*etiam* libri, corr. Zach.) *in praesenti codice centesima vigesima* (om. V) *secunda, centesima vigesima quarta* (*c. v. qu.* om. Neob.), *centesima vigesima quinta, centesima vigesima octava, centesima tricesima, centesima tricesima secunda.* De hoc scholio disseruerunt Biener 575 s. Heimbach proll. Auth. LXIII. CCCXVI Zachariae Sitzungsb. d. Berl. Ak. 1882, 1000 ss. Zachariae omnino non ad Authenticum, sed ad Iulianum spectare et anno 555/6 conscriptum esse dixit assentiente Kruegero Gesch. d. Quellen 357, 29. At verisimillimum est haec scripta esse a iurisconsulto aliquo, qui Authentici codicem comparavit cum codice collectionis 168 novellarum latinas etiamtum constitutiones continente. Codicem antecessoris dicere videtur non Iuliani, sed ipsius Authentici quem habuit eius praeceptor. Ad ipsos codices V et Neob., etiamsi numeros corruptos esse statuas, haec verba non quadrant; sed in utrumque pervenire potuerunt e libro, qui revera talis erat. Sed ut haec missa faciamus, est Authenticum versio latina (ut omittam paucas illas quae antiquitus latinae fuerunt) collectionis aetatis Iustinianae corpori 168 novellarum similis secundum tempus fere digestae ipso sexto saeculo confecta; nam etsi

vitiis stultissimis scatet, a Iustiniani dicendi genere non multum recedit. Zachariae l. c. 993 ss. eam esse syllogen coniecit, quae facta sit paulo post annum 554, cum secundum Iustiniani sanctionem (app. VII 11) leges post codicem datae in Italiam transmitterentur. Sed haec coniectura vel ideo falsa est, quod deest ipsa constitutio pro petitione Vigilii (app. VII) et quod inest lex anno 563 lata, nov. CXLIII (cf. ad p. 708, 18). Alias sententias haud spernendas protulit Ninus Tamassia professor Patavinus in dissertatione quae inscribitur 'Per la storia dell' Autentico' (Venetiis 1898 = Atti del R. Istituto Veneto tom. IX ser. VII). Quam quod inspicere potui, L. Seufferti Monacensis et ipsius auctoris comitati debeo. Conatur igitur homo doctus id, quod ipse quoque posui, versionem aetate Iustiniana factam esse, argumentis e dicendi genere petitis demonstrare atque etiam (id quod talibus argumentis probare difficillimum est) in Italia eam confectam esse contendit. Ortam eam dicit in scrinio praefecti praetorio Italiae Ravennae, in quo leges graecas fere post a. 554 (cf. app. VII) ab officialibus diversis in linguam latinam conversas esse ponit; quod sane speciosum est, non certum. Potest enim verum esse etiam, quod M. Conrat coniecit in libro utilissimo (Geschichte der Quellen und Literatur des römischen Rechts. I Lips. 1891 p. 132), in scrinio Illyrico eas translatas esse. Contra Th. Mommsen (Ztschr. d. Sav. St. XXI 155) versionem undecimo potius quam sexto saeculo ortam esse dixit, quae sententia pluribus de causis improbanda est, quas fere protulit Tamassia. Novam Authentici recensionem continet haec editio, de cuius subsidiis infra dicturus sum.

Tertiam collectionem novimus imprimis ex Iuliani[1]) antecessoris Cpolitani epitome latina. Confecta haec est secundum syllogen 124 novellas et graecas et latinas complectentem post annum 555 (c. 117 data est k. Iun. a. 555) Iustiniano regnante institutam; inest nulla quin etiam corpore 168 novellarum recepta sit praeter c. 29, quae respondet edicto III. Ordo primorum et extremorum ratione carere videtur, c. 40—117 secundum tempus collocatae sunt (nec tamen nimis diligenter), c. 40—111 eodem ordine quo in corpore 168 novellarum extant. De suo Iulianus addidit paucissima (cf. cap. CLXIII); inscriptiones prooemia epilogos omisit, verba Iustiniani raro presse secutus est (cf. c. CXI. CXV), plerumque contraxit; subscriptiones subiecit semper, sed haud raro omiserunt librarii. Ad ipsa igitur novellarum verba restituenda momenti est Iulianus haud ita magni, eo maioris ad subscriptiones, praesertim cum codicibus tradatur vetustissimis. Ex quibus qui in hac editione commemorantur hi sunt:

Berolinensis (antea Rosnyanus, olim Iul.^{b}
Pithoeanus) lat. 269 in fol. saec. VIII—IX (Haenel p. IV cui est 4) continet Iulianum totum cum appendice, de qua infra dicturus sum. Subscriptiones saepe omittuntur; quae insunt descripsit Schoell.

Parisinus lat. 4568 (olim Ranconeti) Iul.^{p}
in 4° saec. IX (ita Omont) continet Iulianum f. 2^v—165^v cum subscriptionibus omnibus, appendicem f. 171^r—179^v. Contulit Haenel (cui est 2); nov. CXLIII (de qua ante nonnulla enotaverat Krumbacher) et app. I. VII Mommseno intercedente liberalissime Girard.

Vindobonensis lat. 2160 saec. X—XI Iul.^{v}
(Haenel VI cui est 5) habet Iulianum f. 2—162^r, appendicem f. 162^v—183^v. Subscriptiones post const. XVIII omittit paene omnes, quae insunt descripsit Krueger. Idem contulit nov. CXLIII; app. VIII Mommseno intercendente L. Hartmann.

Vercellensis bibl. capit. saec. X (Hae- Iul.^{w}
nel VII cui est 6) exhibet Iulianum cum appendice, subscriptiones servat paucas. Contulit G. E. Heimbach.

Raro affertur Sangallensis 1395 saec. VII qui septem foliis nunc valde evanidis continet cap. CCCXLVI—CCCLXII cum subscriptionibus (contulit Haenel) et Paris. lat. 4418 saec. X (contulit Haenel).

Appendix Iuliani comprehendit leges et ex Authentico desumptas (quarundam etiam summas) et aliunde non cognitas. Praeter codices quos modo nomminavimus commemorandi sunt hi:

Mediolanensis bibliethecae Trivulzianae saec. IX (Haenel III cui est 3a). Varietatem ad app. VII a comite di Vesme accepit Haenel.

Coloniensis (olim Wallraffianus) X 8 Iul.^{c}
saec. XII (Klenze Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. VIII 132) adhibitis a Schoellio (qui ipse contulit) ad XXXIV. CXLIII.

Utinensis eccl. metrop. saec. X (Haenel VIII cui est 7. Habet etiam subscriptiones nonnullas) solus exhibet app. II. III. VI. IX. Contulit Haenel.

Appendicis igitur ratio haec est (ea tantum affero, quae ad hanc editionem pertinent; uncis includo summas):

Utin. (134). 34. (65). 114. 143. 138. (140). (121). ap. 6. 9. 7 n. 140 ap. 1—3
Paris. 143 ap. 7 n. 140 ap. 1
Triv. 143 ap. 7 n. 140 ap. 1
Berol. (134). 34. (65). 114. 143. 138. (121). 134. 117, 1. 2[1])

1) Ἰουλιανοῦ σχολαστικοῦ vel ἀντικένσορος carmina extant Anth. Pal. IX 481 XI 367—369.

1) Eadem sunt in codice Haeneliano praeter n. 117 c. 1. 2.

Vindob. 34.[1]) 114. 143. 138. (121). 134. 117, 1. 2 ap. 8
Vercell. 34. (65). 114. 143. 138. (121).

Ex editionibus vetustioribus duae mentione dignae sunt, Miraei (Lugduni 1561), qui imprimis Ranconeti codice (Iul.[r]) usus est, et Pithoei (Basileae 1576), qui praeter alios ignotum quoque adhibuit librum app. II. III continentem. Hoc saeculo Iulianum edidit subsidiis plenissimis instructus G. Haenel Lipsiae 1873.

Ath. Praeter has tres collectiones aliarum vestigia deprehendimus haud pauca. Athanasii scholastici Emiseni ἐπιτομὴ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν Iustino imperante confecta est ex collectione novellarum fortasse ab ea quae postea in corpus 168 novellarum transiit haud diversa; insunt enim omnes praeter CXXXVIII. CXXXIX. CXLI. CXLVII. CXLIX—CLII. CLX. CLXI. CLXIII—CLXVIII[2]). Ex his Tiberii sunt CLXI. CLXIII. CLXIV, eparchica CLXVI—CLXVIII. Unius novellae adest epitome, quae neque ipsa corpore 168 novellarum recepta est neque quae ei similis sit: 20, 5. Universa materia digesta est in titulos viginti duos rubricis distinctos (velut primus inscribitur περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν καὶ μοναστηρίων), his singulae subiciuntur constitutiones addita rubrica inscriptione subscriptione. Rubricae ab eis quae in corpore 168 novellarum sunt saepe diversae haud raro concinunt cum eis, quas praebent Theodorus et Authenticum. In fine singulorum titulorum subnectuntur paratitla ex ipso Athanasio hausta. — Edidit Athanasii epitomen Heimbach ἀνέκδ. I uno fere usus codice Paris. 1381 saec. XI non integro.

Coll. const. eccl. Hac epitome usus est is, qui edidit collectionem constitutionum ecclesiasticarum tripertitam quae vulgo dicitur (νόμος Ἰουστινιανοῦ βασιλέως. συναγωγὴ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ κώδικι καὶ τοῖς διγέστοις καὶ νεαραῖς διατάξεσι περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν καὶ πραγμάτων εὐαγῶν, ἔτι δὲ καὶ Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν). Huius tertio capite 34 novellarum continentur epitomae Athanasianae eae, quae in tribus primis insunt Athanasii titulis; ex sequentibus titulis nonnullae citantur in huius capitis paratitlis, praeterea etiam in capitis primi paratitlis nonnumquam novellarum mentio fit. — Edita est secundum Fabroti recensionem in Voelli et Iustelli bibl. II 1223—1361 (inde *Ath. Fabroti* interdum commemoratur), varias lectiones affert Pitra iuris eccl. Graecorum hist. et mon. II 410 ss. Huius collectionis codici Monac. 380 saec. XIII vel XIV f. 363 inserta est nov. LXXVII: contulit Schoell.

Totus ex Athanasio fluxit etiam libellus περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων, quem edidit Heimbach ἀνέκδ. I 185 ss.

Epitomae novellarum Iulianeae similis usum produnt Nomocanon XIV titulorum, Epitome ad Prochiron mutata, appendix eclogae.

Nomoc. XIV tit. Nomocanonis XIV titulorum ad nos pervenit ea forma quam ei dedit homo aliquis (cuius praefatio est apud Pitram II 448 s. Olim Photium perperam dicebant) anno 883; antiquissima redactio saeculi sexti fuisse videtur, secunda inter annos 612 et 692 facta est ab eo, qui etiam librum περὶ ἐναντιοφανῶν conscripsit. Hic raro ipsa novellarum verba (CXX c. 10), plerumque summaria novellarum addidit et ex coll. const. eccl. et ex epitome deperdita Iulianeae simili hausta[1]). Nonnullos novellarum locos e Basilicis adiecit Theodorus Bestes (cuius est praefatio 449 s. Pitra) in commentario anno 1090 conscripto, paucos Theodorus Balsamon in commentario saeculi duodecimi exeuntis. Praeterea librarii interdum quae eis utilia videbantur adscripserunt (cf. ad n. XII. XXII c. 9. 17 CXXXI c. 8). — Edidit hunc nomocanonem post Voellium et Iustellium II 789—1140 Pitra l. c. 433 ss. Collectionibus Theodori commentario auctae duo potissimum innotuerunt codices. Dublinensis coll. Trin. 494 saec. XII, ex quo novellarum locos excerpsit Krueger, et Monac. 122 saec. XII de quo disseruit auctariaque edidit Pitra I 660 II 441 ss., quem inspexit Schoell. Nomoc. Nomoc.

Anon. Bodl. Epitome ad Prochiron mutata inest in codice Bodleiano 3399 (Selden. 10: Coxe 590) saeculi XI nobilissimo et Marciano 579. Inseruntur ei fragmenta epitomae novellarum eius qua etiam 'Enantiophanes' usus est, quae e codice Bodl. edidit Zachariae ἀνέκδ. 208 ss.

Eclogae Leonis et Constantini anni 740 saeculo nono adiuncta est appendix, quae novellarum breviaria plerumque desumpsit ex epitome ab 'Enantiophane' adhibita, interdum ipsas excerpsit novellas. Edidit e codice Paris. 1384 saec. XII Zachariae ἀνέκδ. 184 ss. Ex hac rursus novellarum summas (praeterea etiam ex Athanasio Theodoro auctore incerto) hausit ecloga ad Prochiron mutata (ed. Zachariae JGR IV 49 ss.)[2]).

---

1) Exciderunt nov. 34 finis et 114 initium (cf. ad 241, 10. 533, 15) et nov. 65 summa.

2) Ath. 19, 1 spectare ad ed. III si verum esset, etiam nov. XXI deesset; sed hanc illo loco dici pro certo habeo (cf. ad p. 760).

1) Biener 202 ss. 601 ss. Krueger Zeitschr. f. Rechtsgesch. IX (1870) 185 ss. Zachariae die griech. Nomokanones. Mém. de l'acad. de St. P. VII 23 (1877) n. 7 et: über d. Verf. u. d. Quellen d. pseudophotian. Nomokanon in XIV Titeln. Ibid. VII 32 (1885) n. 16.

2) Nil compertum habeo de epitome Marciana

Restat ut ceteros afferam auctores qui novellis usi sunt.

Coll. 25 cap. Collectio XXV capitulorum quam vulgo dicunt (*διατάξεις νόμων πολιτικῶν ἐκ τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ βασιλέως συνηγοροῦσαι καὶ ἐπικυροῦσαι τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας*) sexto saeculo confecta post leges e codice desumptas praebet novellas CXXXVII. CXXXIII. CXX. CXXXI c. 13. Edita est ab Heimbachio *ἀνέκδ.* II. 145 ss. e codice Monacensi 380, adhibitis ad ultimam partem novellas complectentem Parisinis 1324. 1326. 1334, varias lectiones e codice potissimum Palat. 376 saec. XI protulit Pitra II 407 ss. cf. 373 s. Schoell collationibus usus est Monac. 380 sua ad nov. CXX, Paris. 1326 saec. XI Paris. 1334 saec. X Laur. 10, 10 saec. XI Kruegeri ad omnes novellas.

Coll. 87 cap. Collectio LXXXVII capitum confecta est ab Iohanne scholastico Antiocheno circa annum 550 (fuit patriarcha Cpolitanus 565—578) e novellis etiamtum dispersis (*μετεγράφη ἐκ τῶν σποράδην κειμένων ἐκφωνηθεισῶν ὑπὸ τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ μετὰ τὸν κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων*). Praebet novellas ad ius ecclesiasticum pertinentes partim integras (quod si fit, rubricae et inscriptiones praemittuntur) partim epitomatas. Hoc libro praetereaque Athanasii epitome usus est is, qui Nomocanonem L titulorum confecit, cui adiecta est appendix constitutionum ecclesiasticarum e collectione 87 capitum compilata eaque huius collectionis capita comprehendens quae ipso Nomocanone recepta non erant[1]). — Edidit collectionem 87 capitum Heimbach *ἀνέκδ.* II 208 ss. et Pitra II 385 ss. cum aliis codicibus usus tum Vaticano 843 saec. IX, Nomocanonem L titulorum Voelli et Iustelli II 603 ss. (cf. Pitra 416 ss.). Collectionis codicem Parisinum 1326 Schoellii in usum contulit Krueger.

Nomoc. L tit. — app. const. eccl.

Incertum est unde fluxerit delectus codicis Ambrosiani (p. X), quem post Heraclium factum esse e loco p. 21, 8. 10 (cf. Coll. I. Nov. 22) et e thematum mentione p. 663, 23 conclusit Zachariae Zeitschr. d. Sav. St. XIII 8 s., undeque summaria novellarum sumpserit ecloge privata aucta saeculi noni (ed. Zachariae JGR IV).

Solo codice Marciano traditur collectio tredecim Iustiniani edictorum, quam supplementum esse existimes collectionis alicuius Iustiniano regnante factae, velut eius qua usus est Athanasius[2]). Aetate primum est alterum datum inter annos 531 et 535, extremum undecimum datum anno 559. Primum et sextum redeunt in corpore 168 novellarum, tertium novit Iulianus const. XXIX, quartum in novellarum corpore latine tantum extat (nov. CXI), octavi versio latina est in Authentico 122, noni epitome in anonymo Bodleiano, Praeterea nullum usquam eorum apparet vestigium.

Ex collectionibus quas enumeravimus duas praebet haec editio: corpus 168 novellarum et Authenticum cum appendice tredecim edictorum ceterarumque Iustiniani constitutionum extra codicem traditarum.

Inter subsidia ad corpus 168 novellarum recensendum parata facile primum locum obtinet codex Marcianus graecus 179 M qui olim fuit Bessarionis, membranaceus in folio, foliorum 415, in fine mutilus, ductibus inelegantibus multisque compendiis exaratus a librario saeculi tertii decimi[1]). Altera manus coaeva nil nisi correxit vitia. Continentur libro haec:

In folio praemisso *πίναξ νεαρῶν λέοντος τοῦ δεσπότου* non plenus; desinit enim in *νεαρὰ κέ περὶ λύσεως ὑ ἐξουσιότητος καὶ ἀναδόσεως προικός*. Scriptus est totus a manu saec. XV.

In latere verso huius folii scriptum videmus: *ἀφιερώθη παρα τοῦ μεγάλου κριτοῦ κυροῦ συνάτωρος* (s. v. *οὗ μαλεῖνου*)[2]) *ἐν τῇ ἁγία καὶ μεγάλῃ μονῇ τοῦ πατρὸς βιβλία διάφορα· ἐν πρώτοις ὁ ἀπόστολος ὁ καθημερινὸς καὶ τονι(μένος) καὶ ἡ βίβλος τῶν | τῶν ψαλμῶν καὶ ὁ νομοκάνων ὁ ἑρμηνευτεὶς παρα νικολάου δοξαπρl· καὶ τὸ μέγα βιβλίον τὸ νόμιμον· αἱ νεαραὶ αἱ τῶν νόμων*

(cod. Marc. 172), quam Enantiophanis epitome uti dicit Zachariae mém. VII 32 p. 6.

1) Rem explanavit Biener 194 ss. 584 ss. (cf. Heimbach II p. LIV Zachariae mém. de l'acad. VII 23 et Zeitschr. d. Savignyst. rom. Abt. VIII 236 ss.).

2) Biener 53 et Zachariae Gesch. 7 supplementum esse volunt corporis 168 novellarum e sylloge antiquiore excerptum, quam Alexandriae factam esse sine idonea causa statuit Zachariae; at ed. I et VI extant etiam in hoc corpore. Sylloges illius plenioris vestigia Zachariae (Zeitschr. d. Sav. St. XIII 44 ss. XV 366 ss.) deprehendere sibi videtur in adnotatione ad nov. I (p. 10, 6) et in rubrica novellae CXII quae loco verae edicto V (= nov. CXI) praemittur: *περι λιτιγιόσων· καὶ περι ἀσφαλείας ἣν δεῖ ποιεῖν τοὺς ἐνάγοντας πρὸ τῆς τῶν ἐναγομένων ὑπομνήσεως*: — At nihil nisi aberravit librarius. Ex glossemate (p. 521, 20) concludere non debebat (XV 368) edictum V versum esse e contextu latino (nov. CXI). Supplementa ab eodem l. c. p. 50 ss. in edicto ultimo ideo proposita, quod huius edicti archetypum papyraceum et singula folia in fine mutilata fuisse sibi persuaserat, non commemoravi nisi ea quae per se commendarentur.

1) Descripserunt Zanetti-Bongiovanni 103 Morelli bibl. manuscr. I 103 Blu me apud Bienerum 617 ss. Zachariae ed. nov. I p. VII ss. Specimen dant Wattenbach-von Velsen tab. L. Utile puto codicem accuratissime describere.

2) Recentior quam *συνάτωρ Μαλένος* is qui diplomati anni 1130 subscripsit (Trinchiera syllab. graec membr. 141 = Montfaucon palaeogr. 401), nisi e codice vetustiore haec transscripta sunt. De Nicolao Doxapatri cf. Zachariae Sitzungsb. d. Berl. Ak. 1887, 1159 ss. Krueger Gesch. d. Quellen u. Litt. 367 s.

ἐπανορθώσεις παρα λέωντος τοῦ μεγάλου βασιλέως καὶ τοῦ μακαρίου ἰουστινιανοῦ οἱ ἐπονομαζόμενοι αὐθεντικοί· σὺν τούτοις καὶ τὰ institoῦ. *ρπου*.
Deinde manu Bessarionis: *Leonis novellae τόπος να* (del. 79) *αἱ νεα αἱ τοῦ ἰουστινιανοῦ καὶ ἄλλων βασιλέων· κτῆμα βησσαρίωνος καρδηνάλεως νικαίας τοῦ τῶν σαβίνων: Locus 51* (del. 79) *Authentice liber b. Car. niceni Epi Sabineñ.*

f. 1ʳ inscriptio magnae cruci inclusa: *λέοντος ἐν χριστῷ τῷ ἀθανάτῳ πάντων βασιλεῖ εὐσεβοῦς βασιλέως ῥωμαίων αἱ τῶν νόμων ἐπανορθωτικαὶ ἀνακαθάρσεις.* Deinde: *προοιmion* (sic). — Sequuntur Leonis novellae 113, quarum ultima desinit f. 62ʳ in *μὴ παραιτουμένης ἀποστάσεως*[1]).

f. 62ʳ—67ᵛ *μελέτη περὶ ψιλῶν συμφώνων.* Incipit: *εἰ μὲν δι' ἔριν τινά*, desinit: *ἵνα καὶ ἡμεῖς αὐτῶν ἀκουσώμεθα* ut in editione Leunclavii Ius Graeco-Rom. II 202. Sequitur subscriptio ad Leonis novellas pertinens: *τέλος τῶν διορθωτικῶν τῶν νόμων ἀνακαθάρσεων.* Post spatium septem linearum incipit.

f. 67ᵛ index novus: *διάταξις ζήνωνος βασιλέως περὶ καινοτομιῶν. περὶ τοῦ μὴ ἐπιλέγεσθαι κτέ.* et ceterarum novellarum rubricae; numeros saepe omisit librarius supplevitque manus recens. Sequitur index edictorum, qui desinit f. 72ᵛ: *ιγ' νόμος περὶ τῶν ἀλεξανδρέων καὶ τῶν αἰγυπτιακῶν ἐπαρχιῶν.* Sequitur *ἀρχὴ τοῦ ἰουστίνου νεαρῶν* (*α'—ε'*), deinde *ἀρχὴ τῶν τιβερίου* (*α'—ϛ'*), tum *α'* (corr. ex *ζ*) *θεῖος τύπος περὶ ἐπιβολῆς· β' περὶ στρατιωτῶν. γ' περὶ στρατνωτῶν. δ' περὶ παρασποριτῶν. ε' ὅτι ταῖς ἀρχαῖς ἀλλ' οὐ τοῖς ἄρχουσιν ἀντιγράφει ὁ βασιλεύς.* Haec excipit *ἀρχὴ τῶν ὑπαρχικῶν τύπων*, index formarum eparchicarum quem edidit Zachariae *ἀνέκδ.* 258 ss. Desinit f. 73ᵛ: *λθ' τύπος λέοντος τοῦ ἐνδοξοτάτου.* Post lineam vacuam sequitur.

α' ἴδικτον μαυρικίου τιβερίου· προτεθὲν τοῖς κωνσταντινουπολίταις παρακελευόμενον ἀναιρεῖσθαι τὰς μιτατορικὰς οἰκήσεις.

β' μαυρικίου περὶ λιθοβολούντων.

f. 74ʳ *α': θέσπισμα ἤγουν νομοθεσία εἰρήνης μεγάλου βασιλέως ῥωμαίων καὶ αὐτοκράτορος περὶ τοῦ μὴ ὀμνύειν τινὰ παραγόμενον εἰς μαρτυρίαν καὶ ἀμφ.* (corr. *διαφ.*) *κεφ.*

β': ὁ αὐτὸς βασιλεὺς περὶ τῶν ἀθεμίτως συναπτομένων ἀπὸ τρίτου γάμου καὶ ἐπέκεινα καὶ περὶ τῶν συναπτομένων ἀπὸ τρίτου γάμου καὶ ἐπέκεινα (sic) *καὶ περὶ τῶν συναπτομένων ταῖς οἰκείαις δουλείαις.*

αὕτη προγενεστέρα ἐστὶ εἰρήνης τῆς βασιλίσσης.

1) Nov. LXVI deesse verum non est: numeri additi sunt a manu recentiore, saepe desunt. Hanc quoque codicis partem contulit Schoell.

α': ηομοθεσία λέοντος καὶ κωνσταντίνου μεγάλων βασιλέων ῥωμαίων καὶ αὐτοκρατόρων περὶ τῶν τὰ ἴδια τέκνα δεχομένων ἐκ τοῦ ἁγίου καὶ σωτηριώδους βαπτίσματος καὶ ἀμφοτέρων (sic) *κεφαλαίων.*

Hunc indicem excipit ipsa *διάταξις ζήνωνος βασιλέως περὶ καινοτομιων;* post hanc f. 76ᵛ a m² scriptum est *ἀρχὴ σὺν θεω τῶν νεαρῶν ἰουστινιανοῦ* (cf. ad 1, 1). Exhibentur primum corporis 168 novellarum graecae Iustiniani constitutiones praeter nov. CXXII et edictum novellae VIII insertum; omissae sunt latinae (quarum nonnumquam summae e Theod. adscriptae sunt, nov. XI rubrica ex Ath.) quaeque Iustini Tiberii praefectorum sunt[1]). Hunc ordinem non a librario demum institutum, sed ex archetypo translatum esse demonstratur scholiis loco novellarum omissarum adscriptis: *καὶ αὕτη οὐχ εὑρέθη* et sim. Ubi tamen extat *αὕτη οὐκ ἐγράφη ὧδε* et sim., fortasse librarius ordinem mutavit. Post scholion p. 749 editum legitur f. 391ʳ: *τέλος σὺν θεῷ τῶν νεαρῶν τοῦ ἰουστινιανοῦ: — τοῦ αὐτοῦ ἀρχὴ τῶν ἰδίκτων.* Sequuntur tredecim edicta usque ad f. 410ʳ. Post vacuam dimidiam paginam legitur: *τέλος τῶν νεαρῶν ιουστιnianū: — ἀρχὴ τῶν νεαρῶν ἰουστίνου.* Sunt nov. CXLVIII. CXL. Iustini III. nov. CXLIX. CXLIV Tiber. I (praescribitur *τιβερίου περὶ τῶν θείων οἴκων*) cuius in ultimis verbis *τοιοῦτό τι γενέσθαι συγχωροῦμεν* codex desinit f. 415ᵛ ceteris quae indice enumerantur omissis.

Praeterea haec videntur memorabilia. Archetypus litteris minusculis exaratus fuit lacunisque (49, 29. 502, 25. 691, 3. 737, 12. 743, 20. 22. 782, 19) foliisque mutatis deformatus. Librarius cum alia scholia adscripsit quorum graviora enotavit Schoell, plura Zachariae, tum interdum *ἕως ὧδε* hucusque novellarum verba in Basilica translata esse significans. Ubicunque recentior manus *ἕως ὧδε* vel *ἄρξου* adnotavit, eum deprehendere videmur, qui codicem descripsit, forsitan eum qui Palatinum 387 saeculo sexto decimo exaravit. Litterae intervallis diversis a manu recenti margini appositae (prima est *Γ* f. 88ᵛ, extrema T f. 372ᵛ) quid sibi velint nescio[2]).

1) Mentione dignum est Psellum (Heimbach *ἀν.* II 236) codicem habuisse a quo aberant CXL. CLXI? CLXV.

2) Textus historiam me enarraturum esse negavi; sed tamen nonnulla ad verum de codice M iudicium ferendum utilia congessi. Corpus igitur 168 novellarum non semper textum praebet genuinum; interpolationibus enim vetustioribus (663, 12. 668, 2) redactor addidit suas (170, 22—24. 387, 32. 459, 20. 460, 4—10. 594, 4); ibi potissimum, ubi praeter ϛ alia quoque diversae recensionis exempla praesto sunt, verba pristina in MLB passim depravata esse cognoscimus: velut in nov. CXX CϛIul., in CXXIII SϛIul., in CXXXIII Cϛ(A) verum praebere solent contra MLB. Sed aliis quoque multis locis huius recensionis corruptelas detegimus (MLB: 6, 19.

Codicem contulit Schoell; ubi alia legerat Zachariae, plerumque denuo locos dubios inspiciendos curavit. Lectiones diligenter enotatae sunt praeter levissima illa, quibus frustra onerare solent apparatum, vitica prosodica, ν paragogicum, ο ex ω, η ex ι a prima manu correcta quaeque his similia sunt.

L Codice Marciano longe inferior est Laurentianus (olim bibl. S. Marci Florentinae) plut. LXXX 4 chartaceus in fol. foliorum 194, et in fine et in initio mutilus[1]). Scriptus est saeculo quarto decimo ductibus inaequalibus a duobus librariis, quorum alter a f. 144^r = *οὕτω μέντοιγε* p. 560, 10 orsus est. Praecedit index, sed amisso folio primo incipit f. 1^r a verbis *παρὰ ἰδιώτου γενομένην* (nov. LII p. 297, 9), des. f. 2^v *ρξη' περὶ ἐπιβολῶν*; manus recens adiecit *τέλος τοῦ πίνακος*. f. 3^r incipiunt novellae, desinunt f. 194^v in verbis *ἀπαγορεύοντες βουλευταῖς τε καὶ* nov. CLXIII c. 2 p. 750, 18. Archetypum in complures tomos divisum fuisse colligi videtur ex inscriptione nov. XXXIX: *ἐκ τῶν νεαρῶν βιβλίον β'*. Manus altera recens multas intrusit coniecturas plerumque e ς haustas, tertia etiam recentior atramenti nigro colore conspicua rarrissime apparet.

Omissae sunt in hoc libro praeter novellas latines eae quoque, quae in Basilicis antiquitus defuerunt (cf. p. IV), interdum tamen (nov. LXXIV. LXXVI etc.) rubrica et inscriptione relicta. Quarum novellarum partes tantum Basilica receperunt, eas totas praebere solet L; sed nonnumquam eadem quae B omisit (cf. nov. I p. 7, 33 XVIII p. 130, 34 LVII. LXVI etc.) eodemque modo quo B diversas novellas contaminavit (nov. VI c. 8. XCI c. 2. CXVII c. 10. CXXIII. CXXVII p. 554, 30), verba tradita secundum B immutavit (p. 9, 17. 17, 22. 70, 26. 149, 25. 168, 6. 173, 19. 207, 16. 393, 23. 512, 17. 552, 5. 557, 23. 568, 29. 685, 4. 688, 3) atque etiam additamenta a novellis aliena ex B recepit (p. 291, 11). Latinarum loco semper fere summae Theodori positae sunt. Subscriptiones desunt omnes.

Antequam extrema codicis L folia perierunt, id quod inter annos 1542 et 1544 accidisse constat (Biener 568), totum librum describendum curavit (Politiani manum agnoscere sibi visus est Maier) Ludovicus Bologninus. Quod apographum nunc est *l* cod. Bonon. bibl. commun. B 4. 67. In hoc quae in L cum extremis foliis perierunt extant p. 923 ss. Post nov. CLXVII p. 933 varia extant ad ius pertinentia, p. 1015 fragmentum *περὶ ἐπιβολῶν*, de quo cf. ad p. 755, 19. Cetera vacua sunt[1]).

Codicem *L* contulit Schoell, ad *l* usus est Maieri schedis Tubingensibus et Kruegeri collatione.

Solius commoditatis causa hic describo codicem Ambrosianum L 49 sup., qui ali- *A* quot novellas continet certe non ex corpore 168 novellarum haustas. Est membranaceus in 4° foll. 227; continet primum canones apostolorum et decreta conciliorum, deinde a f. 49 Nomocanonem XIV titulorum Theodori commentario auctum. Haec saec. XI scripta sunt; inde a f. 184^r scripsit manus saeculi duodecimi. Inscriptio est: *νεαραὶ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως περὶ τῶν θείων καὶ ἱερῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων.*

τίτλος α' οὗτος ἐστὶν οὕτως· αὐτοκράτωρ κτέ. Est nov. CXXXI c. 1—4 p. 656, 12, sequuntur f. 184^v—188^r excerpta Athanasiana nov. CXXIII, f. 188^r—190^r nov. CXXXI c. 5 usque ad finem. F. 190^r—195^r nov. VI tota, quam excipit eiusdem novellae epitome Athanasiana. Capitum numeri continuantur.

τίτλος δεύτερος f. 195^r—197^r: nov. III.

titulus tertius: f. 197^r—197^v nov. XVI cui adiungitur epitome Athanasiana nov. LVI, f. 197^v—198^v nov. LXXXVI.

τίτλος δ': f. 198^v—f. 201^r nov. V, f. 201^r—204^r nov. CXXXIII. f. 204^r—204^v nov. LXXIX. Capitum numeri continuantur.

74, 27. 217, 9. 226, 17. 475, 12. 537, 24. 540, 8. 629, 8. 639, 32. 665, 23. 684, 7 et ubi B deficit ML: 128, 15. 139, 26. 147, 34. 224, 5. 250, 30. 263, 24. 265, 36. 501, 1. 504, 14. 592, 11. 699, 25. 715, 19. 731, 14. 737, 24) cf. etiam 695, 3. Sicubi Basilica verum exhibent contra ML (145, 38. 168, 10. 181, 10. 192, 24. 210, 20. 331, 19. 495, 19. 585, 23. 587, 15) aut codice corporis puriore usa sunt aut ex alia collectione interpolata (cf. 181, 10. 455, 32. 487, 1. 589, 17. 600, 18. 602, 16. 607, 18. 665, 23); idque in universa hac quaestione tenendum est, alterius recensionis codices ex altera correctos esse. Ceterum de Basilicis pessime editis persaepe nil certi statui potest; ad certius iudicium venimus de codice M. Hic enim quamquam saepissime solus pristinam lectionem conservavit (7, 21? 22, 11. 25, 7. 45, 28. 72, 32. 74, 24? 127, 3—6? 215, 17. 220, 27. 287, 3? 313, 7. 330, 27. 334, 19—22. 352, 32. 368, 8. 386, 21. 424, 9. 494, 38), neque neglegentiis vacat (31, 38. 45, 22. 49, 9. 68, 9. 125, 11. 658, 15) omissionibusque ob homoeoteleuton factis (6, 39. 14, 23. 143, 14. 578, 15. 621, 4. 666, 21) corruptelisque minoribus (220, 1. 443, 6. 497, 20. 517, 19. 610, 12. 777, 23. 783, 28) neque interpolationibus levioribus (23, 37. 76, 32! 100, 9. 167, 28. 181, 11. 207, 33. 608, 17. 670, 31. 693, 15. 717, 24) glossematisque in textum illatis (33, 24. 67, 31. 71, 41? 75, 40. 80, 9. 102, 21. 142, 26 = 527, 20. 181, 19. 341, 1? 363, 33. 397, 21. 438, 3. 459, 9. 599, 3. 644, 25. 654, 22. 680, 36) neque gravioribus (459, 17. 26—29. 493, 20. 499, 38. 696, 21), quae magnam partem fluxerunt e Basilicis (72, 29? 151. 31? 153, 8? 190, 1. 325, 8. 390, 16. 465, 22? 467, 4. 493 32? 605, 15—21. 606, 11. 654, 25. 655, 6. 673, 31? 697, 7 nov. CXLV), paucae e Codice ipsisve novellis (422, 2. 594, 6. 11). Vides igitur ne hunc quidem librum pro certo duce habendum esse; nimium ei interdum tribuisse Schoellium persuasum habeo.

1) Descripserunt Bandini III 174 Biener 557 ss. Zachariae I p. VI s.

1) Cf. Heimbach Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. VIII 317 ss.

τίτλος ε' f. 204^v—209^v: nov. VII. f. 210. 211 diversi argumenti capita a manu recentiore inserta.
τίτλος ϛ' f. 212^r—212^v: nov. XIX.
τίτλος ζ' f. 212^v—215^r: nov. II.
τίτλος ὄγδοος f. 215^r—216^v: nov. XII.
τίτλος ἔνατος f. 216^v—220^v: nov. CXV.
titulus decimus f. 221^r—224^r nov. I inde a *τὸν ἔμπροσθεν* p. 3, 40 (folium unum perisse videtur).
τίτλος ἑνδέκατος f. 224^r—224^v: nov. XXXII.
τίτλος ιβ' f. 224^v—226^r } epitomae ex
τίτλος ιγ' περὶ ἐκκλησιαστικῶν διαφόρων κεφαλαίων } Athanasii titulis I. II
τίτλος ιδ' f. 227^v (huius follii dimidia tantum pars superest): in fine extat *τῶν Ἰουδαίων αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς* i. e. exordium nov. XVL? Cf. Ath. III.

Manus prior et posterior aequales esse videntur; capita et numeris huius codicis propriis et spatio distinguuntur; argumenta adscripta plerumque perrierunt margine absciso. Maiorem partem contulit Krueger, minorem Schoell. Insignis est codex eo quod et antiqua servat quae redactor corporis 168 novellarum depravavit (63, 35. 675, 22) ideoque cum ϛ congruere solet (6, 19. 9, 4. 10, 20. 14, 23. 22, 14! 28, 27. 35, 31. 37, 24. 43, 11. 44, 22. 60, 35. 63, 31! 97, 32. 99, 7. 421, 12. 18. 537, 24. 543, 4. 544, 26. 656, 1. 675, 18) et summa licentia immutat verba tradita et ex aliarum recensionum codicibus correctus est (95, 25. 673, 8).[1])

Nuper innotuit codex novellarum ceteris omnibus vetustior, *Vallicellianus* 95 (olim F 47) saec. XI, quem descripsit E. Martini Catalogo di manoscritti greci esistenti nelle biblioteche Italiane II 162 sqq. Qui in fol. 281^v sqq. continet nov. CXXXVII. III. LXXVII. CXXXII. CXXXIII, quibus in margine adpicti sunt numeri $\overline{\pi\zeta}$, $\overline{\varsigma}$—$\overline{\varsigma\gamma}$. Cuius aliquam partem (maiorem partem nov. III) in usum meum summa comitate contulerat Nic. Festa amicus; deinde vero G. Bortolucci Mutinensis in Rendiconti della Accademia dei Lincei, Classe di scienze morali, vol. XVII (1908) p. 69 omnes varias lectiones enotavit. Et cum iam ex Festae spicilegio cognovissem, codicem vetustum (quem decimo potius saeculo quam undecimo tribuere vult Bortolucci) nihil fere quod bonae frugi sit praebere, impetrare a me non potui, ut omnium quinque novellarum varias enotarem lectiones, sed tertiae tantum hic enumero:

1) In aliis quoque codicibus novellae extant dispersae: Vatic. gr. 2075 (Heimbach Basil. VI 174) sub rubrica *Ἰουστινιανοῦ α'* septemdecim habet capita argumenti incerti, deinde nov. V; Vatic. 2019 saec. XIII post epitomen canonum septem novellas. In Ashburnhamensi 99 (Stangl Philol. 45, 211) nihil inesse quod ad ius pertineat ad Schoellium rettulerunt Kyssner et Karo.

p. 18, 7 om. *μεγάλης*
11 *ταύτης πόλεως* ut L m. rec.
12 *τῆς* — 13 *πατριάρχῃ*] *κωνσταντινουπ(όλεως)*
15 *πρός τε* alterum] *καὶ*
18 *μὴ* om.
19 *τοῦ*] *τῶν*
20 *καλῶς*] *ἱκανῶς*
21 *ἀξίους*
22 *ἰδικῶς* ut A
24 *διατάξαντες*
26 *τὰς ἐν* — 27 *διακόνοις*] *περὶ τοὺς εὐλαβεστάτους κληρικοὺς*
28 *ταῖς* corr. ex *τῶν*
31 *τὴν* alterum om. ut A
p. 19, 2 *μητέρα*] *μήτε*
5 *ποιουμένων*
6 *δὲ*] *δὲ καὶ*
7 *ἐπὶ*] *ἐν*
om. *αὐτῆς*
12 om. *τῶν* ut L^1
14 *μόνον*
16 om. *οἴκοις* — *μέν*
21 *ὁρίσαι*
ἔδωκεν
22 *καταστάσειν* cf. L^2
23 *διαμεῖναί τε*
25 *ἔμεινεν* ut A
ἁγίων
27 *ἐξήχθησαν*
28 *ηὔξη τοῦ μὲν*
33 *οἰκείας*
34 *ἐκ τῆς*] *ἡ*
34 et 35 *μηδὲ* ut ceteri
37 *απειρίαν*
μηδαῦτοῖς λειτ.
39 *ἀλλ'* — *πασῶν* om.
41 *ἐκτεῖναι*
p. 20, 1 *πρᾴως*] *προσ*
3 *δὴ* ut A
7 *ῥητῇ*] *τῇ*
10 om. *μεγάλην*
11 om. *καὶ τοὺς*
15 *ταυτὸν*
16 *γενέσθω*
17 *τὸν στάντα*
om. *τῶν*
18 *ἢ*] *ἡ* (talia iam omitto)
περιστέῃ ἡ
19 om. *εὐλαβεστάτων*
20 om. *μεγάλης*
22 om. *μεγάλης* ut Bϛ
23 om. *ὕστερον δὲ*
26 *τῇ λήξει βηρένης*
28 *παρὰ Σφωρακίου*] *σπαρακίου*
32 *ἀρκέσειεν*
34 *οὐδεὶς*
36 *καὶ αὐτῶν καὶ τούτους*] *καὶ τούτων* cf. Lϛ
38 *ποιοῦντες*
om. *καὶ*
p. 21, 2 *διπλασίονας τῶν*] *πλείονας* ut ϛ

p. 21, 3 *τὰς*] *τῆς* ut AB Nomoc. ς
ὥστε] *ὥστε καὶ*
4—8 haec mire corrupta, cum numeri latine scripti (ut in M) a scribis graecis falso excepti sint
8 *ὡς*] *ἕως*
9 *ἁγιωτάτης* ut ς
11 *ἑκατὸν*] *σεντϛm*
12 om. *οὖν*
13 om. *ταύτης*
15 om. *κληρικῶν ἔστω*
μὲν] *μέντοι*
ἐκβαλλομένων ut LB
17 *προστιθεμένων*
18 *τὸ*] *τοῖς*
21 om. *τοῦ*
23 *ἀπαξιοῦν μὲν*] *ἀπαξιοῦμεν*
27 *προστασίας τινὸς ἐμμένειν*
32 *ἔχει*
τοιαύτην αὐτῶν
36 *ὡρισμένον*
ὥστε μεταστὰς εἰς
38 *ὑπὲρ*] *ἅπερ*
παντελῶς] *καλῶς*
p. 22, 5 *ὥστε τοὺς νῦν* cf. L
6 *καταυτοὺς ὁμοίως*
9 om. *ὁ τῶν*
11 om. *καὶ* ante *ψαλτῶν*
12 *μηδὲ εἷς*] *ἡμεῖς δὲ*
15 *τε*] *δὲ*
19 *κἂν παρὰ τῆς*] *καὶ εἴπερ ἀποτῆς*
20 *ἐκκλησιαστικῶν ἐπιτιμίων ἔσται εἰ τοιοῦτο τι*
23 *μεγάλης τιμιωτάτης*
25 om. *ἐν*
26 *ἐπέκεινα*
32 *ἐν τῇ*] *τῇ*
35 *καὶ* ut ML
38 *αὐτῶν*
40 *πρᾶξαι*
δίδωμι
41 *μετ᾿ αὐτὸν νὸ τοιοῦτο* cf. A
44 om. *καὶ* (primum?)
45 *αὐτὴν*
p. 23, 2 *ἐπισκόπου* ut B
3 *καὶ μὴ*
8 *ὑπερβαίνειν*
τούτου
9 om. *κακουργίαν*
οὐδὲ] *οὐ*
11 *μὴν*] *μέντοι*
ἐπιδοῦναι
12 *σύγχυσις*
τῶν ἀριθμῶν
14 *ἔχοι*
15 *αὐτοῖς* (ut Lς) *ἁπλ. ὁδ. εὑρίσκειν*
17 *συναπαγορεύομεν*
18 om. *ἄγομεν*
23 *τούτων* (cf. ς)
26 *τὸ*] *τοῦ*
31 *θεραπεύει θεόν*
33 *ἐπιδοῦναι*
p. 23, 35 om. *γὰρ*
36 *ὡς εἴπερ ταῦτα*
37 om. *τοῦ* ut LAB Nomoc.
αὐτῶν
38 *ἐκκλ. περιπ.* ut A
p. 24, 1 *τε βαθμῶ*
2 *καταβαίνουσαν* ut A
4 *μέλει* ut Aς
5 *ἁγιωτάταις*] *ἁπάντων*.

Haec opinor ad indolem codicis cognoscendam sufficient.

Editae sunt novellae graecae primum ab Haloandro (Norimbergae 1531), qui solo nisus est Bolognini apographo[1]; edidit igitur 122 tantum novellarum integrum textum graecum, correxit nonnulla, plura temere corrupit: quid tandem praestiterit, sine accurata codicis *l* notitia statui nequit (cf. Heimbach Ztschr. f. gesch. Rechtsw. VIII 324 ss.). In editione Basilensi anni 1541 nonnulli loci ope codicis M correcti esse videntur (Biener 354), viginti quinque locorum emendationes prolatae sunt in appendice, quae in Parisina anni 1542 in textum illatae sunt. Quae in Marciano insunt, primus edidit Henricus Scrimger Scotus Augustae Vindelicorum anno 1556 sive ipso usus Marciano sive — id quod post dissertationem Heimbachii l. c. 330 ss. multo verisimilius — apographo eius, codice Palatino 387, diligenter facto, quantum quidem nunc licet iudicare. Correxit pauca eaque fere levia modo versione vulgata modo editione Haloandrina modo suo usus iudicio. Post hos viros nonnulla emendavit Agylaeus in versione novellarum latina (Basileae 1561) partim tacite partim brevissimis notis adscriptis. Haloandrinam et Scrimgerianam contaminavit Contius in editione Lugdunensi anni 1571, quam vulgatae fundamento fuisse iure dicas. Parum enim sive ad emendationem sive ad recensionem contulerunt posteri: quaedam correxit Hombergk in versione latina (Marburgi 1717, desunt edicta), plura Spangenberg (Gottingae 1797), qui etiam Viglii Zwichemi excerpta anno 1533 ex M facta habuit scholiaque potissimum ex eis edidit[2]. Beck in editionibus Lipsiensibus (1834 et 1837) verbis graecis nihil fere medelce attulit, paulo plus Osenbrüggen (Lipsiae 1840).

Textum vulgatum tandem aliquando evertit Zachariae in editione apud Teubnerum anno 1881 publicata (appendicem adiecit

1) Omnes novellarum et Authentici editiones recenset Biener 317 ss.

2) De tribus (?) Meermannianis quos habuit Sp. (Biener 555 s. 572 s.) hoc unum indagavi. Cod. Meerm. 178 (= Phillipps. 1499: L. Cohn Verz. d. Meermannhss. 39) habet f. 11^v Nomocanonem L tit., f. 156^r Coll. 87 cap., f. 179^r Coll. 25 cap., f. 209^r Leonis novellas, f. 301^r novellas 24 quae absunt ab Haloandrina, f. 363^r edicta Iustiniani Iustini Tiberii. Esse igitur videtur Meerm. III.

anno 1884, legem de dioecesi Aegyptiaca denuo edidit 1891). Quam tanto viro dignam esse vix est quod dicas. Codicem M totum primus contulit, L et A interdum inspexit, ceteros novellarum testes ad verba pristina recuperanda adhibuit; nec tamen minus sagacitate iudiciique acumine profecit quam diligenti horum subsidiorum usu. Quod ordinem quoque mutavit secundum tempus constitutiones digerens (quae Iustini sunt et Tiberii formasque eparchicas omisit)[1], id neque commodum est et propter incertam multarum aetatem improbandum.

Venio ad subsidia in edendo Authentico adhibita.

Codices igitur ex ingenti qui extat numero (129 novit Heimbach) hos elegit Schoell.

V Vindob. lat. 2130 (iur. civ. 19 cf. Heimbach LXIII ss.) membr. in folio foliorum 233. Diligenter scriptus est saec. XIII vel XIV, continet autem haec:

f. 1—50 Institutiones

f. 51^r—191^r Authenticum (folii 191 quod superest et f. 192 vacua sunt)

f. 193^r—233 Codicis libros X—XII (Kruegero est J). Hanc partem ea exaravit manus, quae in Authentico correxit (V^2).

Ordo novellarum, qui in plerisque codicibus mire turbatus est — non glossatas enim primo eiectas postea denuo receperunt idque saepe non pristino loco, sed appendicem adiecerunt constitutionum extravagantium[2]) — in hoc codice paene integer est: 1—10. 12. 14—20. 22—103. 105. 104. 106—119. 133. 120—130. 132. — 11. 13. 21. 66. 86. 134. Omissa est igitur 131, bis positae 66 et 86. Et inscriptiones et subscriptiones adesse solent; numeris latinis hic illic adscripti sunt graeci. Collationis titulique nota plerumque adiecta est; glossae insunt Anteaccursianae fortasse a prima manu scriptae, Accursiana postea sed saec. XIV ut videtur additae, recentiores paucissimae.

v^2 Manus altera eiusdem aetatis atramento nigro

v^3 supplevit saepius quam emendavit; tertia multo recentior (forsitan duo sint) atramento palido ex altero codice emendavit. Codicem ceteris omnibus antecellentem contulit Schoell.

R Berolinensis (antea Rosnyanus 2394 olim Pithoeanus: krit. Jahrb. I 189 Heimbach LXXIII ss.) lat. in fol. 271 membr. foliorum 162. Continet:

f. 1—78 Authenticum saec. XIII scriptum. Primus quaternio exaratus est ab altera manu coaeva[1]), eadem in fine f. 98^v adiecit nov. 52.

f. 79—86 tres particulas codicis *T* huc *t* delatas. Prima complectitur nov. 8 inde a c. 13 *aut aliquos tales* (p. 76, 39), sequuntur 9. 10 usque ad *neque impetra* (p. 93, 12); altera (f. 82) nov. 72 pr. inde a *turam esse nostrae* (p. 355, 24) et 73 usque ad *si uero alter* (p. 351, 22); tertia (f. 83—86) nov. 33 inde a *toga dicimus* (p. 497, 27). 37. 38. 39. 40 usque ad *quas liberi* p. 246, 25. 44 a verbis *lege confirmantem* p. 271, 3. nov. 49.

f. 87—162 tertii codicis partem, qua haec comprehenduntur: f. 87—91 appendix novellarum saec. XIV exarata has complectens *r* constitutiones: 123 inde ab *habet fidutiam* (p. 712, 12). 124. 70. 66. 60. 65. 67. 21. — f. 91—110 Iuliani aliquot capita (cf. Haenel XVI). — f. 111—154 Rogerii summa Codicis mutila. — f. 155—162 fragmentum opusculi ad ius canonicum spectantis.

De f. 1—78 haec adnotanda sunt. Ordo novellarum hic est: 1—10. 12. 14—20. 22. 23. 34—36. 41. 45. 46—48. 50. 51. 53—59. 61. 62. 68. 69. 71—86. 88—100. 102—104. 106—115. 117. 119. 120. 126—130. 132. — 11. 13. 21. 66. 86. 134. 52 (quam add. R^2). Haud raro quae constitutiones omissae sint adnotavit scholiasta. Rubricator pinxit litteras initiales, collationis numerum in margine superiore laevo, tituli in dextro, in margine exteriore capitum inscriptiones, in contextu signum ς ad denotandas paragraphos. Manus altera saepe prioris vitia correxit et n. 52 adiecit. — Contulit Schoell.

Monacensis lat. 3509 (iur. civ. 10, olim *T* August. civ. 9) membr. in folio foliorum 302 saec. XIII (Heimbach LVI ss.). Institutiones sequitur Authenticum f. 45—199, cuius pars principalis patet usque ad f. 173^v; appendices adictae sunt duae, altera f. 174—177 a manu altera eiusdem fere aetatis, f. 178—199 fortasse ab eadem manu altera. Lacunae insunt haud exiguae, quoniam nonnulla folia hinc evulsa in R transierunt; f. 64^v enim desinit in *aut armatos* p. 76, 39, f. 65^r inc. a. *bit petita* p. 93, 12; f. 101^v des. in *neque ecclesiam* nov. 69 c. 1 p. 344, 26, 102^r inc. a *quibus modis* nov. 74 p. 370, 7, desiderantur praeterea partes novellarum 72. 73 (cf. supra); f. 197^v des. *nobili et antiqua* nov. 33 c. 1 p. 497, 27, f. 198^r inc. a *curialibus* nov. 40 c. 4 p. 250, 32. Unum igitur folium prorsus interiit.

Ordo idem fere est qui in R: 1—10. 12. 14—20. 22. 23. 34—36. 41. 45—48. 50. 51.

---

1) Illas edidit JGR III, has ἀνέκδ. 249 ss.

2) Postquam Authenticum Irnerii aetate inventum est, e novellis 134 selegerunt 97 quas scholis explanaverunt; has in novem distribuerunt collationes (conspectum dat Heimbach proll. DCCX ss.). Priorum curis usus Accursius anno 1220 suam conscripsit glossam; glossatae eaedem sunt quae in collationibus leguntur, nisi quod 105 (numeri arabici sunt Authentici) est coll. VIII 6, sed glossa caret, 40 glossam quidem habet, sed a collationibus abest.

1) Falso de alterius codicis particula loquitur Heimbach; f. 8 errore insertum est inter 1 et 3, ut nunc numerantur.

53—59. 61. 62. 68. 69 etc. (deest accurata descriptio).

Foliis 174—177 continentur nov. 128. 52, f. 178—199 nov. 101 (manus recentissima adnotavit: *alii libri non habent istam constitutionem de donationibus curialium nec sequentes*). 105 (extat bis). 116 (extat bis). 118. 122—125. 131 (extat bis). 24—33. [37—39]. 40. 42—44. [49].

Codicis *T* lectiones selectas primo ex Heimbachii notis excerpsit Schoell, postea (a nov. LXXIX p. 388) ipse eum contulit haud minus diligenter quam *V* et *R*.

Ex ceteris libris hi interdum adhibiti sunt:

O Orielensis Oxoniensis 22 (A II 7) membr. saec. XIII (Heimbach XVII Coxe 7 Krueger praef. Cod. VIII). Novellae 17 paucarumque quae extant subscriptionum collatione a Kruegero confecta usus est Schoell.

Escorialensis bibliothecae altae I S 9 membr. saec. XIII (Heimbach LIII), ex quo inscriptiones et subscriptiones descripsit Dionysius Gonzalez.

Bamb. I Bambergensis D II 11 membr. in folio saec. XIV foliorum 217 (est Jaeckii 814 + 824 + 833. Hunc codicem cum sequenti confudit Heimbach LXI ss.). Continet:

f. 1—49^v Iustiniani Institutiones

f. 50^r—160^r Authenticum cum glossa Accursiana secundum solitum novem collationum ordinem, praeterquam quod in nona ordo hic est: 1—3. 5. 6. 14. 15. 7—13. 4. In fine additur nov. 52 ut in *R*. Subscriptiones adduntur novellis hisce: 8. 53—59. 61. 68. 71—77. 79—85. 88. 134. Primo ex Heimbachii apparatu varietatem excerpsit Schoell, postea (inde a nov. 80 p. 390, 13) sua usus est collatione. Quae de prioribus falsa ex Heimbachio relata sunt, ea in subscriptionum indice addendisque correximus.

f. 161^r—216^r Codicis libros X—XII cum glossa. In spatio vacuo f. 161^{rv} et 217^r indices et addenda scripsit manus recens.

Bamb. II Bambergensis D I 1 membr. in folio saec. XIV pagg. 266 (Jaeck 826) continet haec:

p. 2. 3 actionum tabulam

p. 5—164 Authenticum secundum novem collationes, nisi quod deest IX 4. Novellae non glossatae desunt omnes. Subscriptiones subiciuntur hisce: 1. 4—10. 12. 14—20. 22. (23). 41. 45. 47. 48. 89. 90. 92. 93—95. Hic quoque inde a nov. 89 p. 445, 5 sua collatione usus est Schoell.

p. 165—264 Codicis libros X—XII ab altera manu aequali scriptos.

p. 265. 266 indices et tabulas.

Ad subscriptiones potissimum secundum Heimbachii plerumque apparatum variae lectiones ex his afferuntur libris:

Ambr. Vindob. lat. iur. civ. 4, olim Ambracensi, membr. saec. XIII (Heimbach LXIX).

Vindob. Eugenii 157 membr. saec. XIV (Heimbach LXX). *Vind. alter.*

Claustro-Neoburgensi 62 membr. saec. XIII (Heimbach LXX). *Neob.*

Parisino lat. 4429 membr. saec. XIII vel XIV (Heimbach XLIII) perpaucas exhibente subscriptiones. *Paris.*

Pistoriensi bibl. capit. 103 (olim E 4. 2) membr. in folio foliorum 74 saec. XII exeuntis. Exaratus est duabus columnis, glossa adest Anteaccursiana, cui plerumque suprascripta est Accursiana. Nov. 11. 13. 21. 66 positae sunt inter 14 et 15, deest 40; extravagantes desunt 24. 31. 32. 37. 43. 44. 49. 52. 60. 63—65. 70. 87. 118. 123. Subscriptiones insunt ad 8 (p. 80, 10. 88, 41). 121 (at cf. p. 772, 1). 123—125. 134, quas descripsit Krueger. Nov. 121 diligentissime Contulit Lud. Chiapelli JCtus Pisanus intercedentibus Buonamicio et Pulleo professoribus Pisanis. *Pist.*

Monacensis 9359 (olim Frisingensis) saec. XIV a Schoellio collatus est ad nov. 116.

Si qui praeterea allati sunt, loco idoneo quae opus sunt adnotata invenies.

Editio princeps prodiit Romae 1476; et haec et sequentes quarum moles non digna est quae describatur [1]), paene solas habent glossatas. Magni momenti sunt editiones Contii, quarum prior prodiit Parisiis 1559 (ab hac pendent Lugdunensis a. 1562 et sequentes), posterior Lugduni 1571. In illa igitur novam collationibus addidit decimam a se scilicet congestam 63 novellas complectentem. Ex his unam tantum (11) ex Authentici codicibus hausit, duas (37. 64) e Iuliani epitome, unam (43) ex Isidori canonibus; maximae partis (47 integrarum et 8 summarum) non Authentici, sed Haloandri versionem impressit, trium et unius summae suam; viginti quinque en his in ς nunquam fuerunt. Verba Authentici expressit ex editione Parisina anni 1511, cuius vitia repetivit; ipse contextum graeci exemplaris ope passim interpolavit. Posterior aliquanto praestat; in qua exhibuit novem collationum (sunt 96 constitutiones; nam 126 omissa est eiusque locum tenet versio Haloandrina) et nov. 11 versionem vulgatam; duodecim constitutionum (13. 21. 40. 52. 60. 101. 122. 118. 131. 123—125) versionem ex Authentici codicibus dedit, nov. 43 ex actis conciliorum, n. 138 ex appendice Iuliani, sex Iuliani epitomas, quadraginta ab aliis, octo a se translatas; ordinem autem secutus est corporis 168 novellarum. Veri igitur Authentici et formae et ordinis omnia deleta erant vestigia. Praeterea hic quoque ex Haloandri versione et graeco exemplari summa licentia textum interpolavit; qua de re plura

1) Cf. Biener 322 ss. Heimbach DLXXXIX ss.

disces ex Heimbachii prolegomensis DCIX ss. eiusque notis, cum in hac editione talia omnia afferre necessarium visum non sit[1]).

Contii editionem repetiverunt recentiores; aliquid fructus accessit e Pithoei collatione (1573) et Iuliano (1576), in quibus edidit versionem veterem nov. 37—39. 67. Ordinem vulgatum primus mutavit Beck (Lipsiae 1836 et 1837) restituto pristino, textui succurrit novellis 49. 63—65. 67. 70 quas e V eddiderant Savigny et Biener insertis emendationibusque temptatis saepe felicibus. Beckium excepit Osenbrüggen (Lips. 1840 etc.), qui perspecta vulgatae pravitate pristinam textus formam recuperare studuit antiquis editionibus et inde a nov. 22 codice Hamburgensi inspectis: nec tamen multum profecit (cf. G. E. Heimbach krit. Jahrb. II 792 ss.).

Contianum igitur fere textum suscepit G. E. Heimbach, qui primus criticam editionem confecit (2 voll. Lips. 1846. 1851). Qui tantum laborem huic negotio impendit, ut summa laude dignus sit, quamvis multa non recte administraverit. Plane enim abolita Contianae auctoritate ex ingenti codicum numero gaucos cosque praestantes electos recensionis fundamentum esse voluit; quos quod non accurate contulit nullaque paene est pagina, in qua falsa non rettulerit, id illius aetatis homini magis condonandum est quam si qui nunc talia peccant. In emendatione haud ita multum praestitit.

Huius igitur editionis consilium est et novellarum graecarum et Authentici pristinam restituere formam. Ab utraque parte summae obstant difficultates; illic saepe nescis utrum ipsius Iustiniani an redactoris sylloges alicuius an interpolatoris recentioris verba recuperes; hic plerumque difficillimum est diindicare, quid in exemplari graeco scriptum viderit, quid intellexerit qui vertit homo perquam stultus. Illic codicem Marcianum maxime secutus est Schoell, hic cautissimum se praestitit atque etiam speciossimas coniecturas saepe in apparatu tantum commemoravit. Codicum ceterorumque fontium lectiones adnotatae sunt diligenter praeter vitia levissima, coniecturae virorum doctorum eae tantum, quae aliqua probabilitate commendarentur.

Versio latina plane rennovata est, qua de parte optime meruit Krueger; indices adiecti sua ipsi utilitate commendantur, in addendis et indice de Bambergensium lectionibus accuratius relatum esse quam in ipsius contextus notis supra dixi. Restat igitur ut gratias agam manimas et Schoelli et meo nomine omnibus quicunque de hac editione meruerunt, imprimis Paulo Krueger Theodoro Mommsen Eduardo Zachariae de Lingenthal clarissimae memoriae viro, praeterea Francisco Skutsch amico, qui praeter Kruegerum et Mommsenum in plagulis corrigendis me adiuvit.

1) Quibus usus sit codicibus, non constat nec multum interesset scire, nisi aliquot subscriptiones praeberent haud spernendas — si homini fides.

Vratislaviae, d. 17. m. Nov. 1894.

Relegi et quae necessaria erant correxi et addidi iterum Vratislaviae d. 27. m. Martii 1899, tertium Gryphiae d. 23. m. Sept. 1903, quartum Monasterii Guestfalorum d. 18. m. Dez. 1911.

Guilelmus Kroll.

ADDENDA.

2 in nota: Anon. Bod. 212 est Eclogae V 7

4, 14 ἤτοι recte del. Zach(ariae) ad notam marginalem (quae exhibetur in eius editione I 21 n. 11) spectare dicens.

6, 19 εἰδότα κληρονόμον ὡς coni. Zach.

10 adn. 6: nota quae est in M non ad ed. II referenda est (Zeitschr. d. Sav. St. VIII 244)

11, 7 in Ϛ: usum qui fuerat] usumque (quidem Schoell) fructum Zach.

16, 15 κἀκείνους] καὶ ἄλλους Zach. servato κτήμασιν. — 24 in Ϛ: usus Zach. — adn. 15 χρυσίον μὲν om. A

20, 35 ἐκκλησίας καὶ τούτων ἅπαντες Zach.

21, 2 in Ϛ invitationibus Kroll

23, 18 ἑαυτῶν] ταύτην Zach., αὐτὸ Schoell

24, 4 γινώσκοντα — ἡμῖν Zach. cf. 314, 11 — 6 dn.] CP. Zach.

25, 25 διαχθέντα Zach.

32, 9 πολιὰ coni. Schoell cl. 667, 7 (at cf. v. l. et 671, 25). — 29 τὸ τέτ. τῆς ἐξ ἀδ. αὐτοῦ περιουσίας Zach.

34, 19 μήτ' αὖθις Schoell recte

35, 15 XVI.] XVII. Zach.

36, 8 adn.: οἵ γε Coll. 87 cap.

47, 29 ideo deesse nomen episcopi Alexandrini existimat Zach., quod sedes tum vacua fuerit (cl. chron. orient. p. 82 ed. Ven.)

55 nota: vv. 7—28 in appendicem Nomoc. L tit. pervenerunt e Coll. 87 cap. 14

57, 33 πράττειν coni. Schoell

60, 7 τὸ] τι Zach. — 26 ἐπικεῖσθαι Zach. recte

63, 3 τὸ πρᾶγμα ⟨τὸ⟩ Zach. — 17 ὡς κοινωφελῆ ὄντα καὶ idem — 31 scribe ⟨ἐπὶ⟩ τῶν ex A Ϛ. — 30 adn. ad Ϛ: Mad. Bamb. (non Mod.)

65, 1 ἐπάρχων Schoell recte?? — τε del. Zach. — 32 καθ' αὐτόν Kroll

71, 40 ἕως τῆς ἀρχῆς ἐφίσταται, δίκας τῆς κλοπῆς ὑποστησόμενος Zach.

76, 31 aut ἑκάστης aut ἀρχόντων cum B Zach.

80 adn. ad Ϛ 10: dat. k. IIII madii capitulo bisilliano add. rubr. in Bamb. II datur XIIII kal. mai. p. const. uisiliario hc consul Pist.

89, 9 qui ⟨primores⟩ in Zach. — 13 coram] curam Kroll — 18 felicissimum nostrum . . . excercitum, ut reliqua curialis a. functionis Zach., seruiant pro auertant Kroll — 33 ne ab eis praesumatur Zach.

90, 34 καὶ del. Zach.

94, 10 eisdem Zach. recte. — 22 eis] episcopis Zach.

98, 8 τε] τι Zach. — 16 εἰ καὶ] ἢ καὶ cum L Ϛ Haloandro Zach.

100, 29 τῆς ἐπὶ] an ἐπὶ τῆς? cf. Ϛ — 35 τὸν νόμον variis modis temptat Zach. Zeitschr. d. Sav. St. XIII 10

104, 19 τοῦ ante ἐπάρχου add.* Zach.

107, 27 παρατρεπομένας Zach.

108, 35 verba ὅπως — 36 πολιτείαν vice fungi verborum 26 ὅπως — 27 διατυπώσεως putat Zach. haud recte

110, 12 ἀποτίθενται Ϛ fort. recte

117, 17 in Ϛ: quisque Zach. — adn. 42: cf. etiam nov. CXXXIV.

134, 2 ἀπογραφὴν Zach. — 8 ταύταις idem

137, 34 δὲ del. Zach.

144 adn. ad Ϛ 27: dat. kl. aprilis cap. c. bilisario uic. c. Bamb. II

155, 30 sqq. ἐπιβουλευομένην . . . αὐτὴν Zach.

156 nota: ex B 28, 7, 2 post nov. CXVII c. 9 in L.

157 adn. 4 ἐκ τοῦ τῆς L

158, 25 εἰς cum Ϛ del. Kroll

167, 16 plusquamperfectum augmento carens et hic et ceteris locis servare debebat Schoell (cf. 142, 16 etc.)

188, 2 ex] et Zach.

190, 28 διότι — 35 φόρους parenthesin putat Zach. Zeitschr. d. Sav. St. X 292.

194, 5 cf. etiam 112, 25 BZ 60, 43, 4 (quo loco φ' corr. Zach.)

201, 33 αὐτοῖς sc. ὑπηκόοις Zach.

205, 30 τῶν del. Schoell

206, 14 ἕνεκεν] ἔνοχον Kroll cl. 465, 13 ep. Jacob. 2, 10 Usener d. heil. Theod. 114.

217, 3 an τὸ φ̄?

222, 33 ἀνηγάγομεν Ϛ

241, 6 in praesenti necessariam tempore Zach.

243, 35 eius] sive Kroll

245, 39 an poenae?

246, 25 ἐξαίρειν M.

247, 3 νομοθετουμένων M.

249, 12 τοῦτο ⟨τὸ⟩ τῶν Schoell cl. 435, 1

260, 33 ⟨καὶ⟩ οὐκ εἶναι cl. Ϛ Zach.

275, 16 μετὰ] an κατὰ? cf. Ϛ

277 adn. ad Ϛ 12: consuli (non consul.) Bamb. — ad 14: habet etiam Bamb. I in fine coll. IX, in T adicitur post nov. CXXVIII (= Auth. 133).

285, 34 dat. kl. sep. τ. iust. a. c. bis uic. con. anno secundo Bamb. II. (cf. ad 287, 37), d. k. sept. cp. iust. an. XI. bil. ann. II° T

298, 34 subscr. in T (ubi praescribitur rubricae nov. XLV = Auth. 52) f. 177: dat. kal. septembris constan. a iust. imperatore pp. an. XII. pc.

305 adn. ad Ϛ 39: X. habet Bamb., octub. idem

308 adn. ad Ϛ 16: imper. domino] iaap. doaano Bamb.

310 adn. ad Ϛ 27: XI.] VII. decimo Bamb. — cons.] consul idem

312 adn. ad Ϛ 11: nouemb. cp. impr. dnm. Bamb.

322, 32 μία] an μηδεμία?

329 adn. ad Ϛ 7: CP. om. etiam Bamb. — dn.] dnn. idem

339, 22 deditae Zach.

354, 22 ταύτην τὴν θεραπείαν Zach. nunc. — 39 subscr. habet Bamb. I, qui cp. Ip. dnm. iustinianus

356, 32 ἄλλοις Zach., idem ὥστε — 33 σαῖν pertinere putat ad praefectum praetorio, cetera ad praesides provinciales. — 35 subscr. est in Bamb. I qui om. non. Iun. CP. habetque dnno et uic.

359, 1 admirabilibus vel admirandis fuit in Ϛ

370 adn. ad Ϛ 5: prid. nonas Bamb. — ss. (non consule) idem

377, 15 *γένοιντο Zach.*
381 *adn. ad S* 7: dat. quinto id. octub. *Bamb.*
387 *adn. ad S* 39: Apione] consule aprone *Bamb.*
388 *Nov. LXXIX extat in A f.* 204, *cuius lectiones sunt hae*: 5 *sq. αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς αὔγουστος M. τῷ ἁ. καὶ μακαριωτάτῳ πατρ. Κωνσταντινουπόλεως.* — 7 *γνόντες ἐπὶ τῆς εὐδαίμονος ταύτης π.* — 12 *διασύρειν — τινας* 13 — *δίκας* — *om.* ἢ *et* ἢ *πρὸς ἀσκητρίας* — 14 *πέμπουσι πρ. ἐξουσίαν διδόντες αὐτοῖς ἔνδον γίνεσθαι* — 17 *ἴσως ἀνδράσι καὶ* — 20 *εἰ*] *ἵνα εἰ* — *ἔχει* — 22 ἢ] *καὶ* — *ἐν*] *τῶν ἐν* — 23 *om. πόλεως ἑκάστης ἐπισκόπῳ* — 27 *δι'*] *καὶ δι'* — 32 *θεοφιλῶν ut S* — 389, 1 *om. τὰ περὶ τῆς* — 2 *δικαστῶν* — *om. αὐτὰς ut S* — 3 *om. τοὺς primum* — 4 *θείους*] *θείους καὶ ὁσίους* — *οὕτως* — *οἰόμενοι ἔχειν* — 8 *ὑπάρχων* — 10 *τοῦ τε ἐνδοξοτάτου ὑπάρχου* — 14 *παντελῶς γενέσθαι* — 17 *τῆς εὐδαίμονος ταύτης* — 20 *ἀναδέξῃ* — 21 *προστάττουσαν* — 22 *om. θεῖον* — 23 *τοῦ γράμματος τούτου* — 25 *om. τὰς* — 31 *om. ὁ* — 33 *ποινὴν τε ι λίτρων χρυσίου* — 34 *δοθησομένας* — 35 *πράκτορας δέ γε om. οἱ* — *ὅλως προσαγαγεῖν τοιαύτην ὑ. ὑπὸ τῶν* — 37 *κωλυόμενοι καθ.* — 39 *om. τὸ* — 390, 1 *εἰς πάντας τούτου κρ. τ. ν. τοὺς πρός τινας* — 3 ἢ *καὶ* — 4 *ἔχοι*] *ἔχοντας πρᾶγμα δίκης οἱασοῦν* — 5 *om. τῆς prius et alterum* — 6 *κρατεῖν κυρίως κατὰ*
430, 24 *δὲ*] *requiritur δὴ*
441, 31 *ἔχοιεν cl.* 442, 3 *Zach.*
444, 14 *lacunam statuit Zach. haec fere supplens*: *οὐδὲ ⟨παρὰ ἀδελφοῦ· ἔπειτα δὲ ὁ ἐκ γάμου συγκλητικοῦ πρὸς σκηνικὴν τεχθεὶς οὐ νόθος, ἀλλὰ γνήσιος ἔσται καὶ οὐδὲ⟩ ἕξει.*
447, 20 *an καὶ ⟨τὸ⟩?*
469 *adn. ad* 15: *τὰς πολλὰς* B^{2} 41, 7, 12.—21 *νόμος*] *Cod.* 5, 14, 9
483, 3 *an ᾧπερ?*
494, 15 *aut hic ἀπαντήσειαν aut* 17 *ἀφίκοιτο Schoell*
495, 10 *ἰδιωτῶν*] *στρατιωτῶν Krueger*
507, 20 *de* apari *Zach. Zeitschr. d. Sav. St. X* 294
508, 27 *κατὰ δέκα χρυσοῦς del. et* 29 *χρυσίων scrib. Zach. ibid. XIII* 33 *s.*
510. *Nov. CVII cap. III habet epit.* 31, 21 (*IGR VII* 65)
514, 36 *γενέσθαι aut eiusmodi aliquid ante τοῦ add. Krueger*
593, 3 *αὐτοῖς*] *αὐτοὺς Kroll*
636, 24 *edendum erat ἄλλῳ οἱῳδήποτε ὀνόματι*
650. *Nov. CXXX fuit in B* 57, 5 *secundum ind. reg.*
666 *adn. ad S* 4: *huc pertinere videtur subscriptio quae in Pistor. et Escor. praescribitur nov. CXXXIII* (= *Auth.* 131): dat. (datur *Esc.*) prid. (pridem *Esc.*) k. Nov. CP. (cap. *Pist.*) imp. (cpr. *Pist.*) dn. (dni. ni. *Esc.*) Iustiniani (iust. *libri*) pp. Aug. (cog. *libri*) anno XVIIII pc. (pac. *Pist.*) Basili vc. anno IIII [*a.* 545]
693, 7 *priore coniectura reiecta Zach. Zeitschr. VIII* 233 *proponit: πέπονθε παρσεικουτίονα) ἠναγκάσθη ἐπιδίδοσθαι*
711, 17 *in S* utilitate caret *coni. Mommsen*
734, 7 *τὴν*] *μὴ Mommsen*
753, 14 *aliquid turbatum esse perspexit Mommsen; post εἶτα excidisse verbi causa ὁ ὠνησάμενος putat Kroll*
760, 13 *verba τοῦ — ἔθνους post φόρων l.* 11 *ponenda esse putat Mommsen*
763, 18 *in M esse Ἰουλιανῷσ et scribendum esse Ἰουλιανῷ σ⟨υνηγόρῳ⟩ perperam contendit Zach. et olim et nunc* (*Zeitschr. XV* 369)
764, 29 *verba τὴν — ἀλλὰ insiticia putat Mommsen*
781, 29 *καὶ primum del. Mommsen*
782, 18 *verba μηδὲ μετὰ ταῦτα suspecta habet Mommsen*

SIGNORUM EXPLICATIO.

I. In adnotatione critica ad Novellarum textum graecum:

M — codex Marcianus graec. 179 saec. XIII (praef. VIII).
L — codex Laurentianus plut. LXXX 4 saec. XIV (praef. X).
A — codex Ambrosianus L 49 sup. saec. XII (praef. X).
B — Basilica (praef. IV).
  B^c — codex Coislin. 151 saec. XI et 152 saec. XIV
  B^l — codex Laur. pl. LXXX 11 saec. XII
  B^p — codex Parisinus 1357 saec. XV
  B^f — editio Fabrotiana
  B^S — Synopsis Basilicorum
  B^Σ — scholia Basilicorum
s — versio latina quod vocatur Authenticum.
vulg. — vulgata editionum lectio.

Ath. — Athanasii epitome (praef. VII).
Cod. — Codex Iustinianus.
Coll. XXV cap. (*C*) — Collectio XXV capitulorum (praef. VII).
Coll. LXXXVII cap. (*S*) — Collectio LXXXVII capitulorum (praef. VIII).
Coll. const. eccl. — Collectio constitutionum ecclesiasticarum (praef. VII).
Dig. — Digesta Iustiniani.
Epan. — Epanagoge legis (praef. V).
Inst. — Institutiones Iustiniani.
Iul. — Iuliani epitome latina Novellarum (praef. VI).
  Iul.^{b} — codex Berolinensis 269 saec. VIII—IX
  Iul.^{p} — codex Paris. 4568 saec. VIII—IX
  Iul.^{v} — codex Vindobon. 2160 saec. X—XI
  Iul.^{w} — codex Vercellensis saec. X
Nomoc. XIV tit. — Nomocanon XIV titulorum (praef. VII).
  Nomoc.^{d} — eiusdem Bestae commentario aucti cod. Dublin. Trin. Coll. 494 saec. XII
  Nomoc.^{m} — eiusdem Nomocanonis aucti cod. Monac. 122 saec. XII
Nomoc. L tit. — Nomocanon L titulorum (praef. VIII).
Proch. — Ὁ πρόχειρος νόμος (praef. V).
Theod. — Theodori epitome Novellarum (praef. III).

II. In adnotatione critica ad versionem latinam quod vocatur Authenticum:

R — codex Berolin. 271 saec. XIII (praef. XII).
  r — folia alterius libri codici *R* adnexa.
V — codex Vindob. lat. iur. civ. 19 saec. XIII—XIV (praef. XI).
T — codex Monac. lat. 3509 saec. XIII (praef. XII).
  t — eiusdem particulae in codicem *R* illatae.
Bamb. I. II. — codices Bambergenses D II 11 et D I 1 saec. XIV (praef. XII).
Escorial. — codex Escorialensis I S 9 saec. XIII.
O — codex Orielensis Oxoniensis 22 (A II 7) saec. XIII.
Ambrac. — codex Ambracensis Vindob. lat. iur. civ. 4 saec. XIII.
Neob. — codex Claustro-Neoburgensis 62 saec. XIII.
Paris. — codex Paris. 4429 saec. XIII—XIV.
Pist. — codex Pistoriensis 103 saec. XII.
Vind. alter — codex Vindob. Eugenii 157 saec. XIV.
dett. — deteriores, *al.* — alii codices.
ed. pr. — editio princeps Authentici (Romae a. 1476).
vulg. — vulgata lectio (praef. XIII).
edd. — editiones Authentici vel aliquot vel pleraeque.
Gr. — Graeca novellarum lectio.

---

a b litterulis ad codicum notas adpositis distinguitur librarii scriptura primaria (e. g. M^a) et secundaria (M^b).
1 2 3 numeris ad codicum notas adpositis distinguitur librarii manus (e. g. L^1) a correctoris correctorumve mutationibus (L^2, L^3). Ubi prima manus sola notatur, correctorem in codice reposuisse quod in contextu nostro editum est, ubi correctio sola, primam manum cum editis consentire significatur.
pr. et *corr.* distinguit priorem lectionem et correctam, si quando de auctore correctionis non satis constat.
s. v. — scriptura vel notula in codice supra versum adscripta.
in mg. — scriptura vel notula in codice in margine adscripta.
v. l. — varia lectio.
m. rec. — manus recens.
add(*it*) *om*(*ittit*) *del*(*et*) *suppl*(*et*) *coll*(*ocat*) *scr*(*ibit*) *corr*(*igit*) *not*(*at*) *cit*(*at*) *coni*(*ecit*) *leg*(*endum*) *scrib*(*endum*) *vid*(*etur*) *lit*(*ura*) *ras*(*ura*) *ex corr*(*ectione*) *in spat*(*io*) *vac*(*uo*) *rubr*(*ica*) *inscr*(*iptio*) *subscr*(*iptio*)
[ ] cancellis quae inclusa sunt delenda esse indicatur.
⟨ ⟩ uncis quae inclusa sunt, praeter codicum fidem addita esse indicatur.
stellula * praefixa id quod in contextu editur ex Schoellii emendatione repositum esse significatur.

377, 15 *γένοιντο Zach.*
381 *adn. ad* ς 7: dat. quinto id. octub. *Bamb.*
387 *adn. ad* ς 39: Apione] consule aprone *Bamb.*
388 *Nov. LXXIX extat in A f.* 204, *cuius lectiones sunt hae*: 5 *sq.* αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς αὔγουστος *M.* τῷ ά. καὶ μακαριωτάτῳ πατρ. Κωνσταντινουπόλεως. — 7 γνόντες ἐπὶ τῆς εὐδαίμονος ταύτης π. — 12 διασύρειν — τινας 13 — δίκας — *om.* ἢ *et* ἢ πρὸς ἀσκητρίας — 14 πέμπουσι πρ. ἐξουσίαν διδόντες αὐτοῖς ἔνδον γίνεσθαι — 17 ἴσως ἀνδράσι καὶ — 20 εἰ] ἵνα εἰ — ἔχει — 22 ἢ] καὶ — ἐν] τῶν ἐν — 23 *om.* πόλεως ἑκάστης ἐπισκόπῳ — 27 δι'] καὶ δι' — 32 Θεοφιλῶν *ut* ς — 389, 1 *om.* τὰ περὶ τῆς — 2 δικαστῶν — *om.* αὐτὰς *ut* ς — 3 *om.* τοὺς *primum* — 4 θείους] θείους καὶ ὁσίους — οὕτως — οἰόμενοι ἔχειν — 8 ὑπάρχων — 10 τοῦ τε ἐνδοξοτάτου ὑπάρχου — 14 παντελῶς γενέσθαι — 17 τῆς εὐδαίμονος ταύτης — 20 ἀναδέξῃ — 21 προστάττουσαν — 22 *om.* θεῖον — 23 τοῦ γράμματος τούτου — 25 *om.* τὰς — 31 *om.* ὁ — 33 ποινὴν τὲ ι λίτρων χρυσίου — 34 δοθησομένας — 35 πράκτορας δέ γε *om.* οἱ — ὅλως προσαγαγεῖν τοιαύτην ὑ. ὑπὸ τῶν — 37 κωλυόμενοι καθ. — 39 *om.* τὸ — 390, 1 εἰς πάντας τούτου κρ. τ. ν. τοὺς πρός τινας — 3 ἢ καὶ — 4 ἔχοι] ἔχοντας πρᾶγμα δίκης οἱασοῦν — 5 *om.* τῆς *prius et alterum* — 6 κρατεῖν κυρίως κατὰ
430, 24 δὲ] *requiritur* δὴ
441, 31 ἔχοιεν *cl.* 442, 3 *Zach.*
444, 14 *lacunam statuit Zach. haec fere supplens*: οὐδὲ ⟨παρὰ ἀδελφοῦ· ἔπειτα δὲ ὁ ἐκ γάμου συγκλητικοῦ πρὸς σκηνικὴν τεχθεὶς οὐ νόθος, ἀλλὰ γνήσιος ἔσται καὶ οὐδὲ⟩ ἕξει.
447, 20 *an* καὶ ⟨τὸ⟩?
469 *adn. ad* 15: τὰς πολλὰς *B*Σ 41, 7, 12.—21 νόμος] *Cod.* 5, 14, 9
483, 3 *an* ᾧπερ?
494, 15 *aut hic* ἀπαντήσειαν *aut* 17 ἀφίκοιτο *Schoell*
495, 10 ἰδιωτῶν] στρατιωτῶν *Krueger*
507, 20 *de* apari *Zach. Zeitschr. d. Sav. St. X* 294
508, 27 κατὰ δέκα χρυσοῦς *del. et* 29 χρυσίων *scrib. Zach. ibid. XIII* 33 *s.*
510. *Nov. CVII cap. III habet epit.* 31, 21 (*IGR VII* 65)
514, 36 γενέσθαι *aut eiusmodi aliquid ante* τοῦ *add. Krueger*
593, 3 αὐτοῖς] αὐτοὺς *Kroll*
636, 24 *edendum erat* ἄλλῳ οἱῳδήποτε ὀνόματι
650. *Nov. CXXX fuit in B* 57, 5 *secundum ind. reg.*
666 *adn. ad* ς 4: *huc pertinere videtur subscriptio quae in Pistor. et Escor. praescribitur nov. CXXXIII* (= *Auth.* 131): dat. (datur *Esc.*) prid. (pridem *Esc.*) k. Nov. CP. (cap. *Pist.*) imp. (cpr. *Pist.*) dn. (dni. ni. *Esc.*) Iustiniani (iust. *libri*) pp. Aug. (cog. *libri*) anno XVIIII pc. (pac. *Pist.*) Basili vc. anno IIII [*a.* 545]
693, 7 *priore coniectura reiecta Zach. Zeitschr. VIII* 233 *proponit*: πέπονθε παρθενοκουτίονα) ἠναγκάσθη ἐπιδίδοσθαι
711, 17 *in* ς utilitate caret *coni. Mommsen*
734, 7 τὴν] μὴ *Mommsen*
753, 14 *aliquid turbatum esse perspexit Mommsen; post* εἶτα *excidisse verbi causa* ὁ ὠνησάμενος *putat Kroll*
760, 13 *verba* τοῦ — ἔθνους *post* φόρων *l.* 11 *ponenda esse putat Mommsen*
763, 18 *in M esse* Ἰουλιανῷσ *et scribendum esse* Ἰουλιανῷ σ⟨υνηγόρῳ⟩ *perperam contendit Zach. et olim et nunc* (*Zeitschr. XV* 369)
764, 29 *verba* τὴν — ἀλλὰ *insiticia putat Mommsen*
781, 29 καὶ *primum del. Mommsen*
782, 18 *verba* μηδὲ μετὰ ταῦτα *suspecta habet Mommsen*

SIGNORUM EXPLICATIO.

I. In adnotatione critica ad Novellarum textum graecum:

M = codex Marcianus graec. 179 saec. XIII (praef. VIII).
L = codex Laurentianus plut. LXXX 4 saec. XIV (praef. X).
A = codex Ambrosianus L 49 sup. saec. XII (praef. X).
B = Basilica (praef. IV).
- B^c = codex Coislin. 151 saec. XI et 152 saec. XIV
- B^l = codex Laur. pl. LXXX 11 saec. XII
- B^p = codex Parisinus 1357 saec. XV
- B^f = editio Fabrotiana
- B^S = Synopsis Basilicorum
- B^{Σ} = scholia Basilicorum

ς = versio latina quod vocatur Authenticum.
vulg. = vulgata editionum lectio.

Ath. = Athanasii epitome (praef. VII).
Cod. = Codex Iustinianus.
Coll. XXV cap. (*C*) = Collectio XXV capitulorum (praef. VII).
Coll. LXXXVII cap. (*S*) = Collectio LXXXVII capitulorum (praef. VIII).

Coll. const. eccl. = Collectio constitutionum ecclesiasticarum (praef. VII).
Dig. = Digesta Iustiniani.
Epan. = Epanagoge legis (praef. V).
Inst. = Institutiones Iustiniani.
Iul. = Iuliani epitome latina Novellarum (praef. VI).
- $Iul.^b$ = codex Berolinensis 269 saec. VIII—IX
- $Iul.^p$ = codex Paris. 4568 saec. VIII—IX
- $Iul.^v$ = codex Vindobon. 2160 saec. X—XI
- $Iul.^{vc}$ = codex Vercellensis saec. X

Nomoc. XIV tit. = Nomocanon XIV titulorum (praef. VII).
- $Nomoc.^d$ = eiusdem Bestae commentario aucti cod. Dublin. Trin. Coll. 494 saec. XII
- $Nomoc.^m$ = eiusdem Nomocanonis aucti cod. Monac. 122 saec. XII

Nomoc. L tit. = Nomocanon L titulorum (praef. VIII).
Proch. = Ὁ πρόχειρος νόμος (praef. V).
Theod. = Theodori epitome Novellarum (praef. III).

II. In adnotatione critica ad versionem latinam quod vocatur Authenticum:

R = codex Berolin. 271 saec. XIII (praef. XII).
- *r* = folia alterius libri codici *R* adnexa.

V = codex Vindob. lat. iur. civ. 19 saec. XIII—XIV (praef. XI).
T = codex Monac. lat. 3509 saec. XIII (praef. XII).
- *t* = eiusdem particulae in codicem *R* illatae.

Bamb. I. II. = codices Bambergenses D II 11 et D I 1 saec. XIV (praef. XII).
Escorial. = codex Escorialensis I S 9 saec. XIII.
O = codex Orielensis Oxoniensis 22 (A II 7) saec. XIII.
Ambrac. = codex Ambracensis Vindob. lat. iur. civ. 4 saec. XIII.
Neob. = codex Claustro-Neoburgensis 62 saec. XIII.
Paris. = codex Paris. 4429 saec. XIII—XIV.
Pist. = codex Pistoriensis 103 saec. XII.
Vind. alter = codex Vindob. Eugenii 157 saec. XIV.
dett. = deteriores, *al.* = alii codices.
ed. pr. = editio princeps Authentici (Romae a. 1476).
vulg. = vulgata lectio (praef. XIII).
edd. = editiones Authentici vel aliquot vel pleraeque.
Gr. = Graeca novellarum lectio.

$^{a\,b}$ litterulis ad codicum notas adpositis distinguitur librarii scriptura primaria (e. g. M^a) et secundaria (M^b).
$^{1\,2\,3}$ numeris ad codicum notas adpositis distinguitur librarii manus (e. g. L^1) a correctoris correctorumve mutationibus (L^2, L^3). Ubi prima manus sola notatur, correctorem in codice reposuisse quod in contextu nostro editum est, ubi correctio sola, primam manum cum editis consentire significatur.
pr. et *corr.* distinguit priorem lectionem et correctam, si quando de auctore correctionis non satis constat.
s. v. = scriptura vel notula in codice supra versum adscripta.
in mg. = scriptura vel notula in codice in margine adscripta.
v. l. = varia lectio.
m. rec. = manus recens.
add(*it*) *om*(*ittit*) *del*(*et*) *suppl*(*et*) *coll*(*ocat*) *scr*(*ibit*) *corr*(*igit*) *not*(*at*) *cit*(*at*) *coni*(*ecit*) *leg*(*endum*) *scrib*(*endum*) *vid*(*etur*) *lit*(*ura*) *ras*(*ura*) *ex corr*(*ectione*) *in spat*(*io*) *vac*(*uo*) *rubr*(*ica*) *inscr*(*iptio*) *subscr*(*iptio*)
[ ] cancellis quae inclusa sunt delenda esse indicatur.
⟨ ⟩ uncis quae inclusa sunt, praeter codicum fidem addita esse indicatur.
stellula * praefixa id quod in contextu editur ex Schoellii emendatione repositum esse significatur.

IUSTINIANI NOVELLAE

RECOGNOVIT

RUDOLFUS SCHOELL

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΛΗΡΟΝΟΜΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥ ΦΑΛΚΙΔΙΟΥ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω praetori*ων τὸ β′, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.*

⟨Προοίμιον.⟩ Ἐνησχολημένοις ἡμῖν περὶ τὰς ἁπάσης τῆς πολιτείας φροντίδας, καὶ μικρὸν οὐδὲν αἱρουμένοις ἐννοεῖν, ἀλλ' ὅπως ἂν Πέρσαι μὲν ἠρεμοῖεν, Βανδίλοι δὲ σὺν Μαυρουσίοις ὑπακούοιεν, Καρχηδόνιοι δὲ τὴν παλαιὰν ἀπολαβόντες ἔχοιεν ἐλευθερίαν, Τζάνοι τε νῦν πρῶτον ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων γενόμενοι πολιτείαν ἐν ὑπηκόοις τελοῖεν (τοῦτο ὅπερ οὔπω καὶ νῦν πλὴν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας βασιλείας δέδωκε Ῥωμαίοις ὁ θεός), ἐπιρρέουσι καὶ ἰδιωτικαὶ φροντίδες παρὰ τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἀεὶ προσαγγελλόμεναι, ὧν ἑκάστῃ μὲν δίδομεν τὸν προσήκοντα τύπον. ὁπόσα δὲ συχνῆς μὲν ἀπολαύει τῆς κατὰ μέρος βοηθείας, δυνατὰ δέ ἐστιν ἐγγραφέντα νόμῳ κοινὴν ἅπασι δοῦναι τὴν ἐφ' οἷς χρῄζουσιν ὠφέλειαν, ταῦτα χρῆναι νομίζομεν καὶ νομοθετῆσαι καὶ παραδοῦναι τοῖς ὑπηκόοις αὐτόθεν βοηθοῦντα, καὶ μὴ τῆς ἀεὶ κελεύσεως τῆς ἐκ τῶν βασι-
1 *λέων δεόμενα. Ἀεὶ τοίνυν ἡμᾶς ἐνοχλοῦσιν οἱ μὲν ὑπὲρ πρεσβείων καταλελειμμένων οὐ μὴν διδομένων προσιόντες, οἱ δὲ ἐλευθεριῶν, οἱ δὲ ἑτέρου τινός, ὅπερ οἱ μὲν παραδόντες τοὺς κλήρους δοθῆναί τισιν ἢ γενέσθαι διετάξαντο, οἱ δὲ ἀγνωμόνως καὶ τῶν πραγμάτων ἐφίενται καὶ ταῦτα λαμβάνουσι, καὶ τὸ κελευσθὲν οὐ πληροῦσι· καίτοιγε καὶ τοῖς πάλαι νομοθέταις εἴρητο προσήκειν τὰς τῶν τελευτώντων διατυπώσεις, ὅσαι μὴ μάχονται νόμοις, πᾶσι πληροῦσθαι τρόποις. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοὺς οὕτω γεγραμμένους νόμους ἤδη κατὰ τὸ πλεῖστον ἀμεληθέντας εὕρομεν, ἀνακτήσασθαί τε*

R DE HEREDIBUS ET FALCIDIA.

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp. II.

⟨Praefatio.⟩ Occupatis nobis circa totius reipublicae curas, et parvum nihil eligentibus cogitare, sed quatenus Persae quidem quiescant, Vandali vero cum Mauris oboediant, Carchedonii autem antiquam recipientes habeant libertatem, et Tzani nunc primum sub Romanorum facti republica inter subiectos habeantur, quod nondum hactenus nisi sub nostro imperio dedit Romanis deus, incurrunt etiam propriae sollicitudines a nostris subiectis semper nuntiatae, quarum singulis quidem damus competentem formam. Quaecumque vero frequenti quidem potiuntur per partes auxilio, possibilia tamen sunt scripta lege ⟨ut⟩ communem omnibus praestent, in quibus opus habent, utilitatem, haec oportere putamus et lege sancire et tradere subiectis per se iuvantia et non semper
1 iussione Imperatorum egentia. Semper igitur nobis importuni sunt alii quidem pro legatis relictis, non tamen praebitis adeuntes, alii vero pro libertatibus, alii ob aliud quoddam, quod transmittentes quidem hereditates dari quibusdam aut fieri constituerunt, indevote autem et res adeunt et eas percipiunt, et quod est iussum non faciunt, cum utique etiam a veteribus legislatoribus dictum sit competere deficientium dispositiones, quaecumque non repugnant legibus, omnibus modis impleri. Sed quoniam ita positas leges iam plerumque neglectas invenimus, reparare eas iudicavimus oportere et tam

Nov. I (= Coll. I tit. 1: gloss.) Graece extat in ML, inde a medio capite 1 in A, cap. 1—4 in B 41, 4, 1, prooem. in B². — Epit. Theod. 1, Athanas. 9, 1. Iulian. const. I.

I *DE HEREDIBUS ET LEGE FALCIDIA.*

Imp. Iustinianus A. Iohanni, gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Occupatis nobis universae reipublicae curis, nec parvi quid animo agitantibus, sed quomodo Persae quiescant, Vandali cum Mauris oboediant, Carthaginienses pristinam libertatem recuperatam obtineant, Tzanique nunc primum Romanorum reipublicae subiecti inter subditos habeantur (id quod nondum hactenus nisi sub nostro imperio dedit Romanis deus), affluunt etiam privatae curae a subditis nostris semper delatae, quarum suam cuique convenientem formam damus. Quaecumque vero frequenti singulatim auxilio fruuntur, lege autem perscripta communem omnibus ubi opus est utilitatem praebere possunt, ea lege sancienda subditisque tradenda putavimus, per se auxilio futura nec perpetua imperato-
1 *rum iussione indigentia. Semper igitur negotium nobis facessunt alii propter legata relicta nec tamen praestita nos adeuntes, alii propter libertates, alii propter aliud quid, quod qui hereditates reliquerunt dari quibusdam aut fieri iusserunt: ei vero quibus obtingunt improbe et appetunt bona et accipiunt nec iussa exequuntur; tametsi a veteribus etiam legislatoribus dictum sit defunctorum dispositiones, si quae legibus non repugnant, omnibus modis esse implendas. Sed quoniam leges ita conscriptas iam magna ex*

ἀρχὴ σὺν θεῷ τῶν Νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ —: αἱ τῶν εὐσεβῶν (ἤγουν βασιλικῶν s. v.) νόμων ἐπανορθώσεις. Νεαρὰ πρώτη M² ‖ 1 Περὶ τῶν κληρονόμων καὶ τοῦ φαλκιδίου L (in quo rubricam praecedit inscriptio v. 3—5) B Athan. p. CVI Index reginae ϛ] περὶ τοῦ φαλκιδίου M περὶ κληρονομιῶν καὶ περὶ Φαλκιδίου Theod. ‖ 4 *ἑῴας L* ‖ praetori*ων (s. v. πραιτορίων) M πραιτωρίων L* ‖ 5 *πατρικίων M* ‖ 6 *ἁπάσας τὰς (τῆς L²) L* ‖ 7 *οὐδὲν] οὐ μὴν L* ‖ 10 *τηανοι? M¹* ‖ 23 *ὑπὲρ ληγάτων πρεσβείων L* ‖ 24 *οὗπερ (ουπερ L¹) L* ‖ 31 *νόμους om. L*

1 In nomine domini nostri (nostri *om. V*) Iesu Christi *praescr. RTV* ‖ 2 Falcidia] constitutio prima ℞ *add. V*, constitutio prima et si heres legata solvere noluerit *add. R rubr.* ‖ 3 I (*sic*) aug. Iohi pp scd *R*, *inscr. om. V* ‖ 7 parum *RTV* ‖ 8 sq. quiescunt *et* obediunt *RTV* ‖ uaiandali *V¹* ‖ 9 *Carchedonii] et archedonii (arcedonii *V*) *RTV* ‖ autem *RV*, *del. V²*, *om. vulg.* ‖ 10 *et Tzani] quānisi (q *del. R²*) *RT* quam *V¹* qui *V²* ‖ 11 habentur *V²* ‖ 14 nuntiare *V¹* ‖ 17 ut *om. RTV* ‖ 18 praestant *T*, praestare *coni. Heimbach* ‖ 24 quiddam *V² vulg.* ‖ 32 iudicamus *V*

αὐτοὺς ἡγησάμεθα δεῖν καὶ τοῖς τε περιοῦσι δοῦναι τὴν ἐξ αὐτῶν ἀσφάλειαν καὶ τοῖς τετελευτηκόσι τὴν
2 ἐντεῦθεν ἀποτῖσαι τιμήν. Πρῶτον μὲν οὖν ἐκεῖνο σκεπτέον, ὅτι δὴ τῶν διατιθεμένων τοῖς μὲν ἀνάγκην ἐπιτίθησιν ὁ νόμος ἀπονέμειν τινὰ μοῖραν προσώποις τισίν, ὡς δὴ τοῦτο κατ' αὐτὴν τὴν φύσιν ὀφειλομένοις, ὁποῖον δή τι παισὶ καὶ ἐγγόνοις, καὶ πατράσι καὶ μητράσιν, ἔσθ' ὅτε καὶ ἀδελφοῖς, καὶ εἴ τι τοιοῦτο πρόσωπον ἢ ἐν τοῖς ἐξ ἡμῶν ἢ ἐν τοῖς ἐξ ὧν ἐσμὲν ἠρίθμησαν οἱ νόμοι, τοῖς δὲ οὐδεμία καθέστηκεν ἀνάγκη μοῖραν διδόναι τινὶ τῆς ἑαυτῶν περιουσίας, ἀλλ' αὐτεξούσιός ἐστιν ἡ φιλοτιμία, πρὸς οὓς ἂν ὁ διατιθέμενος βούλοιτο φερομένη.

viventibus praebere ex eis cautelam quam morienti-
2 bus hinc exhibere honorem. Primum itaque illud est cogitandum, quia testantibus aliis quidem necessitatem imponit lex distribuere quandam partem personis quibusdam, tanquam hoc secundum ipsam naturam eis debeatur, quale est filiis et nepotibus, et patribus atque matribus, interdum vero etiam fratribus, et si quam huiusmodi personam aut in his, quae ex nobis sunt, aut ex quibus sumus, enumeraverunt leges, aliis autem nulla consistit necessitas partem dare quamlibet propriae substantiae, sed sua potestas eis largitur ad quoscumque testator voluerit proferenda.

CAPUT I.

⟨A⟩ Τούτων οὖν ἡμῖν προδιωρισμένων, θεσπίζομεν τοὺς παρά τινων γεγραμμένους κληρονόμους ἢ καὶ τυχόντας fideicommissων, τῶν καθ' ὁμάδα τυχὸν ἢ κατ' εἶδος, ἢ καὶ πρεσβείων, ἀνάγκην ἔχειν, ἅπερ ἂν ὁ διαθέμενος καὶ τιμήσας αὐτοὺς διατάξειεν, ἐκ παντὸς τρόπου πληροῦν, εἰ τὸ προσταχθὲν νόμιμον εἴη, ἢ εἰ μή τις αὐτὸ νόμος, εἰ καὶ μὴ γένοιτο παρὰ τοῦ τιμηθέντος, ἀλλ' οὖν κύριον εἶναι ῥητῶς ἀποφαίνει.
1 Εἰ δέ τις μὴ πληρῶν τὸ διατεταγμένον, ἀλλ' ἁρμόσαντος τῷ τετιμημένῳ τοῦ καταλειφθέντος ἐκ ψήφου δικαστικῆς ὑπομνησθεὶς ἐνιαυτὸν ὅλον ἑλκύσοι μὴ πράττων τοῦτο ὅπερ προσετάχθη, εἰ μέν τις ἐκείνων εἴη τῶν ἀναγκαστικῶς ἐκ τοῦ νόμου τι λαμβανόντων, εἰς πλεῖον δὲ ἢ καθ' ὅσον ὁ νόμος αὐτῷ δίδοσθαι βούλεται γέγραπται κληρονόμος, τοσοῦτον λαμβάνειν μόνον, ὁπόσον ὁ νόμος αὐτῷ δίδοσθαι κατὰ τὴν τετάρτην τῶν ἐξ ἀδιαθέτου μοῖραν συγχωρεῖ, τὸ δὲ ἄλλο σύμπαν ἀφαιρεῖσθαι, καὶ εἰ μὲν καὶ ἕτεροί τινες γεγραμμένοι τυγχάνουσι κληρονόμοι, προσαύξειν ἐκείνοις κατὰ τὸ μέρος τῆς ἐνστάσεως, ὅπερ ἑκάστῳ προσνενέμηται. Εἰ δὲ μηδεὶς ἄλλος εἴη κληρονόμος, ἢ τύχοιεν μὲν γεγραμμένοι τινές, μὴ προσίοιεν δὲ τῷ κλήρῳ, τηνικαῦτα τὸ ἀφαιρούμενον προστιθέσθω τοῖς ἄλλοις πράγμασιν, καὶ ἄδεια παρεχέσθω καὶ ληγαταρίοις καὶ φιδεϊκομμισσαρίοις καὶ οἰκέταις ἐλευθερίᾳ τιμηθεῖσι προσιέναι καὶ τοῦτο οἰκειοῦσθαι, ἐφ' ᾧ πᾶσι τρόποις τὸ προστεταγμένον πληρῶσαι· ἀσφαλείας δηλαδὴ πρότερον παρ' αὐτῶν γινομένης, καθάπερ ἂν ὁ

His igitur a nobis praeordinatis sancimus, eos, qui ab aliquibus scripti sunt heredes, aut meruerunt fideicommissa, per universitatem forsan aut per speciem, aut legatum, necessitatem habere, quaecumque testator et honorans eos disposuerit, ex omni modo complere, si quod praecipitur legitimum sit, aut si non illud aliqua lex, vel si non fiat ab eo qui honoratus est, tamen ratum esse expresse iam demonstret.
1 Si quis autem non implens quod dispositum est, sed dum competat ei qui honoratus est, quod relictum est, et ex decreto iudicis admonitus annum totum protraxerit, non agens hoc quod praeceptum est, si quidem aliquis illorum fuerit, qui necessarie ex lege percipiunt, in plus autem, quam quod lex ei dari vult, scriptus est heres, tantum accipiat solum, quantum lex ei dari secundum quartam aut ab intestato partem concedit, aliud vero totum auferri. Et si quidem etiam alii quidam scripti sunt heredes, adcrescere illis secundum partem institutionis, quae unicuique distributa est; si vero nullus alter sit heres, aut sint quidem scripti quidam, non autem adeant hereditatem, tunc quod aufertur adiciatur aliis rebus, et licentia praebeatur et legatariis et fideicommissariis et servis libertate honoratis adire et hoc adquirere, ita ut omnibus modis quod praeceptum est impleatur: cautione videlicet prius ab eis facta, se-

cap. I summaria habent 'Ροπαί 24, 38 et Anonymus Bodleianus ap. Zachariae 'Ανέκδοτα p. 212.

parte neglectas invenimus, eas instaurandas existimavimus, et tam superstitibus securitatem ex illis prae-
2 *standam quam defunctis honorem inde persolvendum.* ***Primum igitur illud considerandum est,*** *aliis testatoribus legem necessitatem imponere partem aliquam personis quibusdam tribuendi utpote quod ipso iure naturae eis debeatur, velut liberis et nepotibus, patribus et matribus, interdum etiam fratribus, et si quam eiusmodi personam vel inter eos qui ex nobis sunt, vel ex quibus nos sumus, leges numeraverunt; aliis vero nullam incumbere necessitatem partem aliquam bonorum suorum cuiquam relinquendi, sed suo arbitrio stare liberalitatem ad quemcumque voluerit testator conferendam.*

I. *His igitur a nobis ante dispositis sancimus iis, qui heredes a quibusdam scripti sunt vel fideicommissa, universalia puta aut singularum rerum, vel etiam legata acceperunt, necessitatem incumbere quaecumque testator vel qui eos honoravit praeceperit omni modo implendi, si quod iniunctum est legitimum sit, aut nisi lex aliqua, etiamsi non fiat ab eo, qui honoratus est, tamen id ratum esse expresse declarat.*
1 *Quod si quis non impleat quod praeceptum est, sed, cum competat quod relictum est honorato, sententia iudiciali admonitus integrum annum traxerit non agens id quod imperatum est, si quidem ex eorum numero sit, qui necessario ex lege aliquid capiunt, in plus autem quam quantum lex ei dari vult, heres scriptus sit, tantum capiat solum, quantum lex pro quarta parte ab intestato ipsi dari permittit, reliquum vero omne ei auferatur, et si alii quoque heredes scripti sunt, illis pro parte institutionis quae cuique tributa est accrescat. Sin nullus alius heres sit, aut si scripti quidem sint aliqui, hereditatem vero non adeant, tunc quod aufertur reliquis bonis adiciatur, et venia detur legatariis et fideicommissariis et servis libertate honoratis adeundi et ea vindicandi, ita tamen, ut omnibus modis quod praeceptum est impleant; cautione*

1 αὐτὸ *L* ‖ 7 ἐκγόνοις *L* ‖ πατράσι] παισὶ *M* ‖ 8 ἔσθ' ὅτε *M*] καὶ ἔσθ' ὅτε *LBΣ* ‖ 11 τινὶ *M*] τινὰ *LBΣ* ς ‖ 12 αὐτεξουσίως *L*[1] ‖ 16 fidicomissων (ἤτοι ἀποκαταστάσεων *s. v. M*[2]) *M* ἀποκαταστάσεως *B* ‖ 17 ἢ πρεσβείων (καὶ ληγάτων *s. v. L*[2]) *LB* ς ‖ ὅπερ *L* ‖ 20 αὐτὸ] αὐτοῦ *s.* αὐτῶν *L*[b] ‖ εἰ] ἐστὶ *s. v. L*[2] ‖ 21 ἀποφαίνοι *Haloander* ‖ 23 ἐκ ψήφου] et ex decreto ς ‖ 24 ἑλκοίσει (ἑκοίσει *L*[a]) *L* ‖ 29 τρίτην *L*[1]*B* (*cf. BΣ d*) ‖ 31 καὶ *post* μὲν *om. L* ‖ 37 ἄδεια παρεχέσθω *Haloander* ς, ἄδειαν παρεχέτω *MLB* ‖ καὶ *om. L* ‖ 38 fidicomissarioις (*s. v.* ἤγουν τὴν ἀποκατάστασιν λαμβάνουσιν) *M* φειδικομισαρίοις *L* ‖ 41 αὐτοῦ *M*[a]

1 morienti *R* ‖ 3 recogitandum *V* ‖ 12 eis *in litura R* ei *V* ‖ *an* sed suae potestatis est largitas ? (*sim. Contius*) ‖ 15 merunt *V*[1]*T*[1] ‖ 18 ex] *del. R*[2], ea *V*[2] ‖ 20 qui] q• *V*[1] ‖ 23 qui] quod *V*[1] ‖ 24 et ex (ēx *R*[1]) *RT*] etiam ex *V al.* ‖ 26 eorum *VT*[1] ‖ 27 quam *om. V* ‖ 28 scriptum *R*[1] ‖ tantum ꝗ solum accipiat *R* ‖ 29 dari] uult *add. R* ‖ aut *del. vulg.* ‖ 33 descributa *R*[1] ‖ 35 quod *om. V*[1] 36 et legatariis] quidem legatariis *V*

τῶν πραγμάτων καὶ τῶν προσώπων ἐπιδέχοιτο τρόπος, ὅτι τὰ πράγματα λαβόντες πράξουσιν ἐπ' αὐτοῖς, ἅπερ ὀρθῶς ἐβουλήθησαν οἱ διαθέμενοι. ἢ εἴπερ μηδεὶς τῶν μνήμης ἐν τῇ διαθήκῃ τυχόντων βουληθείη προσελθεῖν, τουτέστι συγκληρονόμος ἢ ληγατάριος ἢ φιδεϊκομμισσάριος ἢ οἰκέτης ἐλευθερίᾳ τετιμημένος, τηνικαῦτα ἐπὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου, οὓς ὁ νόμος καλεῖ μετὰ τὸν γεγραμμένον μέν, τῇ νομίμῳ δὲ ὑπὸ τοῦδε τοῦ νόμου περικλεισθέντα μοίρᾳ, φέρεσθαι τὰ πράγματα, καὶ αὐτοὺς ὁμοίως διδόντας ἀσφάλειαν, ὅτι πληροῦσι τὰ τῇ διαθήκῃ περιεχόμενα. Ἄτακτον δὲ οὐδὲν οὐδὲ συγκεχυμένον οὐδὲ ἐπὶ τούτων γίνεσθαι βουλόμεθα, ἀλλ' ὁ πρῶτος κατὰ τὴν τάξιν καλούμενος μετὰ τὸν ἤδη περικεκλεισμένον ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦ καθ' ἡμᾶς, οὗτος καλείσθω πρότερος, εἶτα ὁ μετ' ἐκεῖνον, καὶ ἐφεξῆς οὕτως, ἕως ἂν ὁ τελευταῖος ἐκλιπὼν χώραν ποιήσῃ καὶ τῶν ἔξωθέν τινι, βουλομένῳ καὶ προσελθεῖν καὶ τὰ καταλελειμμένα πληρῶσαι. μεθ' οὓς καὶ τὸ δημόσιον, εἴγε βούλοιτο, τίθεμεν. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ληγαταρίων καὶ φιδεϊκομμισσαρίων τοιαύτην εἶναι βουλόμεθα τάξιν, ὥστε προτέρῳ δίδοσθαι παρρησίαν τῆς προσελεύσεως τῷ καθ' ὁμάδα φιδεϊκομμισσαρίῳ, ἢ πλειόνων ὄντων τῷ μείζονα μοῖραν ἔχοντι, ἐπειδὴ καὶ μίμημά τι κληρονόμου καθέστηκε, καὶ μάλιστα ἐφ' ἡμῶν, οἵπερ τῷ Τρεβελλιανίῳ μόνῳ δόγματι δεδώκαμεν ἐπὶ τῶν τοιούτων φιδεϊκομμίσσων χώραν, τὰς τοῦ Πηγασιανίου περιόδους μισήσαντές τε καὶ ἐκβαλόντες. εἰ δὲ ἢ οὐκ εἴη τις καθ' ὁμάδα τετιμημένος ἢ οὐ βούλοιτο πρᾶξαι τὸ κελευσθέν, ἐπὶ τοὺς τοῖς μείζοσιν ἰδικοῖς ληγάτοις ἢ καὶ φιδεϊκομμίσσοις τετιμημένους τὴν τοιαύτην ἔρχεσθαι παρρησίαν. οὕτω γε καὶ τοῖς οἰκέταις δίδοσθαι καιρὸν τοῖς ἐλευθερίᾳ τετιμημένοις καὶ προϊέναι καὶ ἐλευθέρους ἀσφαλῶς εἶναι καὶ τὰ πράγματα λαμβάνειν καὶ πληροῦν τὰ κελευσθέντα μετὰ τῆς ἔμπροσθεν εἰρημένης ἀσφαλείας. Εἰ δὲ μηδεὶς εἴη τῶν ληγαταρίων ἢ φιδεϊκομμισσαρίων τῶν καθ' ὁμάδα ἢ καὶ κατ' εἶδος μείζονι μοίρᾳ ἢ πρεσβείῳ τετιμημένος, ἀλλὰ πάντες ἴσην ἐπέχοιεν τύχην, τηνικαῦτα προκρίνεσθαι μὲν καὶ οὕτως τοὺς καθ' ὁμάδα φιδεϊκομμισσαρίους διὰ τὸν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον λόγον, ἢ τὸν ἐξ αὐτῶν βουλόμενον πληρῶσαι τὸ προστεταγμένον, τοὺς δὲ λοιποὺς ληγαταρίους ἢ φιδεϊκομμισσαρίους, ὅσοι μηδὲν ἀλλήλων ἐν τῷ καταλελειμμένῳ προέχουσι, καὶ πάντας, εἰ βούλοιντο, καλεῖ-

cundum quod personarum vel rerum receperit modus quia res accipientes agunt in eis, quae recte voluerunt testatores. Si vero nullus horum, de quibus testamento memoria facta est, voluerit adire, hoc est coheres aut legatarius aut fideicommissarius aut servus libertate honoratus, tunc ad alios, quos lex ab intestato vocat post eum quidem, qui scriptus est, et legitima per hanc legem parte exclusus, deferri res, et ipsos similiter praebentes cautionem, quia complent, quae testamento continentur. Inordinatum vero nihil neque confusum nec in his fieri volumus, sed primus secundum ordinem vocatus post eum, qui iam exclusus est a lege nostra, ita vocetur prior, deinde qui post illum est, ⟨et⟩ ita de cetero, donec ultimus relictus locum faciat etiam alicui exterius venientium, et adire et quae relicta sunt implere; post quos etiam fiscum, si voluerit, ponimus. Etenim in legatariis et fideicommissariis hunc esse volumus ordinem, ut detur licentia aditionis priori per universitatem fideicommissario, aut multis existentibus maiorem partem habenti, quoniam et in similitudinem heredis consistit, et maxime apud nos, qui Trebelliano solo dogmati dedimus in talibus fideicommissis locum, Pegasiani circuitiones odio habentes et expellentes. Si vero aut non fuerit quispiam per universitatem honoratus aut noluerit agere quod iussum est, ad eos, qui maioribus propriis legatis aut fideicommissis honorati sunt, huiusmodi venire fiduciam. Sic quoque servis dari tempus, qui libertate honorati sunt, et adire, et liberis cautum esse, et res percipere, et complere quae iussa sunt, cum praedicta dudum cautione. Si vero nullus fuerit legatariorum vel fideicommissariorum per universitatem aut per speciem maiori parte aut in legato honoratus, sed omnes aequalem habuerint fortunam, tunc praeponi quidem etiam sic per universitatem fideicommissarios propter dictam dudum rationem, aut eum, qui ex eis voluerit implere quod praeceptum est; reliquos autem legatarios vel fideicommissarios, quicumque nihil alterutros in hoc, quod relictum est, antecedunt, etiam omnes, si voluerint, vocari, aut

scilicet prius ab iis praestanda prouti rerum vel personarum ratio admittat se rebus acceptis inde executuros quae recte testatores voluerunt. Quodsi nemo eorum, quorum in testamento facta est mentio, adire velit, id est coheres vel legatarius vel fideicommissarius vel servus libertate honoratus, tunc ad reliquos ab intestato, quos lex vocat post scriptum quidem heredem, sed intra legitimam tantum portionem per hanc legem coactum, bona deferantur, et ipsos similiter praestituros cautionem se ea, quae testamento continentur, impleturos esse. Nihil vero inordinati neque confusi ne in his quidem fieri volumus, sed qui primus ex ordine vocatur post eum, qui iam nostra lege circumscriptus est, is prior vocetur, deinde qui post eum est, et sic deinceps, donec ultimus deficiens locum faciat etiam extraneorum alicui, qui et adire et relicta implere velit; post quos etiam fiscum, si quidem voluerit, ponimus. Etenim et in legatariis et fideicommissariis talem ordinem esse volumus, ut priori detur fideicommissario universali, vel si plures sint, maiorem partem habenti licentia adeundi, quia et instar heredis est, idque maxime apud nos, qui soli Trebelliano SCto in talibus fideicommissis locum dederimus, ambagibus Pegasiani odio habitis et explosis. Si vero aut nullus sit fideicommisso universali honoratus aut nolit quod imperatum est facere, ad eos, qui maioribus legatis specialibus sive fideicommissis honorati sunt, eiusmodi facultas veniat; itaque etiam servis libertate honoratis opportunitas detur et adeundi et libertate secure fruendi et bona accipiendi et imperata implendi cum praedicta cautione. Sin autem nemo legatariorum aut fideicommissariorum, universalium aut particularium, maiore portione vel legato honoratus sit, sed omnes aequali sint condicione, tunc quidem utique praeferantur fideicommissarii universales, ob ea quae ante a nobis dicta sunt, vel quicumque ex illis quod praeceptum est implere vult. Reliqui vero legatarii vel fideicommissarii, quicumque in eo, quod relictum est, nihil alter alteri praestant, universi, si velint, vocentur, vel qui ex illis

1 τῶν πραγμάτων καὶ τῶν προσώπων] personarum vel rerum ϛ ‖ 2 πράττουσιν L ϛ ‖ 3 ἢ εἴπερ] Si vero ϛ ‖ 5 ἢ φιδεϊκομισσάριος M] ἢ ὁ τὴν ἀποκατάστασιν λαμβάνων M²B, om. L ‖ 10 διδόντας] διδόναι τὴν B ‖ 14 ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦ] τῷ νόμῳ τῷ L ‖ 15 οὗτος] ita (i. e. οὕτως) ϛ ‖ 16 ἐκλείπων L ‖ 19 τὸν δημόσιον LB ‖ 22 φιδεικομισσαρίων M λαμβάνοντι τὴν ἀποκατάστασιν B ‖ 24 κληρονόμοις L¹ κληρονόμος L² ‖ 25 οἵπερ] cf. Inst. 2, 23, 7 ‖ τρεβελλανείῳ M ‖ 30 καὶ om. Lϛ ‖ 33 ἐλευθέροις ϛ? ‖ 36 ἢ φιδικομισσαρίων M] om. L¹, ἢ τῶν ficomi˙ s. v. L² ‖ 37 μοῖρα τετιμημένα (τετιμημένος m. 2) ἢ πρεσβείῳ L ‖ 40 τὸν ἔμπροσθεν] ab his vv. inc. A f. 221 ‖ ἡμῖν om. A ‖ 41 τῶν ἐξ αὐτῶν βουλομένων A ‖ 42 προσταττόμενον L ‖ 43 ὅσοι] om. L¹, οἳ L²A

2 uolunt R¹ ‖ 14 et om. RTV ‖ 15 etiam] et etiam R set etiam V¹ ‖ 16 uolenti post uenientium add. dett., recte ‖ 17 etiamſi fiscum si V¹ ‖ 19 prior• V¹ ‖ 22 similitudine V ‖ 23 qui] qui ex V¹ ‖ soli R²V² ‖ 29 dare V¹ ‖ 30 libertis V¹ ‖ 35 habuerunt aequalem V ‖ 38 quod om. V¹

σθαι, ἢ τοὺς ἐξ αὐτῶν βουλομένους. *Εἰ δὲ μηδεὶς ληγατάριος ἢ φιδεϊκομμισσάριος ἕλοιτο τοῦτο πρᾶξαι,* δίδομεν τοῖς οἰκέταις παρρησίαν τοῖς ἐλευθερίᾳ τετιμημένοις κατὰ τὴν τάξιν τῆς ὀνομασίας, καθ' ἣν αὐτοὺς ὁ δεσπότης ὠνόμασε, κατὰ τοῦτο ἔχειν τὴν πρὸς ἀλλήλους προτίμησιν.

2 Καὶ ταῦτα μὲν ἅπαντα νομοθετοῦμεν, ἔνθα ἀναγκαστική τις ὑπόκειται δόσις εἴς τινα τῶν ἐκ φύσεως ὀφειλομένων τινὰ διαδοχὴν παρὰ τοῦ διαθεμένου τε καὶ τελευτῶντος. *Εἰ δὲ* οὐδὲν ὑπόκειται τοιοῦτον πρόσωπον ἐν ταῖς ἐνστάσεσιν, ἀλλ' ἑκούσιος ἡ φιλοτιμία τῆς διατυπώσεως παρὰ τοῦ διαθεμένου γίνοιτο, εἶτα ὁ γεγραμμένος οὐ πληροῖ τὸ προστεταγμένον εἴσω τοῦ ῥηθέντος ἡμῖν ἔμπροσθεν χρόνου, ἤτοι τὸν μὲν ἀφαιρεῖσθαι πάντων τῶν καταλελειμμένων, οὐδ' ὁτιοῦν οὔτε κατὰ Φαλκιδίου πρόφασιν οὔτε κατ' ἄλλην αἰτίαν λαβεῖν δυνάμενον. Ὁμοίως δὲ τὰ αὐτὰ κρατεῖν, καὶ εἰ μὲν εἶεν συγκληρονόμοι, τούτους καλεῖσθαι, ἐπείτοιγε εἰς φιδεϊκομμισσαρίους καὶ ληγαταρίους καὶ οἰκέτας καὶ τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου πάντας κατὰ τὴν ἔμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν παραδεδομένην τάξιν τὰ πράγματα χωρεῖν, πανταχοῦ τοῦ βάρους συνημμένου τοῦ δεῖν πληροῦν ταῦτα, ἅπερ ὁ διαθέμενος κατὰ νόμον, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, ἐπιτάξειεν.

3 *Εἰ δὲ* ἡ ἔνστασις καὶ ὑποκατάστασιν ἔχοι, πρόδηλον ὡς πρότερον ἐπὶ τὸν ὑποκατάστατον βουλόμενον ἐλεύσεται τὰ πράγματα πάντα κατὰ τὸν νόμον πληροῦντα τὰ καταλελειμμένα. οὕτω τε ἐκείνου μὴ βουλομένου, τηνικαῦτα ἐπί τε τοὺς συγκληρονόμους καὶ ληγαταρίους καὶ οἰκέτας καὶ τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου καὶ τοὺς ἔξωθεν καὶ τὸ δημόσιον κατὰ τὴν παρ' ἡμῶν εἰρημένην παρατήρησιν τὰ ἀφαιρούμενα παραγενήσεται, πληροῦντας πανταχοῦ τὰς τῶν τελευτώντων νομίμους διατυπώσεις. διὰ τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τοσαύτας εἴδομεν διαδοχάς, ἵνα μὴ μείνειεν ἀπροσέλευστος ὁ τοῦ τελευτῶντος κλῆρος.

4 Exheredatους δὲ παῖδας, εἴ γε δικαίως παρὰ τοῦ πατρὸς ἀποκλεισθεῖεν καὶ μηδὲν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς ἔχοιεν γνώμης, οὐ καλοῦμεν οὐδὲ προσιέμεθα, κἂν εἰ μυριάκις βουληθεῖεν. *Εἷς γὰρ* ἐστὶ τῷ νόμῳ σκοπός, τὰ διατεταγμένα παρὰ τῶν τελευτώντων πληροῦσθαι. τὸν γὰρ ἐξ αὐτοῦ τοῦ διαθεμένου τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἀπελαυνόμενον πῶς ἂν εἴη δίκαιον καλεῖν εἰς πράγματα, ὧν αὐτὸν ἐκεῖνος διὰ τῆς ἐπ' αὐτῷ ῥητῶς γενομένης exheredationος γενέσθαι μέτοχον οὐκ ἠβου-

qui ex eis voluerint. Si vero nullus legatarius aut fideicommissarius elegerit hoc agere, damus servis licentiam libertate honoratis secundum ordinem denominationis, per quam eos dominus denominavit, secundum hoc habere in alterutros praepositionem.

2 Et haec quidem omnia sancimus, ubi necessaria quaedam subiacet datio in aliquo, cui ex natura debetur quaedam successio a testatore et moriente. Si vero nulla subest huiusmodi persona in institutionibus, sed spontanea largitas dispositionis a testatore fiat, deinde scriptus non compleat quod praecipitur intra praedictum a nobis dudum tempus, illum quidem privari omnibus relictis, nihil penitus neque per Falcidiae occasionem neque per aliam causam percipere valentem. Similiter autem talia obtinere: et si quidem sint coheredes, hos vocari, alioquin ad fideicommissarios et legatarios et servos et omnes ab intestato secundum prius a nobis traditum ordinem res venire, ubique onere cohaerente, quatenus oporteat compleri ea, quae testator secundum legem, sicut prius diximus, imperavit.

3 Si vero institutio etiam substitutionem habuerit, certum est, quia prius ad substitutum volentem venient omnes res secundum legem complentem quae relicta sunt, et sic illo nolente tunc ad coheredes et legatarios et servos et qui ab intestato et qui extra sunt et fiscum secundum a nobis datam observationem ea, quae auferuntur, venient, complentes ubique deficientium legitimas dispositiones: propterea namque etiam ad tantas respeximus successiones, ut non remaneat sine aditione morientis hereditas.

4 Exheredatos autem filios, si iuste a patre exclusi sint et nihil ex patris habeant voluntate, non vocamus neque respicimus, licet decies milies velint. Una enim est legis intentio, ut quae disposita sunt a morientibus impleantur; eum enim, qui ab ipso testatore propria substantia pulsus est, quomodo erit iustum vocare ad res, quarum eum ille per exheredationem factam in eum expressim fieri participem noluit? Si vero

voluerint. Quodsi nullus legatarius vel fideicommissarius hoc facere voluerit, servis libertate honoratis veniam damus, ut secundum ordinem nominationis, quo dominus eos nominaverit, ita inter se habeant

2 praerogativam. Et haec quidem omnia sancimus, ubi de necessaria agitur datione in eorum aliquem conferenda quibus natura successio a testatore et defuncto debetur. Si vero eiusmodi persona nulla subest in institutionibus, sed voluntaria liberalitas dispositionis a testatore fiat, et deinde scriptus heres intra tempus a nobis praedictum id quod praeceptum est non impleat: ille vero omnibus, quae relicta sunt, privetur, ut neque Falcidiae nomine neque ex alia causa quicquam capere possit. Similiter autem eadem obtineant, et siquidem coheredes adsint, hi vocentur, alioqui ad fideicommissarios et legatarios et servos et omnes ab intestato secundum ordinem a nobis ante traditum bona veniant, onere ubique annexo im-

3 plendi ea, quae testator legitime, sicut ante iam diximus, imperaverit. Si vero institutio etiam substitutionem habet, manifestum est prius ad substitutum, si velit, ventura esse bona relicta, omnia secundum legem implentem; pariterque illo nolente tunc ad coheredes et legatarios et servos et heredes ab intestato et extraneos et fiscum secundum dictam a nobis observationem quae auferuntur pervenient, qui omnino legitimas defunctorum dispositiones impleant. Propterea enim ad tot successiones respeximus, ne hereditas

4 defuncti non adita maneat. Exheredatos vero liberos, si modo iuste a patre exclusi sint nec quicquam ex voluntate patris habeant, non vocamus neque admittimus, etiamsi sescenties velint. Una enim est legis intentio, ut quae a defunctis praecepta sunt impleantur. Nam qui ab ipso testatore bonis suis exclusus est, qui iustum fuerit eum ad bona vocare, quorum eum ille per exheredationem nominatim factam participem fieri noluit? Quod vero partem ei qui voluntatem defuncti non implet ablatam primum ad substi-

3 τοῖς *ante* ἐλευθερίᾳ *om.* *A* ‖ 5 ὀνομάσει *A* ‖ 8 τὸν ἐκ φύσεως ὀφειλόμενον *A* ‖ 9. 10 οὐδὲ ἓν ὑπόκειται τῶν τοιούτων προσώπων *A* ‖ 11 ἡ *om.* *A* ‖ 12 γένοιτο *BA* ‖ 14 ἤτοι *M*] *om.* *LAB* ς ‖ πάντων *om.* *A* ‖ 15 μηδ' ὁτιοῦν κατὰ φαλκίδιον ἢ κατ' ἄλλην αἰτίαν *A* ‖ 16 *οὐδὲ κατ' libri ‖ 17 ὅμως *A* ‖ τὰ αὐτὰ] talia (i. e. τοιαῦτα) ς ‖ συγκληρονόμους L^1 ‖ 18 αὐτοὺς *A* ‖ ἐπείτοιγε εἰς] ἐπὶ δὲ τοὺς *A* ‖ 21 πανταχοῦ] πᾶσι *A* ‖ 22 πληροῦντα ταῦτα L^1 ‖ πληροῖν (sic) ἅπερ ὁ διαθέμενος κατὰ τὸν νόμον τὸν εἰρημένον ἔμπροσθεν ἐπιτάξοιεν *A* ‖ 24 δὲ ἡ *om.* *A* (*in marg.* ιδ' περὶ ὑποκ[αταστάσεως]) ‖ 25 ἐπὶ] ὑπὸ *A* ‖ 27 τὸν *om.* *A* ‖ 29 *post* ληγαταρίους *add.* καὶ φιδεϊκομμισσαρίους? ‖ 30 τὸν δημόσιον *A* ‖ 32 πανταχόθεν *B* ‖ 35 μείνοι *M* ‖ 36 ιε κατὰ τῶν ἀ[ποκλήρων] *A in mg.* ‖ ἐξνερεδάτους *MA* ἀποκλήρους *LB* ‖ εἴγε] εἴτε *A* ‖ 37 πατρὸς κλησθεῖεν ἢ καὶ μηδὲν ὅλως ἔχοιεν αἴτιον τῆς τοῦ πατρὸς φιδικομμίσσου καλουμένης, οὐ προσιέμεθα *A* ‖ 40 πληρῶσαι *A* ‖ 43. 44 ῥητῶς γενομένης ἐξheredationos (ἐξν: eredatιονος *L* ἤτοι ἀποκηρύξεως *s. v.* M^2) *ML* γενομένης ῥητῶς ἐξνερεδατίωνος *A* γενομένης ἀποκηρύξεως ῥητῶς *B*

1 uoluerit *V* ‖ 3 libertate elegerit honoratis R^1 ‖ 7 subiaceat *V* ‖ 21 prius sicut V^1 ‖ 34 despicimus *R*

λήθη; Εἰ δὲ τὸ ἀφαιρούμενον μέρος παρὰ τοῦ μὴ πληροῦντος τὴν τοῦ τελευτήσαντος βουλὴν πρότερον ἠγάγομεν ἐπὶ τοὺς ὑποκαταστάτους, ἔπειτα ἐπὶ τοὺς συγκληρονόμους, καὶ μετ᾽ ἐκείνους ἐπὶ ληγαταρίους καὶ φιδεϊκομμισσαρίους, καὶ πρός γε καὶ οἰκέτας, οὕτω τε ἐπὶ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου κλῆσιν καὶ τοὺς ἔξωθεν καὶ τὸ δημόσιον ἤλθομεν, οὐκ ἀπὸ τρόπου τοῦτο γέγονεν, οὐδὲ ἐκ τοῦ παρήκοντος, οὐδὲ ὡς ἄν τινα καὶ διαλάθοι τὸ προσῆκον, ἀλλ᾽ ἐκ προνοίας καὶ κατὰ τὸν νόμον· ἵνα πεπειρασμένων πρῶτον ἁπάντων τῶν κατὰ τὰς διαθήκας προσώπων, εἶτα ἀπειπόντων, οὕτως ἐπὶ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου κλῆσιν καὶ τοὺς ἄλλους ἀφικώμεθα. Ἐφ᾽ ἁπάντων δέ, ἐφ᾽ ὧν τῶν προγεγραμμένων οὐ πληρούντων καλοῦμεν ἢ τὰ ἐκ τῆς διαθήκης πρόσωπα ἢ τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου καὶ τοὺς λοιπούς, δίδομεν ἅπασι τοῖς τοιούτοις προσώποις γίνεσθαι κληρονόμοις καὶ aditionos ἤτοι pro herede gestionos ἔχειν δίκαιον (ταῦτα δὴ τὰ τοῦ νόμου ῥήματα), καὶ ὡς κληρονόμους ἅπαντα πράττειν, ἐναγομένους τε καὶ ἐνάγοντας· τοῦτο ὅπερ καὶ οἱ παλαιότατοι τῶν νόμων ἐκ τῆς οἰκείας αὐθεντίας ἐδίδοσαν, καὶ κληρονόμους ἐποίουν τοὺς οὐδὲ γεγραμμένους κληρονόμους οὐδὲ ἐξ ἀδιαθέτου πρὸς τὸν κλῆρον καλουμένους. Τούτων ἁπάντων κρατούντων, κἂν εἰ μὴ παρὰ κληρονόμου, παρὰ δὲ ληγαταρίου ἢ φιδεϊκομμισσαρίου ἢ τοῦ mortis causa δωρεὰν λαβόντος δοθῆναί τι ἢ γενέσθαι ὁ διαθέμενος ἠβουλήθη· τῆς αὐτῆς τάξεως προφάσει τῶν ἀφαιρουμένων πραγμάτων φυλαττομένης. καὶ ἀρχομένης μὲν ἀπὸ τῶν ὑποκαταστάτων τοῦ ληγαταρίου, ληγούσης δὲ εἰς τὸ δημόσιον. Καὶ μηδεὶς πρὸς τὸν νόμον δυσχεραινέτω τοῦτον, ὡς τῶν καταλελειμμένων ἀποστερούμενος, ἀλλ᾽ ἐννοῶν, ὡς ἅπασιν ἀνθρώποις πέρας ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος. μὴ μόνον τὸ παρ᾽ ἑτέρων αὐτὸς λαβεῖν θεωρείτω, προσεννοείτω δέ, ὅτι καὶ αὐτὸς ἑτέροις τελευτῶν ἐπιτάξει, καὶ εἰ μὴ τῆς παρὰ τοῦδε τοῦ νόμου τύχοι βοηθείας, οὐδὲν ὧν ἂν μετὰ σπουδῆς ἁπάσης διατάξειεν. εἰς ἔργον ἄξει. οὐ γὰρ τοῖς ἐφ᾽ ἡμῶν οὐδὲ τοῖς νῦν μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ παντὶ καὶ τῷ μετὰ ταῦτα ῥέοντι νομοθετοῦμεν χρόνῳ.

ablatam partem a non complente morientis voluntatem prius deduximus ad substitutos. deinde ad coheredes, et post illos ad legatarios et fideicommissarios, nec non et servos, et ita ad eos. qui ab intestato vocantur, et ad extraneos atque fiscum venimus, non absurde hoc factum est nec inaniter. nec quasi aliquem lateat quod decet, sed ex providentia et secundum legem. ut finitis primum omnibus secundum testamenta personis, deinde abrenuntiantibus, ita ad eam quae est ab intestato vocationem et alios veniremus. In omnibus autem, in quibus scriptis non complentibus vocamus aut ex testamento personas aut ab intestato et ceteros. damus omnibus talibus personis fieri heredes et aditionis aut pro herede gestionis habere ius (haec enim legis verba sunt), et tanquam heredes omnia gerere, et conventos et convenientes: hoc quod etiam antiquissimae leges ex propria auctoritate praestabant, et heredes faciebant eos. qui neque scripti heredes neque ab intestato ad hereditatem vocabantur. His omnibus obtinentibus, licet non ab herede. sed a legatario aut fideicommissario aut mortis causa percipiente dari aliquid aut fieri testator voluerit; eodem ordine in occasione ablatarum rerum servando, et incohante quidem ab substitutis legatarii, terminante vero in fisco. Et nullus hanc legem duram habeat tanquam relictis privatus, sed considerans, quia omnibus hominibus terminus est vitae mors, non solum ab aliis ipse se percipere contempletur, sed cogitet, quia et ipse aliis moriens imperabit. et si non huius legis mereatur auxilium, nihil horum, quae cum omni studio disposuerat. ad perfectum perducet. Non enim his, qui sub nobis neque qui nunc solum sunt hominibus, sed omni et post haec currenti tempori legem ponimus.

CAPUT II.

Β Ἐντεῦθεν ἡμᾶς εἰσῆλθε βουλή καί τις ἔννοια τοῦ Φαλκιδίου νόμου, ὃς καὶ ἀκόντων τῶν διατιθεμένων,

Hinc nobis ingressa est cura et quaedam consideratio Falcidiae legis, quae etiam invitis testatori-

tutos, deinde ad coheredes, atque post eos ad legatarios et fideicommissarios, ac praeterea ad servos transtulimus, itaque ad eos qui ab intestato vocantur et extraneos ac fiscum venimus, id non temere factum est neque inconsiderate neque quasi quem lateat quod conveniens est, verum consulto et secundum legem: ut perquisitis prius omnibus deinceps personis testamento scriptis. iisque recusantibus, ita demum ad eos, qui ab intestato vocantur, ceterosque perveniremus. In omnibus vero casibus, ubi prius scriptis heredibus non implentibus eas personas, quae vel ex testamento vel ab intestato veniunt, et ceteras vocamus, concedimus omnibus eiusmodi personis heredes fieri atque aditionis sive pro herede gestionis (quae quidem verba legis sunt) ius habere, omniaque tamquam heredes agere, sive conveniantur sive conveniant; id quod antiquissimae etiam leges ex propria auctoritate dabant heredesque faciebant eos, qui neque scripti erant heredes neque ab intestato ad hereditatem vocabantur. Atque haec omnia obtineant, licet non ab herede, sed a legatario aut fideicommissario aut mortis causa donatario dari quid fierive testator voluerit; eodem ordine in causa rerum auferendarum servando, ut a substitutis quidem legatariis incipiat, in fisco vero desinat. Nec quisquam adversus hanc legem indignetur, quod iis. quae relicta sunt. privetur, sed considerans omnibus hominibus finem vitae esse mortem non id solum spectet, ut ab aliis ipse accipiat, sed praeterea cogitet se et ipsum moriturum aliis praecepta daturum, ac nisi auxilium ab hac lege habeat, nihil eorum quae cum omni studio disposuerit ad exitum esse perducturum. Non enim iis tantum, qui sub nostro imperio, vel qui nunc sunt hominibus, sed omni etiam posthac decurrenti tempori leges ferimus.

II. *Hinc nos consilium et consideratio aliqua legis Falcidiae subiit, quae invitis etiam testatoribus,*

1 Εἰ] ις A in mg. ‖ 2 βούλησιν B ‖ 3 εἶτα A ‖ 5 καὶ ant. οἰκέτας om. A ‖ οὕτως (οὗτοι m. 1) τε A, τε om. M ‖ 6 τὸν δημόσιον A ‖ 7 ἄπο τρόπου MLA (ἀτόπως L[2]) ‖ 9 κατὰ νόμον A ‖ 10 πεπερασμένον A ‖ τὰς om. A ‖ 11 οὕτως] οὕτω τε L ‖ 12 ἀφικώμεθα] κληρονόμους add. A ‖ Ἐφ᾽] ιζ A in mg. ‖ 13 ὑφ᾽ ὧν τί τῶν γεγραμμένων A ‖ πληροῦντοσ? L[1] πληροῦται A ‖ 15 ἐξ ἀδιαθέτου] κληρονόμους add. A ‖ καὶ ante δίδομεν add. A ‖ 16 κληρονόμους AB (ς) ‖ aditionos (ἤτοι ὑπεισελεύσεως M s. v.) ML ἀδεpατίονος A ὑπεισελεύσεως B ‖ 17 pro herede geretionos (τουτέστι κληρονομίας ἐγχειρήσεως s. v.) M proneregaptionic (sic) L (corr. m. 2 de gestionis) προκερεδκερετίωνος A κληρονομίας ἐγχειρήσεως B ‖ ταῦτα δὴ τοῦ νόμου τὰ ῥήματα L ‖ 19 τοῦτο om. A ‖ 20 τῶν νόμων] νόμοι L[2]A ‖ 21 οὐδὲ] μὴ A ‖ 24 κἂν] καὶ A ‖ 25 ἢ τοῦ μόρτις καῦσα δωρεὰν λαβόντων M τυμορτισσάος λαβόντος A, ἢ τοῦ θανάτου αἰτία λαβόντος L (ς) ἢ τοῦ λαβόντος αἰτίᾳ θανάτου B ‖ 29 τὸν δημόσιον A ‖ 30 τοῦτον δυσχεραινέτω A ‖ 32 ὁ om. LA ‖ 34 καὶ αὐτὸς] καὶ om. L ‖ 35 τῆς παρὰ τοῦδε Hombergk. παρὰ τῆς (τ in lit. M) τοῦδε MB παρὰ τῆς A παρὰ τοῦδε L ‖ τύχη A ‖ 36 ἐπιτάξοιεν (in mg. [δια]τάξοιεν? corr.) A ‖ 37 ἄξοι A ἕξει L[1] ‖ οὐ γὰρ τῶν ἐφ᾽ ὑμῶν οὐδὲ τῶν A ‖ 39 ταῦτα] τε add. A ‖ 40 rubr. β περὶ φαλκιδίου L ..... φαλκιδίου A ‖ ἡμῖν A

15 gerstionis R[1] ‖ 17 *quod] quidem ‖ 23 occeeeione V[1] ‖ 25 *legatariis ‖ termino RTV ‖ 26 hanc] ob hanc R ‖ 27 priuatis R[1]V[1] ‖ 28 non] et non RT ‖ se om. V[1] ‖ 30 si non] nisi V ‖ 31 cum omni] communi R[a] ‖ 34 haec om. V ‖ 40 rubr. ad legem Falcidiam V

εἴπερ ἐξαναλίσκοιεν τὰ πράγματα διὰ τῶν πρεσβείων, δίδωσι παρακατέχειν τοῖς κληρονόμοις, ὅσον αὐτοῖς ποιεῖ τὸ τέταρτον τῆς περιουσίας. κἀνταῦθα γὰρ μάχεσθαι μὲν δοκεῖ τῇ γνώμῃ τοῦ τελευτήσαντος, ἐπερείδεσθαι δὲ τῷ ταῦτα ἐφιέντι νόμῳ. Θεσπίζομεν τοίνυν (ἀνθεκτέον γὰρ ἡμῖν πανταχοῦ τῆς τῶν τελευτησάντων γνώμης), τοὺς κληρονόμους, εἰ βούλοιντο τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας ἀπολαύειν, καθαρὰν φυλάξαι τῷ νόμῳ τὴν ἐξουσίαν, καὶ μὴ δι' ὧν ἄν, ὡς εἰκός, ὑποκλέψαιεν ἢ κακουργήσαιεν, εἰσάγειν πειρᾶσθαι τὸν Φαλκίδιον, καίτοιγε εἰ μηδὲν ἐκακούργησαν, οὐκ ἂν ἴσως ἁρμόσαντα. Γ 1 Γινέσθω τοίνυν inventarion παρὰ τοῦ κληρονόμου τοῦ δεδιότος, μή ποτε οὐκ ἔχοι μετὰ τὰ χρέη καὶ τὰ πρεσβεῖα Φαλκίδιον, κατὰ τὸν τρόπον καὶ τοὺς χρόνους καθ' οὓς πρῴην ἐνομοθετήσαμεν, ὅτε τοὺς ἀνθρώπους ἐξῃροῦμεν τῆς ἐκ τῶν προσελεύσεων ἐπὶ τοῖς οἰκείοις πράγμασι ζημίας, ἱστάντες τὰ βάρη μέχρι τοῦ τῆς Δ οὐσίας τῆς καταλελειμμένης μέτρου. Ἐκείνου προστιθεμένου μόνου, τοῦ χρῆναι τὸν τοιοῦτον [εἰδέναι] κληρονόμον, ὃς οὐ δανειστὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ ληγαταρίους εὐλαβεῖται, καὶ δέδιεν οὐ τὸ ζημιωθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ κερδᾶναι, παραλαμβάνειν ἅπαντας τοὺς ληγαταρίους καὶ φιδεϊκομμισσαρίους, ὅσοι κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν τύχοιεν ἐνδημοῦντες, ἢ τινάς γε ὑπὲρ αὐτῶν πράττοντας, εἰ τυχὸν ἡ τῶν προσώπων φύσις ἢ ἀξία ἢ ποιότης ἢ ἡλικία ἢ καί τις ἀνάγκη εὐχέρειαν αὐτοῖς οὐ δίδωσι τῆς ἐπὶ τῷ inventariῳ παρουσίας. Εἰ δὲ ἀπῶσί τινες, παραγίνεσθαι μάρτυρας τῶν ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως ἀξιοπίστων καὶ κεκτημένων οὐσίαν καὶ ἐπὶ χρηστῆς ὑπολήψεως ὄντων οὐκ ἐλάττους τῶν τριῶν (ταβουλαρίοις γὰρ μόνοις, τό γε εἰς τοῦτο ἧκον, οὐ πιστεύομεν), ἐφ' ὧν προσήκει γενέσθαι τὸ inventarion, ὥστε ἐπανελθοῦσι τοῖς ληγαταρίοις καὶ μεμφομένοις ὑπεξῃρῆσθαί τι τυχὸν τῶν πραγμάτων ἢ μὴ φανερὸν γενέσθαι, παρρησίαν εἶναι μὴ μόνον διὰ τῆς τῶν οἰκετῶν βασάνου τὸ πρᾶγμα ζητεῖν (καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο δίδομεν κατὰ τὴν πρῴην παρ' ἡμῶν εἰρημένην ἐπὶ ταῖς οἰκετικαῖς βασάνοις παρατήρησιν), ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ ὅρκου τοῦ κληρονόμου καὶ διὰ τοῦ ὅρκου τῶν μαρτύρων, λεγόντων παρεῖναί τε τοῖς πραττο-

bus, si expendantur res per legata, praebet etiam retinere heredes quantumcumque eis impleat quartam substantiae. Et hic enim repugnare quidem videntur voluntati deficientis, et incumbere legi talia permittenti. Sancimus igitur, quoniam tuenda nobis ubique est deficientium voluntas, heredes, si voluerint hac utilitate potiri, puram servare legis potestatem; et non per quae forte subripiunt aut malignantur, introducere temptent Falcidiam, cum utique, si nihil 1 malignati essent, non forte competeret. Fiat igitur inventarium ab herede metuente, ne forte non habeat post debita et legata Falcidiam, secundum modum et tempora, per quae dudum sancivimus, quando homines excepimus ex damno rerum suarum in aditionibus, statuentes onera usque ad substantiae relictae mensuram: illo adiecto solo, ut oporteat huiusmodi heredem, qui non creditores solum, sed etiam legatarios veretur, et metuit non damnificari solum, sed etiam non lucrari, convocare omnes legatarios et fideicommissarios, quanticumque in eadem civitate sunt constituti, aut quosdam pro eis agentes, si forte personarum natura aut dignitas aut qualitas aut aetas aut quaelibet necessitas facultatem eis non dat ad inventarii praesentiam. Si vero absunt aliqui, interesse testes in ipsa civitate fide dignos et possidentes substantiam et optimae opinionis existentes non minus tres (tabulariis enim solis, quantum ad hoc competit, non credimus), coram quibus convenit fieri inventarium, ita ut supervenientibus legatariis et querentibus forsan subreptum aliquid rerum aut non manifestatum licentia sit non solum per servorum examinationem causam quaerere (nam etiam hoc praebuimus per prolatam dudum a nobis in servilibus examinationibus observationem), sed etiam per iusiurandum heredis et iusiurandum testium, dicentium et adfuisse his, quae gesta sunt, et

si quidem bona legatis exhauriant, heredibus retinere permittit, quantum illis quartam partem bonorum efficit. Nam hic quoque voluntati defuncti repugnare videtur, lege tamen niti id permittente. Sancimus igitur (usquequaque enim defunctorum voluntas nobis tuenda est), ut heredes, si commodo hinc redundante frui velint, legi integram servent potestatem, neque per ea quae forte subripuerint vel dolo malo fecerint 1 *Falcidiam introducere conentur, quae scilicet, si nihil dolo fecissent, forte non competeret. Fiat igitur ab herede metuente, ne forte debitis et legatis solutis Falcidiam non habeat, inventarium secundum modum et tempora quae ante definivimus, cum homines damno ex aditionibus rebus propriis imminente exemimus, onera usque ad patrimonii relicti mensuram sistentes; illo addito solo, eiusmodi heredem, qui non solum creditores, sed etiam legatarios veretur, neque tantum ne damno afficiatur metuit, verum etiam ne lucro careat, [scire] debere assumere omnes legatarios et fideicommissarios, quicumque in eadem civitate degunt, vel certe quosdam pro eis agentes, si forte personarum natura vel dignitas vel qualitas vel aetas vel etiam necessitas quaedam eis facultatem non concedat, ut inventario conficiendo intersint. Si vero quidam absint, testes adhibeantur ex civibus eiusdem civitatis, qui fide digni et locupletes et bonae existimationis sint, non minus quam tres (tabulariis enim solis, quantum ad hoc attinet, non credimus), coram quibus inventarium confici debeat, ita ut revertentibus legatariis, atque querentibus forte subreptum quid esse ex bonis vel non manifestatum, liceat non solum per tormenta servorum (namque et hoc concedimus, secundum observationem de tormentis servorum antea a nobis dictam), sed etiam per iusiurandum heredis et per iusiurandum testium, dicentium se iis quae gesta sunt interfuisse quaeque tunc acta sunt vidisse nec ullius fraudis ab herede commissae conscios esse, rem inquirere, atque ita*

1 διὰ] ἄδ•α A^1 ἃ διὰ A^2 ‖ 2 δίδωσι κτλ.] praebet retinere heredes quantumcunque eius impleat (*i. e.* ὅσον ἂν αὐτοῖς πληροῖ) ϛ ‖ 3 τὸ τέταρτον] τὸ τρίτον ἢ τὸ ἥμισυ *LB* ‖ 4 δοκεῖ] videntur ϛ ‖ ἐπερείδεσθαι *M*] σκήπτεσθαι *LB* σκέπτεσθαι *A* ‖ 5 ταῦτα] talia ϛ ‖ 7 βούλοιντό τε τῆς *A* ‖ 9 ἂν *om. L* ‖ ὡς εἰκὸς κακουργήσαντες ὑποκλέψαιεν, καὶ εἰσάγειν *A* ‖ 11 εἰ καὶ μηδὲν *A* ‖ 12 γενέσθω (*ante hoc v. rasura 5 litt.*) *A* ‖ inbentarion (*s. v.* ἀπογραφὴ) *M* inventárion *L* ἰνβεντάριον (*et sic infra*) *A* καταγραφὴ *B* ‖ παρὰ τῶν κληρονόμων *A* ‖ 13 ἔχοιεν *L* ‖ τὸ χρέος *A* ‖ 15 καθὼς πρώην *A* ‖ πρῴην] *Cod.* 6, 30, 22 ‖ 17 ἱστῶντες *A* ‖ 18 ἐκείνω *A* ‖ 19 μόνου *om. B* ‖ τὸ χρῆναι *A* ‖ καὶ *ante* τὸν *add. L* ‖ εἰδέναι *om. A* ϛ ‖ 21 δέδοιεν *L* ‖ οὐ τὸ] οὕτω ? A^1 ‖ 22 παραλαμβάνειν] τε *add. A* ‖ 24 αὐτὴν *om. L* ‖ 25 πραττόντων ἢ τυχὸν *A* ‖ 26 ἀξία *M*] ἀξίωσις *LB* ἀξίως *A* ‖ 27 αὐτοῖς] αὐτῷ? A^1 ‖ δίδωσιν ἐπὶ τῷ ἰνβενταρίῳ τῆς περιουσίας *A* ‖ τῷ inbentarίω *M* τῷ (τοῦ *m.* 1) inventarίω *L* ‖ 28 ἄπεισι *B* ‖ ἐξ *M*] ἐπ' *LA* (ϛ) ‖ 29 τῆς *om. A* ‖ ἀξιοπίστων καὶ κεκτημένων] τοὺς ἀξιοπίστους κεκτημένους *A* ‖ 30 ὄντας *A* ‖ 31 ταβουλλαρίους γὰρ μόνους *A* ‖ 32 ὧν] ὧν δὲ *B* ‖ γίνεσθαι *AB* ‖ 33 Ὥστε καὶ ἐπανελθοῦσιν *A* (*in mg.* κδ βάσανος ....) ‖ 34 ὑπεξῃρῆσθαι *M*] ὑπεξαιρεῖσθαι *L* ὑφαιρεῖσθαι *A* ‖ τυχὸν τῶν] τῶν τυχόντων *A* ‖ ἢ] εἰ *A* ‖ 37 καὶ *om. A* ‖ δίδομεν] praebuimus ϛ ‖ πρῴην] πρώτην *A* ‖ 39 ὅρκου—διὰ τοῦ *om. MA*

1 res] lex R^1 ‖ 7 hanc R^1 (*l.* hinc?) ‖ 9 cum] Cumque R^1 ‖ 10 malignanti V^1 ‖ non *om.* V^1T^1 ‖ 12 Falcidiam] et Falcidiam *V* ‖ 13 quae per *V* ‖ 14 excipimus (•••pimus 1) *V* ‖ 17 creditores *RTV* ‖ 18 reueretur *R* ‖ 23 non dat eis *V* ‖ 26 opinionis optimae R^1 ‖ 30 subrectum *R* ‖ 31 manifestum *V* ‖ 35 heredis et iusiurandum *om.* V^1 ‖ 36 et se adfuisse *V vulg.* ‖ his •••esta V^1

μένοις καὶ ἐπιδεῖν τὰ τότε γινόμενα καὶ οὐδὲν συνειδέναι γενόμενον τῷ κληρονόμῳ κακούργημα, οὕτω τε τὴν ἐπὶ τοῖς καταλελειμμένοις ὑπὸ τοῦ διαθεμένου πράγμασιν εὑρίσκειν ἀλήθειαν. πλὴν εἰ μὴ τυχὸν οἱ παρόντες τῶν ληγαταρίων, πάντες ἢ τινες, διαμαρτυρίας αὐτοῖς στελλομένης, οὐ βουληθεῖεν ἐλθεῖν οὐδὲ παρεῖναι τῷ inventari*ῳ. τηνικαῦτα γὰρ ἄδεια ἔσται τῷ κληρονόμῳ καὶ μὴ παραγινομένων τῶν ληγαταρίων ἀρκεῖσθαι τῇ τῶν μαρτύρων παρουσίᾳ καὶ ποιεῖν τὴν ἀπογραφήν, ἀποκειμένου καὶ οὕτω τοῖς ληγαταρίοις τοῦ τε ὅρκου τοῦ κληρονόμου καὶ τῆς τῶν οἰκετῶν βασάνου, καὶ τούτων ἁπάντων παρατηρηθέντων ἔχειν τὴν ἐκ τοῦ* Falcidi*ου βοήθειαν. οὕτω γὰρ οὐ δόξομεν οὔτε νόμον οὕτως εὐδοκιμήσαντα μέχρι νῦν ἐλαττοῦν οὔτε ἀδικεῖν τὸν τελευτήσαντα. εἰ γὰρ πάντως μὲν αὐτῷ βούλεταί τινας γενέσθαι κληρονόμους, καὶ ἔχειν τινὰ παραψυχὴν ἐκ τῆς αὐτοῦ διαδοχῆς, καὶ οἴεταί γε αὐτάρκη περιουσίαν ἔχειν, οὐ μὴν τοῦτο ἡ τοῦ πράγματος ἀλήθεια δείκνυσι, πρόδηλον, ὡς οὐκ ἐναντίωσις ἔσται τοῦτο τῆς τοῦ κατοιχομένου βουλῆς, ἀλλὰ τῆς* Ē 2 *ἀγνοίας κάθαρσις τῆς ἐκείνου. Εἰ μέντοι μηδὲ ποιήσειαν* inventari*ον κατὰ τοῦτο τὸ σχῆμα, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, οὐ παρακαθέξει* Falcidi*ον, ἀλλὰ πληρώσει τοὺς ληγαταρίους καὶ φιδεϊκομμισσαρίους, κἂν εἰ τὸ τῆς καθαρᾶς οὐσίας τοῦ τελευτήσαντος ὑπερβαίνῃ μέτρον ἡ τῶν ληγάτων δόσις. Καὶ τοῦτό φαμεν οὐ τὸν ἡμέτερον ἐλαττοῦντες νόμον, ὃν τεθείκαμεν ἐπὶ τῷ μηδὲν οἴκοθεν ζημιοῦσθαι τοὺς κληρονόμους τοῖς δανεισταῖς. δώσει γὰρ αὐτοῖς ποινὴν ἐκτιννὺς τῆς ἑαυτοῦ κακουργίας, διότι παρέβη τὸν νόμον, ἐξὸν ἀσφαλῶς ἅπαντα πράξαντι μηδὲν ἐζημιῶσθαι, τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ τὰ ἐκ τοῦ* Falcidi*ου νόμου κερδᾶναι. Ταῦτα δὲ δή φαμεν, ἔνθα πεπλανημένος ὁ διαθέμενος περὶ τῆς ἑαυτοῦ περιουσίας ταῦτα ἔπραξεν, ἢ τυχὸν δέον καὶ πλείω ποσότητα τῷ κληρονόμῳ καταλιπεῖν ὑπὲρ ἐλάττονος διετύπωσε. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο πεπλανημένης γνώμης ἐστίν, ἀλλ' οὐ καθαρᾶς καὶ ἀκρι-* Ξ *βοῦς ἐπισκήψεως. Εἰ μέντοι ῥητῶς ἐπισκήψειε μὴ βούλεσθαι τὸν κληρονόμον παρακατασχεῖν* Falcidi*ον, ἀνάγκη τὴν τοῦ διαθεμένου γνώμην κρατεῖν, καὶ ἢ βουλόμενον αὐτὸν ὑπηρετήσασθαι τῷ διαθεμένῳ ἴσως καί τινα δίκαιά τε καὶ εὐσεβῆ καταλιπόντι τὸ κέρδος*

vidisse, quae tunc agebantur, et in nullo conscios esse factae ab herede malignitatis, sicque in his, quae relicta sunt a testatoribus, invenire veritatem. Nisi forte praesentes legatarii omnes aut quidam contestatione sibi missa noluerint venire nec adesse inventario; tunc enim licentia erit heredi etiam non advenientibus legatariis contentum esse testium praesentia et facere descriptionem, reposito etiam sic legatariis et iureiurando heredis et servorum examinatione, et his omnibus observatis habere ex Falcidia praesidium. Sic enim non videbimur neque legem ita hactenus approbatam minuere neque iniustitiam facere morienti. Si enim omnino quidem sibi vult aliquos fieri heredes et habere quandam consolationem ex sua successione, et arbitratur sufficientem se habere substantiam, non tamen hoc causae veritas ostendit, certum est, quia non hoc contrarietas erit sententiae morientis, sed ignorantiae puritas illius. 2 Si vero non fecerit inventarium secundum hanc figuram, sicut praediximus, non retinebit Falcidiam, sed complebit legatarios et fideicommissarios, licet purae substantiae morientis transcendat mensuram legatorum datio. Et hoc dicimus non nostram minuentes legem, quam posuimus, ut nihil de proprio damnificentur heredes creditoribus. Dabitque ei poenam exactio suae malignitatis, cur transcenderit legem, ex quibus caute omnia agens nihil poterat damnificari, sed ex diverso etiam quae sunt ex Falcidia lege lucrari. Haec autem dicimus, ubi errans testator de sua substantia haec egit aut forte, cum debuisset etiam ampliorem quantitatem heredi relinquere, pro minore disposuit; etenim etiam hoc errantis sententiae est et non purae et integrae designationis. Si vero expressim designaverit non velle heredem retinere Falcidiam, necessarium est testatoris valere sententiam, et aut volentem eum parere testatori, forsan etiam quaedam iusta et pia relinquenti, lucrum non in percipiendo, sed solummodo

---

veritatem in rebus a testatore relictis invenire. Nisi forte ii ex legatariis, qui praesentes sunt, omnes vel nonnulli denuntiatione illis facta venire et inventario conficiendo adesse noluerint; tunc enim venia erit heredi vel non praesentibus legatariis testium praesentia contento inventarium faciendi, reservato utique legatariis et iureiurando heredis et tormento servorum: iisque omnibus observatis auxilium ex lege Falcidia habeat. Ita enim neque legem hactenus adeo probatam imminuere neque iniuriam defuncto facere videbimur. Nam si omnino aliquos sibi heredes existere, et solacium quoddam ex successione sua habere vult, seque sufficiens patrimonium possidere putat, nec tamen rei veritas id demonstrat, manifestum 2 *est hoc non contrarium voluntati defuncti futurum, sed potius ignorantiam illius purgaturum. Si tamen inventarium eo quo ante diximus modo non fecerit, Falcidiam non retinebit, sed legatariis et fideicommissariis satisfaciet, quamvis legatorum praestatio modum verae substantiae defuncti excedat. Neque id dicimus legem nostram imminuentes quam ideo tulimus, ne quid heredes in bonis propriis a creditoribus damno afficiantur; praestabit enim illis poenam solvens fraudis suae, quod legem transgressus est, cum ei caute omnia agenti nullum damnum pati, immo ex contrario ea, quae ex lege Falcidia veniunt, lucrari licuisset. Haec vero dicimus, ubi per errorem testator de facultatibus suis ita statuit, aut forte, cum maiorem etiam quantitatem heredi relinquere debuisset, de minore disposuit; etenim et hoc errantis est iudicii nec vero purae et accuratae dispositionis. Iam vero si expresse declaraverit nolle se heredem retinere Falcidiam, necesse est testatoris voluntatem obtinere, et aut ipsum volentem obtemperare testatori*

---

1 *ἐφιδεῖν A* ‖ 2 *τοῦ κληρονόμου A* ‖ 3 *ὑπὸ τοῦ διαθεμένου*] a testatoribus *ς* ‖ 4 *μὴ τυχὸν—τινες om. L* ‖ 6 *οὐδὲ*] *Οὖς δὲ* (*antea spatium vac., in mg.* $\overline{κε}$ *ὅρκος τῶν* ...) *A* ‖ 8 *παραγενομένων A* ‖ 9 *καὶ ποιηταῖς τῆς ἀπογραφῆς A* ‖ 10 *καὶ οὕτω om. A* ‖ 13 *ἐκ om. A* ‖ falcidiu *M*] *φαλκιδίου LAB et sic semper* ‖ *οὐ om. A* ‖ *δόξαιμεν A corr.* ‖ 14. 15 **οὐδὲ—οὐδὲ libri* ‖ 15 *Εἰ*] $\overline{κς}$ *in mg. A* ‖ 16 *αὐτοῦ A* ‖ *ἔχειν τινὰ*] *ἥντινα A* ‖ 19 *ἀλήθεια om. A*[1] ‖ 20 *τοῦτο τῆς*] *τῆς τούτου A* ‖ *κατοχουμένου? A*[1] ‖ *κάθαρσις τῆς ἀγνοίας ἐκείνου A* ‖ 21 $\bar{ε}$ *ML*] $\overline{κζ}$ *λεγάτων δ* ... *in mg. A* ‖ *μηδὲ M*] *μὴ LB ς om. A* ‖ 22 *ἰνβεντάριον LA* ‖ *κατὰ τὸ σχῆμα ὅπερ ἔφημεν A* ‖ 23 *Post οὐ tres litt. erasae in L* ‖ 25 *ὑπερβαίνει A* ‖ 28 *μηδὲ A* ‖ 29 *αὐτῷ A ς* ‖ *ποινὴν*] *νὴ in ras. L*[2] ‖ *ποινὴν αὐτοῖς B* ‖ 30 *ἐξὸν*] *ἐξ ὧν L*[2]*B ς ἐξ οὗ A* ‖ *ἀσφαλῶς*] *ἔδει add. A* (*cf. ς*) ‖ 31 *πράξαντα μηδὲν ζημιοῦσθαι A* ‖ 33 *Ταῦτα*] $\overline{κθ}$ *πλανη* ... *A in mg.* ‖ *Ταῦτα δὲ e. q. s. usque ad finem capitis om. LB* ‖ *δὴ om. A* ‖ *πεπλανημένως M* ‖ 35 *πλέον A* ‖ 38 *ἐπισκέψεως A* ‖ $\bar{ς}$ *M*] $\bar{λ}$ *περὶ τοῦ φαλ* ... *A in mg.* ‖ *ἐπισκήψοιεν A* ‖ 40 *ἀνάγκη αὐτὸν τὴν A* ‖ *κρατεῖν βουλόμενον ὑπηρετήσασθαι ἴσως δίκαια τινά τε A* ‖ 42 *καταλειπόντι M*

2 sic in *VT* ‖ 5 uoluerint *R* ‖ 6 non] a non *V pr.* ‖ 8 discriptionem *R*[1] ‖ reposito *V*[2] *in spat.* ‖ 10 obseruantis *V*[1] ‖ 12 ita *om. VT* ‖ approbatam hactenus *V* ‖ 16 habere *om. V*[1] ‖ 17 hoc] h•c *R*[1] hec *R*[2] ‖ 18 puritans *R*[1] ‖ illius] ostendit *V* ‖ 21 legata et fideicommissa *V* ‖ 24 ut in nichil *V* ‖ 25 dabitque *V*] dabit *RT* sed dabit *vulg.* ‖ ei *om. R*[1] ‖ 26 q•ur *R*[1] ‖ 27 aegens *R* ‖ 29 lucri *R*[1] ‖ ubi *om. V*[1] ‖ 33 et integrae *om. V*[1] ‖ 36 et aut] et *om. R*[1] ‖ 37 iuste pi•m *R*[1] iuste et pie *R*[2]

οὐκ ἐν τῷ λαβεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ μόνον εὐσεβῶς ἔχειν καὶ μὴ δοκεῖν ἀκερδῆ τὸν τοιοῦτον εἶναι κλῆρον· ἢ εἰ μὴ βούλοιτο, αὐτὸν μὲν ἀναχωρῆσαι τῆς τοιαύτης ἐνστάσεως, χώραν δὲ γενέσθαι, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, ὑποκαταστάτοις τε καὶ συγκληρονόμοις καὶ ληγαταρίοις καὶ φιδεϊκομμισσαρίοις καὶ οἰκέταις καὶ τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου καὶ τοῖς ἄλλοις, κατὰ τὴν ἔμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν ἐξηυρημένην ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὁδόν.

pie agendo habentem, et non videri sine lucro huiusmodi esse hereditatem, aut si noluerit, eum quidem recedere ab huiusmodi institutione, locum vero fieri, sicut dudum praediximus, substitutis et coheredibus et fideicommissariis et legatariis et servis et qui ab intestato sunt et aliis, secundum prius a nobis inventam in talibus viam.

CAPUT III.

Ζ̄ Οὐ δώσομεν δὲ ἄδειαν τῷ κληρονόμῳ τὸ μέτρον τῆς οὐσίας ἀκριβῶς γινώσκοντι καταβαλεῖν μὲν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τισιν ὁλόκληρα τὰ πρεσβεῖα, καὶ πλήρη τὴν γνώμην τοῦ διαθεμένου τηρῆσαι (τοῦτο ὅπερ καὶ αἱ τῶν πρὸ ἡμῶν λέγουσι διατάξεις), παρὰ δὲ τινῶν παρακατέχειν ἐθέλειν, οὐδὲ ἐκ μέρους μὲν πληροῦν τὴν τοῦ διαθεμένου γνώμην, ἐκ μέρους δὲ αὐτὴν ἐλαττοῦν. ἀλλὰ τόν γε ὅλως οὐ πεπλανημένον περὶ τὸ τῆς οὐσίας ποσόν, ἀλλὰ γινώσκοντά τε καὶ εὐθὺς ἀκολουθήσαντα τῇ γνώμῃ τοῦ διαθεμένου διὰ πάντων αὐτῇ κατακολουθεῖν καὶ μὴ μεταμέλεσθαι πρὸς τὰ χείρω· οὐ γὰρ ἂν εἴη τοῦτο καθαρῶς ἀκολουθεῖν. Οὐ μὴν οὐδὲ ἐφήσομεν αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν ἐπισταμένοις μέν, ἀφυλάκτως δὲ καταβαλοῦσιν, εἶτα ὕστερον πράγματα τοῖς λαμβάνουσι παρέχειν καὶ ἀναλαμβάνειν βούλεσθαι παρ' αὐτῶν, ὅπερ ἂν τύχοιεν καταβαλόντες. δεῖ γὰρ πρὸ τῶν πράξεων βουλεύεσθαι, καὶ πράττειν, ἀλλὰ μὴ πράξαντα ὀρθῶς εἶτα μεταβαλεῖν πρὸς ἀγνωμοσύνην· πλὴν εἰ μὴ δικαία τις αἰτία τοῦτο εἰσαγάγοι, παραδόξου τινὸς ἀναφανέντος, ὅπερ ἐλαττοῖ τὴν οὐσίαν καὶ χώραν τῇ ἀναλήψει ποιεῖ.

Non autem dabimus licentiam heredi mensuram substantiae subtiliter agnoscenti solvere quidem mox ab initio quibusdam integra legata et ad plenum sententiam testatoris servare (quod etiam praecedentium nos dicunt constitutiones), ab aliquibus autem retinere velle, neque ex parte quidem complere testatoris sententiam, ex parte vero eam minuere, sed omnino non errantem circa substantiae quantitatem, sed agnoscentem et mox sequentem sententiam testatoris per omnia eam sequi et non ad peiora paenitere; non enim erit hoc pure sequentis. Sed neque concedimus eis ab initio scientibus quidem et incaute solventibus, postea lites percipientibus inferre et recipere velle ab eis quodcumque contigit exsolvisse. Oportet enim ante actionem cogitare et agere, et non cogitantem recte deinde transferri ad indevotionem: nisi forte iusta quaedam causa hoc introduxerit, inopinabili quodam apparente, quod minuat substantiam et locum receptioni faciat.

CAPUT IV.

⟨Η̄⟩ Ἀλλὰ κἀκείνου πρόνοιαν ἐθέμεθα τοῦ μὴ χρόνον γίνεσθαι μακρὸν ἐν ταῖς τοιαύταις ζητήσεσιν. Οὐδεμίαν γὰρ τῶν τοιούτων ζητήσεων ἢ δικῶν ὑπερβαίνειν τὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ χρόνον θεσπίζομεν, ἀνάγκην ἐπιτιθέντες εἴσω πάντως ἐνιαυτοῦ μετὰ προσέλευσιν καὶ τὰ πρεσβεῖα καταβάλλειν καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ διαθεμένου καταλελειμμένα πληροῦν κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν καὶ πάντα πράττειν, ὅσα ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν. Ἀρχὴν δὲ τῷ ἐνιαυτῷ δίδομεν, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, τὴν ἐκ δικαστικῆς ὑπόμνησιν ψήφου. Τοῦ

Illud quoque prospicimus, ne tempus fiat longum in talibus quaestionibus. Nullam enim talium quaestionum aut litium transcendere anni tempus sancimus. necessitatem imponentes omnino intra annum post aditionem et legata solvi et quae a testatore sunt relicta compleri secundum sui naturam et omnia agi, quaecumque prius ediximus. Initium autem anno damus sicut prius iam diximus, admonitionem ex iudiciali

iusta forte et pia quaedam relinquenti lucrum non in accipiendo, sed solum in pie agendo ponere, nec talem hereditatem pro infructuosa habere; aut si nolit, ipsum quidem recedere ab huiusmodi institutione, locum autem, prout ante diximus, fieri et substitutis et coheredibus et legatariis et fideicommissariis et servis et heredibus ab intestato et reliquis, secundum viam antea a nobis in talibus rebus repertam.

III. *Nec vero veniam dabimus heredi modum patrimonii accurate noscenti, ut statim ab initio aliis quidem integra legata solvat, et voluntatem testatoris totum servet (id quod etiam decessorum nostrorum constitutiones dicunt), aliis autem detrahere velit, nec ut pro parte quidem voluntatem defuncti impleat, pro parte vero eam imminuat. Verum qui omnino non errat de substantiae quantitate, sed eam cognovit atque statim secutus est voluntatem testatoris, per omnia eam sequatur neque in peiora animum mutet. neque enim hoc esset pure sequi. Neque magis iis, qui, cum id ab initio scierunt, incaute tamen solverunt, permittemus postea negotia facessere accipientibus et ab illis quod solverint recipere velle. Antequam enim agas consulendum itaque agendum est, nec vero, ubi recte feceris, ad iniquitatem animus convertendus. Nisi forte iusta quae causa hoc induxerit, ubi quid inopinati emerserit. quod substantiam minuat et locum faciat repetitioni.*

IV. *Illud quoque curavimus, ne multum temporis in eiusmodi quaestionibus consumatur. Sancimus enim, ut nulla eiusmodi quaestio aut lis anni spatium excedat, necessitatem imponentes, ut omnino intra annum post aditionem et legata solvat et a testatore relicta pro rei natura impleat et omnia faciat, quae ante diximus. Initium autem anno damus, quemadmodum supra iam diximus, ab admonitione decreto iudiciali facta. Anno enim culpa heredis circumacto ipse quidem relictis excidet, alii vero, quos antea*

1 *εὐσεβεῖν A* ‖ 5 *εἰπόντες ἔφθημεν M*] *εἴπομεν A* ‖ 6 *καὶ φιδικομμισσαρίοις καὶ ληγαταρίοις A* ς ‖ 10 *ζ̄*] *M* ‖ *δὲ s. v. L* ‖ 11 *καταβάλλειν MB* ‖ *μὲν om. LB* ‖ 12 *πληροῦν A, qui deinde om. τηρῆσαι τοῦτο* ‖ 13 *αἱ post λέγουσιν coll. A* ‖ 14 *παρὰ om. A* ‖ 15 *πληροῦν μὲν A* ‖ 20 *μεταβάλλεσθαι A* ‖ 21 *Οὐ*] *ς̄ L, λΓ̄ A in mg.* ‖ *Οὐδὲ μὴν ἀφήσομεν A* ‖ 22 *ἀφυλάκτοις A* ‖ 23 *πράγματα post παρέχειν coll. A* ‖ 25 *ἂν om. A* ‖ *πρὸ τῶν πράξεων*] ante actionem ς ‖ 26 *βούλεσθαι L^1* ‖ *καὶ*] *τε καὶ B* ‖ *καὶ πράττειν delenda videntur; an κᾆτα πράττειν?* ‖ 27 *πράξαντα*] cogitantem ς ‖ *εἶτα om. A* ‖ 30 *ποιεῖ*] *παρέχει A* faciat (*i. e. ποιοῖ*) ς ‖ 31 *Ἀλλά*] *ζ̄ L in mg. λη̄ A in mg.* ‖ 32 *γενέσθαι A* ‖ 33 *ἢ δικῶν*] *ἰδικῶν A* ‖ 35 *εἴσω παντὸς B πάντως εἴσω* ς *Schoell* ‖ 36 *καταβαλεῖν A* ‖ *ὑπὸ*] *ὑπὲρ L^1* ‖ 38 *Ἀρχὴν*] *λε̄ χρόνος ἄρχεται A in mg.* ‖ 39 *δίδομεν—ἔφθημεν om. A, id. habet 40 δικαστικῆς δίδομεν ὑπομνήσεως ψῆφον.* ‖ *Τοῦ*] *Η̄ L in mg.*

5 qui] quia V^1 ‖ 6 a nobis prius *V* ‖ 7 talibu• V^1 ‖ 10 Non] *rubr.* de legatorum solutione *RV* ‖ 12 ab *om.* R^1 ‖ 19 peniteri *RT* ‖ 22 postea] et postea R^1TV ‖ 24 actionem *R*] exactionem *TV* ‖ 28 receptionis R^1T^1V ‖ 31 Illud] *rubr.* ut legata intra annum praestentur (prentur *R*) *RTV* ‖ 32 enim in talium *V* ‖ 38 ãmonitione facta ex *V*

γὰρ ἐνιαυτοῦ παρ' αἰτίαν τοῦ κληρονόμου παραδραμόντος, τηνικαῦτα ὁ μὲν ἐκπεσεῖται τῶν καταλελειμμένων, ἕτεροι δὲ ἐπὶ ταῦτα ἥξουσιν, οὓς ἔμπροσθεν
1 ἐκαλέσαμεν. Ἀνήβοις δὲ ἢ καὶ ἐλάττοσι τὴν ἡλικίαν οὐδὲν ὁ παρ' ἡμῶν προκρίνει νόμος. ἔστι γὰρ αὐτοῖς, εἴ τι κατὰ τὰς εἰρημένας ἡμῖν αἰτίας βλαβεῖεν, διπλῆ τις βοήθεια, καὶ ἡ διὰ τῆς ἀποκαταστάσεως καὶ ἡ διὰ τῆς κατὰ τῶν ἐρραθυμηκότων κηδεμόνων ὁδοῦ. Οὐκ ἐξαιροῦμεν δὲ τοῦ νόμου οὐδὲ τὰς πατρωνικὰς διαδοχάς. κἀκεῖσε γάρ, τῆς νομίμης αὐτοῖς φυλαττομένης μοίρας, ἣν ἡμεῖς διωρίσαμεν, εἴ τι πέρα ταύτης αὐτοῖς καταλειφθείη καί τι παρὰ τῶν ἀπελευθέρων αἰτηθεῖεν ἐκεῖνοι πληρῶσαι, εἶτα μὴ βούλοιντο, ταύτην τὴν τάξιν κρατεῖν θεσπίζομεν, ἥνπερ ἀρχόμενοι τῆς θείας ἡμῶν ταύτης διατάξεως εἴπομεν, ὥστε τὴν μὲν νόμιμον μοῖραν μένειν παρ' αὐτοῖς καθαρὰν τῶν τοιούτων, τὰ λοιπὰ δὲ ἔρχεσθαι πρὸς τὴν παρ' ἡμῶν νῦν ἀνεῳγμένην ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὁδόν, μάλιστα ἐπείπερ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ περὶ τῶν πατρωνικῶν τεθείσῃ παρ' ἡμῶν διατάξει πρὸς ὁμοίωσιν σχεδὸν τῶν εὐγενῶν καὶ τὰς ἀπελευθερικὰς ἐτάξαμεν διαδοχάς.
2 Ἐπειδὴ δὲ διπλοῦς ἐστιν ὁ τῶν διαθηκῶν τρόπος, ἢ εἰς ἔγγραφον φερόμενος διατύπωσιν, ἢ εἰς ἄγραφον βούλησιν, ταῦτα ἅπαντα κρατεῖν ὁμοίως καὶ κατὰ τὴν ἴσην παρατήρησιν καὶ ἐπὶ ἀγράφων διαθηκῶν καὶ ἐπὶ πάσης τελευταίας βουλήσεως θεσπίζομεν, καὶ ἐπὶ προσώπου παντὸς εἴτε ἰδιωτικοῦ εἴτε στρατιωτικοῦ εἴτε ἱερατικοῦ εἴτε βασιλικοῦ εἴτε ἑτέρου οἵου δήποτε. κοινὸν γὰρ ἐφ' ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦτον τὸν νόμον ἀποτιθέμεθα.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ταῦτα ἡμεῖς ὑπὲρ τοῦ κοινῇ πᾶσι λυσιτελοῦντος ἀνθρώποις ἐγράψαμεν, καὶ ὅπως ἂν οἵ τε ζῶντες τῶν καταλελειμμένων ἀπολαύοιεν οἵ τε τελευτῶντες μετ' εὐθυμίας ἀπέλθοιεν, γινώσκοντες ὡς ὁ νόμος αὐτοῖς καὶ κειμένοις ὑπηρετήσεται, καὶ ἅπερ ἂν ἐκεῖ-
1 νοι διατάξαιεν, αὐτὸς εἰς ἔργον ἄξει. Ὥστε ἐπειδὴ κοινὸν τοῦτο ὄφελος ἅπασίν ἐστιν ἀνθρώποις, γενήσεται μὲν παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἐνταυθοῖ κηρύγματα πᾶσι περιαγγέλλοντα τὴν τοῦ νόμου δύναμιν, σταλήσεται δὲ καὶ κατὰ χώραν ἐν ἅπασιν ἤδη τοῖς ἔθνεσι τοῖς πρώην τε οὖσι καὶ νῦν ὑπὸ θεοῦ δι' ἡμῶν τῇ Ῥωμαίων προσγενομένοις ἀρχῇ. Οἱ δέ γε τῶν μη-

decreto. Anno enim per culpam heredis transacto, tunc ille quidem cadet relictis, alii vero ad haec
1 venient, quos prius vocavimus. Pupillis autem et minoribus aetate nihil nostra praeiudicat lex. Est enim eis, si quid etiam secundum dictas a nobis causas laedantur, duplex quoddam subsidium, et per restitutionem et per viam contra neglegentes curatores. Non autem excipimus a lege neque patronatus successiones; et ibi enim legitima eis servata parte quam nos definivimus, quicquid ultra hanc eis relictum fuerit et aliquid a libertis petiti fuerint illi complere, deinde non voluerint, hunc ordinem tenere sancimus quem incohantes sacram nostram hanc constitutionem diximus, ita ut legalis quidem pars maneat apud eos pura talibus, reliqua vero veniat secundum viam a nobis nunc apertam in talibus, maxime quoniam in ipsa de iure patronatus posita a nobis constitutione ad similitudinem paene
2 ingenuorum etiam libertates ordinavimus. Quia vero duplex ⟨est⟩ testamentorum modus, aut in scriptam delatus dispositionem aut in non scriptam voluntatem, haec omnia obtinere similiter et secundum aequam observationem et in non scriptis testamentis et in omni ultima voluntate sancimus, et in omni persona, sive privata sive militari sive sacerdotali sive imperiali sive alterius cuiuslibet. Communem namque in omnibus hominibus hanc legem ponimus.

⟨Epilogus.⟩ Haec nos, ut communiter omnibus prosint hominibus, scripsimus, quatenus et viventes relictis potiantur et deficientes cum securitate moriantur, scientes, quia lex eis sepultis etiam ministrabit, et quaecumque illi disposuerint, ad perfectum
1 ipsa perducet. Quamobrem, quoniam communis haec utilitas omnibus est hominibus, fiant quidem a tua eminentia hinc praecepta cunctis declarantia legis virtutem, dirigantur autem et per provincias in omnibus gentibus, quae dudum fuerunt et nunc a deo per nos sunt adiectae principatui Romanorum.

---

1 *vocavimus, ad ea pervenient. Pupillis autem sive etiam aetate minoribus lex nostra nihil praeiudicat. Illis enim si quod ex causis a nobis enumeratis damnum passi sunt, duplex auxilium praesto est, et per restitutionem in integrum et per actionem contra neglegentes tutores. Non excipimus autem ab hac lege ne patronorum quidem successiones: nam ibi quoque, legitima parte, quam nos definivimus, ipsis servata, si quid illis ultra eam relictum sit, iique a libertis, ut quid impleant, rogati nolint, eum ordinem obtinere sancimus, quem initio sacrae huius constitutionis diximus, ita ut legitima quidem portio apud eos pura ab eiusmodi oneribus maneat, reliqua vero secundum viam a nobis in huiusmodi casibus iam apertam procedant; praesertim cum in ipsa etiam constitutione de iure patronatus a nobis data ad similitudinem fere*
2 *ingenuorum libertinorum quoque successiones disposuerimus. Quoniam vero duplex est testamentorum ratio, aut ad scriptam dispositionem aut ad voluntatem non scriptam relata, sancimus, ut haec omnia similiter atque per aequam observationem et in non scriptis testamentis et in omni ultima voluntate valeant, et in omni persona, sive privata ea sit sive militaris sive sacerdotalis sive palatina sive alia quaelibet. Communem enim omnibus hominibus hanc legem ferimus.*

Epilogus. Haec nos pro communi omnium utilitate scripsimus, et ut tam viventes iis, quae relicta sunt, fruantur, quam morientes aequo animo vita decedant, legem scientes ipsis etiam sepultis opem
1 *laturam, et quaecumque disposuerint ipsam ad effectum esse perducturam. Itaque cum commune hoc sit commodum omnibus hominibus, ab eminentia tua et hic edicta fiant, quae omnibus ubique vim legis declarent, et foris mittantur per omnes iam provincias imperio Romanorum tam olim subiectas quam nunc*

---

4 ἢ καὶ] καὶ• (η *eras.?*) *L*, η *om.* *A*ς | 6 ἡμῖν *om.* *A* | βλάβη *A* | 7 καὶ *prius om.* *A* | 9 Οὐκ] λζ *A in mg.* | οὐχ ὑπεξαιροῦμεν *L*² | οὐδὲ *om.* *A* | 10 αὐτοῖς τῆς νομίμης *B* | 13 πληρώσοιεν· εἰ δὲ μὴ βούλοιντο *A* | 14 ὕπερ *A* | 15 ἡμῶν τάξεως *L*¹, *corr.* *L*² | 17 τὰ δὲ λοιπὰ *LB* | πρὸς] εἰς *A* | 20 διατάξει] *Cod.* 6, 4, 4 | 21 διαδοχάς] κληρονομίας *A* | 22 Ἐπειδὴ] Θ *L in mg.*, λζ *A in mg* | 23 ἢ *prius om.* *A* | ἀγόμενος *A* | ἢ] καὶ *A* | 24 καὶ] οὐ *A*, *om.* *L* | 25 ἀγράφων διαθηκῶν καὶ ἐπὶ *om.* *A* | 28 ἱερατικοῦ] ἐρωτικοῦ *A* | 31 Ταῦτα μὲν ἡμεῖς, *in mg.* λη *A* | 32 καὶ *om.* ς | 35 καὶ κειμένοις] κεκοιμημένοις *L*ᵇ | ἂν *om.* *M* | 36 διατάξοιεν αὐτοῖς *A* | ἕξει *L*¹ ἥξει *A* | Ὥστε] λθ *A in mg.* | 37 κοινὸν τοῦτο] τὸ κοινὸν τοῦτο *M* τοῦτο κοινὸν *LA* | γενήσεται τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἐνταῦθα μὲν κηρύγματα *A* | 39 παραγγέλλοντα *A* | 42 τῇ] τὴν *L*¹

5 quid etiam *R*] quidem *V al.* | 7 *restitutiones | 8 excepimus *RTV* | 10 quicquid] *an* si quid? | 13 quo *V*¹ | 15 pura in talibus *V* | 19 libertates *R*¹*TV*, libertinitates *R*², *vulg.* (τὰς ἀπελευθερικὰς — διαδοχὰς *Gr.*) | 20 est *om.* *RTV* | 21 non scriptam] conscriptam *R*ᵃ | 23 observationem] onem (*sic spatio relicto*) *R* | 33 morientur *R*¹ | 34 amministrabit *V*² amministrabat *V*¹ | 35 illi] ••• *V*¹ | 36 perducit *R* | 37 est] • *V*¹, *om.* *R*¹ | 40 in *del.* *V*² | 41 adiecta *R*

τροπόλεων ἄρχοντες ταῦτα λαμβάνοντες, καθὰ καὶ ἤδη νενομοθέτηται παρ' ἡμῶν, ἑκάστῃ παραπέμψουσι πόλει· μενεῖ τε οὐδεὶς ἀνήκοος τοῦ νόμου τοῦ μήτε ἐν πενίᾳ ζῆν μήτε ἐν ἀθυμίᾳ τελευτᾶν συγχωροῦντος.

Metropolitani vero iudices haec sumentes, sicut dudum sancitum a nobis est, unicuique dirigant civitati, manebitque nullus non audiens legem, quae neque in paupertate vivere neque mori in anxietate permittit.

Dat. k. Ian. Constantinopoli Belisario v. c. cons. ind. XIII. [*a.* 535.] **Dat. CP. k. Ian. Belisario v. c. cons. ind. XIII.**

B̄ II. Coll. I tit. 2

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ ΕΠΙΛΕΓΕΣΘΑΙ ΤΑΣ ΔΕΥΤΕΡΟΓΑΜΟΥΣΑΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΛΛΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ.

[*Ἔχει δὲ πρόφασιν ἡ διάταξις Γρηγορίαν τινά.*]

στάσιος ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἡρμήνευσε, μήτε τὰς ἄλλας ἁπάσας ἐκκλησίας τὰς κατὰ τὴν εὐδαίμονα ταύτην οὔσας πόλιν ἢ τὴν αὐτῆς περιοικίδα μήτε τὰς ὑπὸ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καθεστώσας, ὧν τοὺς μητροπολίτας αὐτὸς χειροτονεῖ, μήτε ἄλλον μηδένα πανταχοῦ μήτε πατριάρχην μήτε ἐπίσκοπον (φαμὲν δὴ τούς τε ἐπὶ τῆς Ἑῴας τούς τε ἐπὶ τῆς Ἰλλυρίδος, καὶ πρός γε τοὺς ἐπ' Αἰγύπτου τε καὶ τῆς προσεχοῦς καὶ ἡνωμένης αὐτῇ Λιβύης τούς τε ἐπὶ τῆς Ἄφρων χώρας, καὶ συνελόντα ἅπαντας εἰπεῖν, ὅσοι τῆς ἡμετέρας εἰσὶ γῆς), μήτε μὴν τοὺς ἐπὶ τῆς Ἑσπερίας ὄντας θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀπ' αὐτῆς τῆς πρεσβύτιδος Ῥώμης μέχρι τῶν εἰς ὠκεανὸν καθεστωσῶν ἁγιωτάτων ὀρθοδόξων ἐκκλησιῶν, μήτε τινὰ ξενοδόχον ἢ πτωχοτρόφον ἢ νοσοκόμον ἢ ὀρφανοτρόφον ἢ γεροντοκόμον ἢ βρεφοτρόφον ἢ μοναστηρίου ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν ἡγούμενον ἢ ἡγουμένην, ἤ τινα ὅλως προεστῶτα τῶν εὐαγῶν συστημάτων ἄδειαν ἔχειν ἐκποιεῖν πρᾶγμα ἀκίνητον ἐν οἰκίαις ἢ ἐν ἀγροῖς ἢ ἐν κήποις ἢ ὅλως ἐν τοῖς τοιούτοις, μηδὲ γεωργικὸν ἀνδράποδον μηδὲ πολιτικὴν σίτησιν, μηδὲ κατὰ ἰδικοῦ πρόφασιν ἐνεχύρου παραδιδόναι τοῖς δανεισταῖς. τὸ δὲ τῆς ἐκποιήσεως ὄνομα γενικώτερον διὰ τοῦτο τεθείκαμεν, ἵνα κωλύσωμεν καὶ πρᾶσιν καὶ δωρεὰν καὶ ἄμειψιν καὶ τὴν εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκτεινομένην ἐμφύτευσιν, ἥγε οὐδὲ πόρρω καθέστηκεν ἐκποιήσεως. ἀλλὰ πάντας πανταχοῦ τοὺς ἱερεῖς τῆς τοιαύτης ἐκποιήσεως εἴργομεν, ταῖς ποιναῖς ὑποκειμένους, αἷς ἡ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἐχρήσατο διάταξις. ἐκείνην γὰρ κατὰ πάντων κρατεῖν καὶ κυρίαν εἶναι θεσπίζομεν, διόπερ αὐτὴν καὶ προὐθήκαμεν καὶ οὐ τῇ πατρίῳ φωνῇ τὸν νόμον συνεγράψαμεν, ἀλλὰ ταύτῃ δὴ τῇ κοινῇ τε καὶ ἑλλάδι, ὥστε ἅπασιν αὐτὸν εἶναι γνώριμον διὰ τὸ πρόχειρον τῆς ἑρμηνείας. Τὸ μὲν οὖν ἤδη παρῳχηκὸς ἀφίεμεν· τὸ γὰρ τοσαῦτα συμβόλαια χρόνῳ τε μακρῷ γενόμενα νῦν ἀνακινεῖν πολλῆς ἂν εἴη τῆς πολυπραγμοσύνης. ὥστε τὰ μέχρι νῦν ὄντα τὸ οἰκεῖον ἐχέτω σχῆμα· τοῦ λοιποῦ δὲ πᾶσαν ἐκποίησιν ἀπαγορεύομεν, τὰς εἰρημένας αὐτῇ ποινὰς ἐπιτιθέντες.

eam Anastasius piae memoriae interpretatus est), neque alias omnes ecclesias in hac felicissima existentes civitate aut circa eius confinia neque sub patriarchica sede huius felicissimae civitatis constitutas, quarum metropolitas ipse ordinat, neque alium ullum undique neque patriarcham neque episcopum (dicimus autem et eos qui in Oriente et qui in Illyrico, insuper et Aegypto et vicina atque unita ei Libya, et eos qui in Africana provincia sunt, complexive dicendum per omnes quicumque nostrae sunt terrae, nec non qui in Occidente sunt deo amabiles episcopos ab ipsa seniore Roma usque ad oceanum consistentium sanctissimarum orthodoxarum ecclesiarum), neque quem xenodochum aut ptochotrophum aut nosocomum aut orphanotrophum aut gerontocomum aut brephotrophum aut monasterii virorum vel mulierum abbam seu abbatissam, aut quemlibet omnino praesidentem venerabilibus collegiis licentiam habere alienare rem immobilem aut in domibus aut in agris aut in hortis aut omnino in huiusmodi, neque rusticum mancipium neque civilem annonam, nec per specialis pignoris occasionem tradere creditoribus. Alienationis autem nomen generalius ideo posuimus, ut prohibeamus et venditionem et donationem et commutationem et in perpetuum extensam emphyteosin, quae non procul ab alienatione consistit. Sed omnes ubique sacerdotes ab huiusmodi alienatione prohibemus, poenis subditos, quibus Leonis piae memoriae usa est constitutio. Illam namque per omnia valere et ratam esse sancimus; propterea hanc [proposuimus] et protulimus et non paterna voce legem conscripsimus, sed hac communi et graeca, ut omnibus sit nota propter facilem interpretationem. Quod itaque iam praeteriit, relinquimus; nam tanta documenta tempore longo facta nunc commovere multae erit tergiversationis. Quapropter quae usque hactenus extant, proprium habeant schema, de cetero autem omnem alienationem interdicimus, praedictas ei poenas imponentes.

stasius piae sortis interpretatus est), neque reliquae ecclesiae omnes, quae in hac felici civitate vel in vicinia eius, neque quae sub patriarchica sede huius felicis urbis constitutae sunt, quarum ea metropolitanos ordinat, neque alius quisquam uspiam patriarcha aut episcopus (eos scilicet dicimus, qui in Oriente et Illyrico sunt et praeterea qui in Aegypto eique confini atque unita Libya, quique in Afrorum regione, et ut omnes complectamur, quicumque in nostris sunt terris) neque magis qui in Occidente sunt deo carissimi episcopi, ab ipsa vetusta Roma usque ad sanctissimas orthodoxas ecclesias ad oceanum constitutas, neque xenodochus quisquam aut ptochotrophus aut nosocomus aut orphanotrophus aut gerontocomus aut brephotrophus aut monasterii virorum vel mulierum abbas vel abbatissa, aut omnino quisquis sacris coetibus praeest, licentiam habeat rem immobilem aedificiorum vel agrorum vel hortorum vel omnino id genus aliorum alienandi, neque mancipium rusticum neque annonam civilem, nec magis specialis pignoris nomine creditoribus tradendi. Alienationis vero nomen generalius ideo posuimus, ut prohiberemus et venditionem et donationem et permutationem, et emphyteusin in perpetuum extensam, quae non procul ab alienatione abest. Verum omnes ubique sacerdotes ab eiusmodi alienatione arcemus, poenis illis, quibus Leonis piae sortis constitutio usa est, obnoxios. Illa enim ut per omnia valeat et rata sit sancimus: quapropter et proposuimus eam, neque patria lingua legem conscripsimus, sed hac quidem communi et Graeca, ut omnibus innotescat propter facilitatem interpretationis. Ceterum quod iam praeteriit, missum facimus; tot enim contractus longo tempore factos si nunc sollicitentur, id quidem multa negotia exhibeat. Quare quae hactenus facta sunt propriam formam retineant, in posterum vero omnem alienationem vetamus, supra dictis ei poenis impositis.

6 *πατριάρχην*] *πατριάρχην μήτε μητροπολίτην A* ‖ 7 *δὴ A*] *δὲ M(ς)* ‖ 9 *προσεχοῦς καὶ om. A* ‖ 10 *συνελόντας εἰπεῖν ἅπαντες A* ‖ 12 *ἑσπέρας A* ‖ 13 *μέχρι*] *καὶ μέχρι A* ‖ 14 *καθεστασῶν A* ‖ 17 *ἢ γυναικῶν Aς*] *καὶ γυναικῶν M* ‖ 19 *ἐν οἰκίαις*] aut in domibus *ς* ‖ 20 *ἐν ἀγροῖς ἐν κήποις τε καὶ ὅλως A* ‖ 21. 22 * *μήτε — μήτε — μήτε libri* ‖ 23 *τῆς*] *τοῖς M* ‖ 23 *sq. διὰ τοῦτο τεθείκαμεν γενικώτερον A* ‖ 27 *ἀλλὰ — ἐκποιήσεως om. M^a, in mg. suppl. M* ‖ 28 *ταῖς om. A* ‖ 30 *πάντα A* ‖ 31 *αὐτὴν*] hanc (*i. e. ταύτην*?) *ς* ‖ *προτεθείκαμεν A* ‖ 32 *συνεγραψάμεθα A* ‖ 36 *χρόνω μακρῷ τε A*

1 ea *V*[1] ‖ 2 neque alias] ne••ilias *R*[1] ‖ existente *V*[1] ‖ 3 supatriarchica *R*[1] sub patriarcha *V*[1] ‖ 4 huius (*suppl. V*[2] *in spat.*) felicissime ecclesie ciuitatis *V* ‖ 7 in *ante* illirico *om. R* ‖ 8 et insuper et *V* ‖ et in Aegypto *vulg.* ‖ unita ei Libya *scripsi* (*sim. Heimbach*)] initibilia *R* in mitibilia (mitibilia *suppl. V*[2] *in spat.*) *V* inmutabilia *T* (in Lycaonia atque in Lycia *vulg.*) ‖ 10 quicunque *R*[2]] quecunque *R*[1]*V vulg.* ‖ sunt terre nostre *V* ‖ 12 nooceanum *R*[1] ocoeanum *R*[2]*VT* ‖ 13 consisteretium *R*[1] ‖ 14 quem *R*[1]] alium quem *R*[2] aliquem *V vulg.* ‖ ptochotrochum *V* protochotrophum *R*[2] ‖ 15 nosocomium *R* nodochomium *V* ‖ 16 gerontocomium *R*[1] therontonium *V* ‖ bephotrophum *R* bephotrofium *V* ‖ monasteriorum uirorum (orum uirorum *suppl. V*[2] *in ras.*) *V* ‖ 17 vel] aut *R* ‖ abbam seu *R*] abbatu• seu? *V*[1] abbatem seu *V*[2] abbatem uel *vulg.* ‖ 18 quemlibet] quem *V* ‖ praesulentem *R*[a] ‖ uenerabibus *R* ueneralibus *V* ‖ 19 alienarem rem *R*[1] ‖ 20 in gnaris aut mortis *R*[1] ‖ 22 specialis] spiritalis *R* ‖ occasione *V*[2] ‖ 23 creditotribus *R*[1] ‖ generalis *V* ‖ 24 posumus *R*[a] ‖ prohiberemus *V* ‖ uentionem *R*[1] ‖ 25 et commutationem et donationem *VT* ‖ 27 undique *V* ‖ 28 alienationēs (*sic*) *R*[1] ‖ 31 proposuimus *seclusi* ‖ 34 Quod] Q• (Quia, *ut vid.*) *V*[1] ‖ 35 tanto *V* ‖ 36 nunc] non *VT* ‖ tergiū satisois *R*[1] ‖ 37 actenus *VT* huc aotenus *R* (*vulg.*) ‖ 38 habent *RVT* ‖ sema *R*[1] soema *VR*[2] ‖ 39 eis *RVT*

CAPUT II.

Ὅπως δὲ ἂν ὁ νόμος πρὸς τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ποικίλον καὶ τὸ παρασυμβαῖνον ἀεὶ μετρηθεὶς μείνῃ διὰ πάντων ἀκίνητος (τί γὰρ ἂν εἴη σταθερὸν τῶν ἐν ἀνθρώποις καὶ οὕτως ἀσάλευτον, ὡς μηδεμίαν ὑπομένειν μεταβολήν, τῆς πάσης ἡμῶν συστάσεως ἐν διηνεκεῖ καθεστώσης κινήσει;), ἀναγκαῖον ᾠήθημεν τινὰς ἐξαιρέσεις δοῦναι τῷ νόμῳ μετὰ πολλῆς τῆς ἀγρυπνίας τε καὶ ἀκριβείας ἐξηυρημένας, ἵνα ταύτας ἔχων εἰς βοήθειαν ὁ νόμος μηδαμῶς σαλευθείη.
1 Ἐφίεμεν τοίνυν τῇ βασιλείᾳ, εἴπου τις κοινωφελής ἐστι καὶ πρὸς λυσιτέλειαν τῆς πολιτείας βλέπουσα χρεία καὶ κτῆσιν ἀπαιτοῦσα τοιούτου τινὸς ἀκινήτου πράγματος ὁποῖον ὑπεθέμεθα, τοῦτο αὐτῇ παρὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν καὶ τῶν λοιπῶν εὐαγῶν οἴκων τε καὶ συστημάτων λαμβάνειν ἐξεῖναι, τοῦ πανταχόθεν ἀζημίου τοῖς ἱεροῖς οἴκοις φυλαττομένου, καὶ ἀντιδιδομένου πράγματος αὐτοῖς παρὰ τοῦ λαμβάνοντος ἴσου ἢ καὶ πλείονος τοῦ διδομένου. τί γὰρ ἂν καὶ αἰτιάσαιτο βασιλεὺς πρὸς τὸ μὴ δοῦναι τὸ κάλλιον; ᾧγε πολλὰ μὲν δέδωκεν ὁ θεὸς ἔχειν, πολλῶν δὲ κύριον καθεστάναι, καὶ ῥᾳδίως διδόναι, καὶ μάλιστα εἰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας, ἐφ' ὧν ἄριστον μέτρον ἡ τῶν δωρουμένων καθέστηκεν ἀμετρία. Ὥστε εἰ τοιοῦτό τι γένοιτο καὶ πραγματικὸς προέλθοι τύπος ὁ ἐπιτρέπων τῇ βασιλείᾳ δοθῆναί τι τῶν τοιούτων πραγμάτων καὶ ἀντιδιδοὺς εὐθὺς πρᾶγμα κάλλιόν τε καὶ δαψιλέστερον καὶ ἐπωφελέστερον, ἔστω τὰ τῆς αὐτῆς ἀμείψεως βέβαια, καὶ οἱ προεστῶτες τῶν οἴκων, ἐξ ὧν τὸ ἐκποιούμενον ἐστί, καὶ οἱ τοῖς τοιούτοις ὑπηρετούμενοι γράμμασιν ἀνεύθυνοι πανταχόθεν ἔστωσαν, μηδεμίαν εὐλαβούμενοι ποινὴν τῶν παρὰ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἠπειλημένων καὶ παρ' ἡμῶν κυρωθεισῶν. Καὶ γὰρ οὐδὲ πολλῷ διεστᾶσιν ἀλλήλων ἱερωσύνη τε καὶ βασιλεία, καὶ τὰ ἱερὰ πράγματα τῶν κοινῶν τε καὶ δημοσίων· ὅπου γε πᾶσα ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις εὐπορία τε καὶ σύστασις ἐκ τῶν παρὰ τῆς βασιλείας φιλοτιμιῶν διηνεκῶς ἐπιδίδοται. ἀλλήλαις οὖν ἀντιδιδοῦσαι τὰ πρέποντα οὐκ ἂν ὑπό τινος εἰκότως μεμφθεῖεν. Ἄλλην δὲ πᾶσαν εἴτε πρὸς αὐτὴν τὴν βασιλείαν εἴτε πρὸς ἕτερον οἱονοῦν πρόσωπον γινομένην

Ut autem lex ad humanae naturae varietatem et quod semper venit moderata per omnia immota permaneat (quid enim erit stabile inter homines et ita immobile, ut nullam patiatur mutationem, cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat?), necessarium aestimavimus quasdam exceptiones dare legi cum multis vigiliis et subtilitate adinventas, ut eas habens in auxilio lex nequaquam moveatur.
1 Sinimus igitur imperio, si qua communis commoditas est et ad utilitatem reipublicae respiciens causa et possessionem exigens talis alicuius immobilis rei qualem proposuimus, hoc ei a sanctissimis ecclesiis et reliquis venerabilibus domibus et collegiis percipere licere, undique sacris domibus indemnitate servata et recompensanda re eis ab eo qui percepit aequa aut etiam maiore, quam data est. Quid enim causetur imperator, ne meliora det? cui plurima deus dedit habere et multorum dominum esse et facile dare, et maxime in sanctissimis ecclesiis, in quibus optima mensura est donatarum eis rerum immensitas. Unde si quid tale fiat et pragmatica processerit forma praecipiens imperio dare aliquid talium rerum, et recompensaverit mox rem meliorem et uberiorem et utiliorem, sit ea permutatio firma, et ii, qui praesident domibus, quarum est quod alienatur, et qui talibus ministrant litteris, sine querela undique sint, nullam metuentes poenarum, quae a Leone piae memoriae interminantur et a nobis firmatae sunt: utique cum nec multo differant ab alterutro sacerdotium et imperium, et sacrae res a communibus et publicis, quando omnis sanctissimis ecclesiis abundantia et status ex imperialibus munificentiis perpetuo praebetur. Alterutris itaque compensantes quae decent, non ab aliquibus iure culpabuntur. Aliam vero omnem sive ad ipsum imperium sive ad aliam quamcumque personam factam sive venditio-

---

II. *Ut vero haec lex ad humanae naturae varietatem et ad id quod ferme obvenit accommodata maneat perpetuo immota (quid enim inter homines stabile est et adeo inconcussum, ut nullam mutationem patiatur, cum omnis constitutio nostra in perpetuo motu sit?), necessarium putavimus exceptiones quasdam legi addere multa cum lucubratione et diligentia inventas, ut earum auxilio usa lex nequaquam concutiatur.*
1 *Permittimus igitur imperatori, ut, sicubi qua necessitas sit ex communi usu et ad reipublicae utilitatem spectans quaeque possessionem eiusmodi rei immobilis, qualem proposuimus, exigat, eam a sanctissimis ecclesiis reliquisque sacris domibus et collegiis illi accipere liceat, ut tamen indemnitas omni ex parte sacris domibus servetur, iisque ab accipiente res aequalis vel etiam maior, quam data sit, in vicem detur. Quid enim causetur imperator, quominus det meliora, cui quidem deus largitus sit, ut multa habeat, multorum dominus sit, et facile dare possit, idque maxime sanctissimis ecclesiis, quibus sine mensura donare optima mensura est? Itaque si tale quid fiat et pragmatica sanctio prodeat quae imperatori ex talibus rebus aliquid dare praecipiat et statim meliorem et praestantiorem et utiliorem rem in vicem det, ea ipsa permutatio firma sit, et qui praesunt domibus, quarum est id quod alienatur, et qui talibus instrumentis conficiendis operam dederunt, omni undique crimine vacent, nullam veriti earum poenarum, quae a Leone piae sortis intentatae sunt et a nobis confirmatae. Neque enim multum inter se distant sacerdotium et imperium, neque res sacrae a rebus communibus et publicis: quandoquidem sanctissimis ecclesiis omnis copia atque status a munificentia imperatoris perpetuo praebetur. Unde si mutuo sibi praestent quae decet, a nemine iure reprehendi poterunt. Aliam vero omnem sive venditionem sive donationem sive per-*

---

2 τὸ *om.* *A* | 3 μείνοι *A* | σταθηρὸν *A* || 9 ὁ νόμος *om.* *A* || 10 ἀφίεμεν τοίνυν τὴν βασιλείαν *A* | κοινωφελής] communis commoditas (*i. e.* κοινωφέλεια?) ς || 12 καὶ κτῆσιν] ἐκποίησιν *A* | 13 αὐτὴν *A* | 14 τῶν *om.* *A* || 15 λαμβάνειν *om.* *A* | 18 ἢ *om.* *A* | τοῦ διδομένου *om.* *A* | 19 αἰτ. ὁ βασιλεὺς *A* | 20 δοῦναι τὸ] παρασχέσθαι *A* | μὲν *A*] *om.* *M* | 21 καθεστάναι] εἶναι, *in mg.* ... άναι (= [γρ. καθεστ]άναι?) *A* | 22 καὶ μάλιστα] μάλιστα *A* | 23 δωρουμένων αὐτοῖς καθέστηκεν *A* | 24 πραγματικὸς] πολιτικὸς *A* | 26 πραγμάτων ἀντιδίδωσιν *A* || 27 *sq.* δαψ., ὃ καὶ ἐπωφ. ἔσται. ὁ τὰ τῆς ἀ. ἀ. βέβαια κατέχων *A* | 30 γράμμασι πανταχόθεν ἀνεύθυνοι *A* || 34 διεστήκασιν *A* | 35 τὰ ἱερὰ — δημοσίων] ἐν ἑτέροις πράγμασι τῶν κοινοῖς τε καὶ δημοσίοις *A* || 37 κατάστασις *A* | παρὰ *om.* *A*

1 *rubr.* Quomodo licet ad imperatorem rem sancti loci transfere *R mg.* | humanae] h *ex corr.* *R* | 2 permaneam *R*[1] | 3 erit] permanearit *R*[a] | 7 ut] aut *R*[1]*T* || 10 Si minus *R*[1] | 11 causa respiciens *R*, causa *om. vulg.* || 12 et poss. exigens] in possessione exiens *R*[1] | aliquius *R* | immobilem *V*[1] | 13 eis *V* || 16 rem *R*[1] | percipit *vulg.* | 17 aequa] q *in ras.* *R* | etiam] in *R* | 19 dedit deus *vulg.* || 20 facere dare *R*[a] || 21 mensa|ra *R*[a] | 22 unde si quid *bis scr.* *R*[1] | pragmata *R*[1] || 26 hii *RT* hi *V* || 28 nulla *R*[1] || 29 Leone] lieone *R*[a], one *suppl.* *V*[2] *in spat.* | 30 multum *vulg.* | differat *V*[1] | altero utro *R* | 31 sacerdotum *R*[1] | 32 omnis] omnibus *V* | 33 ex et *RV* | 34 perpetue *VT* | praebeatur *V vulg.* | 35 decent *R* | decet *V vulg.* dicentur *T* | 37 factum *R*[1]

εἴτε πρᾶσιν εἴτε δωρεὰν εἴτε ἄμειψιν εἴτε ἐμφύτευσιν διηνεκῆ παντελῶς ἀναιροῦμεν· οὐ μὴν οὐδὲ δόσιν τινὸς ἐνεχύρου ἐπ' ἀκινήτῳ πράγματι γινομένην προφάσει δανεισμάτων γίνεσθαι συγχωροῦμεν. Καὶ τοῦτο κρατεῖν βουλόμεθα ἐπί τε πάσης ἐκκλησίας παντός τε μοναστηρίου καὶ νοσοκομείου καὶ ξενῶνος καὶ βρεφοτροφείου καὶ ἀσκητηρίου καὶ γεροντοκομείου καὶ παντὸς ἁπλῶς συστήματος, ὅπερ πρᾶξις εὐσεβὴς συνίστησιν, οὐδενὸς παντελῶς τούτων τι λαμβάνειν παρ' αὐτῶν δυναμένου. Ὥστε οὔτε τῆς διατάξεως Ἀναστασίου τοῦ τῆς θείας λήξεως ἔτι δεήσει οὔτε τῶν κατ' ἐκείνην φερομένων δεκρέτων καὶ τῆς εἰρημένης παρατηρήσεως. αὐτὰς γὰρ τὰς ἀρχὰς τοῦ πράγματος ἀναιροῦντες καὶ κωλύοντες τὸ γινόμενον οὐκ ἂν τῆς ἐφεξῆς δεηθείημεν πολυπραγμοσύνης.

nem sive donationem sive permutationem sive emphyteosin perpetuam omnino perimimus; sed neque dationem cuiusdam pignoris in re immobili factam occasione mutuorum fieri sinimus. Et hoc valere volumus in omni ecclesia omnique monasterio et nosocomio et xenodochio et brephotrophio et asceterio et gerontocomio et omni absolute collegio quod actio pia constituit, nullo penitus horum aliquid accipere ab eis valente. Unde neque constitutione Anastasii divae memoriae ulterius opus erit, neque secundum illam faciendis decretis memoratae observationis; ipsa enim rei principia perimentes et prohibentes quod fit, nequaquam perscrutatione deinceps indigebimus.

CAPUT III.

Ἐμφύτευσιν δὲ εἴτε ἐπὶ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας εἴτε ἐπὶ πάντων τῶν λοιπῶν προσκυνητῶν οἴκων γίνεσθαι συγχωροῦμεν ἐπί τε τοῦ λαμβάνοντος προσώπου ἐπί τε δύο τοῦ αὐτοῦ προσώπου κληρονόμων ἐφεξῆς, παίδων μέντοι μόνων ἀρρένων ἢ θηλειῶν, ἢ ἐγγόνων ἑκατέρας φύσεως, ἢ γαμετῆς ἢ ἀνδρός, εἴγε τοῦτο τῆς γαμετῆς ἢ τοῦ ἀνδρὸς ῥητῶς ὀνομασθείη. ἐπείτοιγε μὴ διαβαίνειν εἴς τινα ἕτερον κληρονόμον, ἀλλὰ μέχρι μόνης τῆς ζωῆς τῶν λαμβανόντων ἵστασθαι, εἰ μὴ παῖδας ἢ ἐγγόνους ἔχοιεν. ἄλλως δὲ παντελῶς ἐμφύτευσιν πράττεσθαι ἐκκλησιαστικοῦ τινος ἢ πτωχικοῦ πράγματος ἀκινήτου ἢ ἀνδραπόδου γεωργικοῦ ἢ πολιτικῆς σιτήσεως οὐδενὶ συγχωροῦμεν τρόπῳ, οὐδὲ τὸ γινόμενον ἔχειν τινὰ παντελῶς ἰσχὺν ἐῶμεν.
1 *Ἐπειδὴ δὲ ἡ μὲν Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξις ἐπ' οὐδεμιᾷ παντελῶς ἐλαττώσει δίδοσθαι πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν ἐνομοθέτησεν, ἡμεῖς δὲ ἐν ἑτέρᾳ διατάξει παρ' ἡμῶν γεγραμμένῃ τὸ ἕκτον ἐξαιρεῖσθαι μόνον ἐπὶ τῶν ἐμφυτεύσεων ἐνομοθετήσαμεν, τοιαύτην τινὰ τῷ τῆς ἐλαττώσεως πράγματι δίδομεν τάξιν, ἵνα ζητοῖτο μετὰ πάσης ἀληθείας καὶ ἀκριβείας ὁ κανὼν τῶν ἐκδιδομένων τοσοῦτος, ὁπόσος ἐξ ἀρχῆς ἦν καὶ εἰς τὴν ἁγιωτάτην ἦλθεν ἐκκλησίαν, καὶ διδοῖτο τὰ τῆς ἐμφυτεύσεως τοιούτοις προσ-*

Emphyteosin autem sive in sanctissima maiore ecclesia, sive in omnibus reliquis adorandis domibus fieri sinimus et in accipientis persona et in duobus eiusdem personae heredibus deinceps, filiis tamen solis masculis aut feminis, aut nepotibus utriusque naturae, aut uxore aut viro, si hoc videlicet de uxore aut viro expressim nominetur; alioquin non transire ad aliquem alterum heredem, sed usque ad solam vitam percipientium standum, nisi filios aut nepotes habuerint. Aliter autem penitus emphyteosin agi ecclesiasticae cuiusdam aut ptochii rei immobilis aut mancipii rustici et civilis annonae nullo permittimus modo, neque quod fit habere aliquod penitus robur sinimus.
1 Quia vero Leonis quidem piae memoriae constitutio sub nulla penitus deminutione dari rem ecclesiasticam sancivit, nos autem in alia constitutione a nobis scripta sextam excipi solum super emphyteosibus sancivimus, huiusmodi quendam deminutionis rei damus ordinem, ut quaeratur cum omni veritate et subtilitate pensio eorum quae dantur tanta, quanta ab initio fuit, quando ad sanctissimam venit ecclesiam, et detur emphyteosis talibus personis, quales dudum diximus; tunc enim sextam ei

mutationem sive emphyteusin perpetuam, seu cum ipso imperatore seu cum alia qualicumque persona contractam, prorsus tollimus: ac ne pignoris quidem dationem in re immobili constitutam sub mutui specie fieri concedimus. Atque hoc et in omni ecclesia et omni monasterio et nosocomio et xenodochio et brephotrophio et asceterio et gerontocomio et in omni plane collegio quod actione quadam pia constitutum est valere volumus, ne quis omnino ab ipsis horum quicquam accipere possit. Itaque neque constitutione Anastasii divae sortis neque decretis secundum eam faciendis neque supra dicta observatione amplius opus erit. Cum enim ipsa rei principia tollamus quodque fieri solet prohibeamus, nulla deinceps sollicitudine indigebimus.

III. *Emphyteusin vero sive in sanctissima ecclesia sive in reliquis omnibus venerandis domibus tum personae accipientis tum duobus eiusdem personae deinceps heredibus dari permittimus, liberis scilicet solis, masculis aut feminis, vel nepotibus utriusque sexus, vel uxori aut viro, si uxoris aut viri expressa mentio facta sit. Alioqui ne transeat ad alium quem heredem, sed ad solam eorum qui acceperunt vitam limitetur, si liberos aut nepotes non habeant. Alia vero ulla ratione emphyteusin fieri rei ecclesiasticae sive ptochicae immobilis, vel mancipii rustici vel civilis annonae nullo modo permittimus, neque id quod*
1 *fit ullam omnino vim habere sinimus. Quoniam vero Leonis piae sortis constitutio sanxit, ut nulla penitus deminutione facta res ecclesiastica detur, nos vero in alia constitutione a nobis conscripta ut sexta solum pars in emphyteusibus excipiatur sanximus, talem ordinem statuimus deminutionis rationi, ut cum omni veritate et subtilitate quaeratur canon rerum quae dantur tantus, quantus ab initio fuit et ad sanctissimam ecclesiam rediit, et detur emphyteusis talibus personis, quales ante diximus; tum enim*

1 *ἢ δωρεὰν ἢ ἄμ. ἢ ἐμφ.* A ‖ 2 *οὐ μὴν δὲ ἀλλ' οὔτε* A ‖ 3 *γινομένην προφάσει*] *προελθοῦσαν ἕνεκεν* A ‖ 4 *καὶ τοῦτον κρατεῖν βουλ. τὸν νόμον καὶ ἐπί τε* A ‖ 6 *νοσοκομείου καὶ μοναστηρίου ξενῶνος* A ‖ 8 *εὐσεβείας* A ‖ 10. 11 **οὐδὲ — οὐδὲ* libri ‖ 11 **δεήσειεν* M *δεήσοιεν* A ‖ 12 *καὶ*] om. ς ‖ 14 *οὐκ ἂν*] *οὐδὲ κἂν* A ‖ 15 *δεηθείημεν τῆς πολυπραγμοσύνης* A ‖ 16 *ἐκκλησίας* M] *μεγάλης ἐκκλησίας* Aς ‖ 17 *εἴτε καὶ ἐπὶ* A ‖ *γενέσθαι* A ‖ 18 *ἐκλαμβάνοντος* A ‖ 20 *μόνων* om. A ‖ 21 *ἐκγόνων* A ‖ *ἢ ἀνδρὸς*] *καὶ ἀνδρὸς* A ‖ 22 *τῆς γαμετῆς ἢ τοῦ ἀνδρὸς*] *παρά τινος αὐτῶν* A, de uxore aut viro ς ‖ 27 *πτωχικοῦ*] *πτωχικοῦ τινὸς* A ptochii ς ‖ 30 *Ἐπειδὴ δὲ ἡ μὲν*] *ἤδη ἡ μὲν οὖν* A ‖ 32 *ἐνομοθέτησεν τινί, ἡμεῖς* A ‖ 33 cf. ad 51, 14 ‖ 35 sq. *διδόντες πρᾶξιν, ὅπως ζητοῖτο* A 38 *καὶ εἰς*] *εἰς* A ‖ *ἐλθὼν* A ‖ 39 *διδοῖτο*] *ἐκδίδειν* (sic) A

1 siue per emphyteosim V ‖ 2 perpetūaa? omnino R^1 ‖ 3 donationem R (*sed cf. ad* 4) ‖ in re] iure R ‖ 4 occasionem R^1 ‖ si minus. Sed neque dationem et hoc R^1 ‖ 6 nosochomio soenodochio V ‖ bephotrophio R bephotrophio R bephrotropho V ‖ asisterio RVT ‖ 7 gerontonio et omnino (omni *corr.*) alsolute R ‖ 11 *faciendi decreti RV facienda decreta *vulg.* ‖ 12 rei *om.* V ‖ perimentes V^1 ‖ et prohibentes *om.* R ‖ 13 fit] sit R ‖ perscutatione R ‖ 14 indigebimus] indige *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 16 *rubr.* De enphiteosis contractu a sancto looo constituendo. et quomodo ususfructus rerum ad sanctum locum pertinentium constituantur R(T) ‖ 17 ecolesia *om.* R ‖ 19 tamen] tantum R^2 *s. v.*, *om.* R^1 ‖ 24 statum R^1 ‖ 25 habuerit VT ‖ 26 cusdam V ‖ 27 et ciuilis] *leg.* aut ciuilis ‖ 33 scripta] ta *om.* R^1 ‖ enphiteosibus R emphyteosin V emphyteusi *vulg.* ‖ 34 diminutionis VT ‖ 36 eurum R^1

ώποις, όποῖα πρόσθεν εἰρήκαμεν. τηνικαῦτα γὰρ τὴν ἕκτην αὐτῶν μοῖραν σὺν ἀκριβείᾳ λογιζομένην ἐφίεμεν. Εἰ δὲ ἐλαττωθείη κατά τινας περιπετείας ὁ κανών, ἢ ἐπὶ ὁλοκλήρῳ τῷ τότε ὑφεστῶτι κανόνι λαμβάνειν τὸν τὴν ἐμφύτευσιν ὑπελθεῖν βουλόμενον, ἢ μηδὲ λαμβάνειν ὅλως, ἐξὸν μισθοῦν μᾶλλον ἢ τοιαύτας ἐλαττώσεις ἐπ' ἐμφυτεύσεσι πράττειν. Εἰ δέ τινος ἐκκλησιαστικοῦ προαστείου τῶν πολυτιμήτων ἐμφύτευσις διδοῖτο (ὁποῖα πολλὰ μάλιστα κατὰ ταύτην ἴσμεν τὴν εὐδαίμονα καθεστάναι πόλιν, πολλῆς μὲν ἄξια τιμῆς, ἐλαχίστην δὲ φέροντα πρόσοδον, ἢ οὐδὲ πρόσοδον ὅλως), μὴ τῇ προσόδῳ μετρεῖσθαι τὴν ἐμφύτευσιν, ἀλλὰ διατιμᾶσθαι τὸ προάστειον ἀκριβῶς, καὶ συλλογίζεσθαι τὴν ἐκ τοῦ ἀθροιζομένου τιμήματος δυναμένην κατὰ εἴκοσι ἐνιαυτοὺς ὠνεῖσθαι πρόσοδον. καὶ ἐπὶ τῇ ἐντεῦθεν συλλογιζομένῃ προσόδῳ πράττεσθαι τὴν ἐμφύτευσιν οὐ διηνεκῶς, ἀλλ' εἰς αὐτόν τε τὸν λαμβάνοντα καὶ δύο τῶν ἐξ αὐτοῦ διαδόχων, καὶ ἀνδρὸς ἢ γαμετῆς, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, γινομένην.

2 *Εἰδέναι δὲ τοὺς ἐμφυτευτὰς προσήκει ὡς, εἴπερ ἐπὶ διετίαν ἐφεξῆς μὴ καταθεῖεν τὸν ἐμφυτευτικὸν κανόνα (τοῦτον γὰρ τὸν χρόνον ἀντὶ τῆς ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τριετίας ἀρκεῖν εἰς ἔκπτωσιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἢ πτωχικῶν ἐμφυτεύσεων ἐξ ἀγνωμοσύνης τίθεμεν), γενήσονται παντοίως ἔξω τοῦ ἐμφυτεύματος, καὶ βουλομένοις τοῖς προεστῶσι τῶν εὐαγῶν οἴκων ἐξέσται τῶν χωρίων ἢ τῶν οἴκων ἀντιλαμβάνεσθαι, μηδεμίαν εὐλαβουμένοις ἐμπονημάτων ἀπόδοσιν· ἀλλ' εἴπερ χεῖρον πεποίηκε τὸ χωρίον ἢ τὸ προάστειον ἢ τὴν οἰκίαν ὁ τὴν ἐμφύτευσιν δεξάμενος, ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν οἴκοθεν τὴν ἐπιμέλειαν καὶ ἀποκατάστασιν τῆς ὄψεως ποιεῖσθαι, καὶ ὑποκεῖσθαι τούτῳ αὐτόν τε καὶ κληρονόμους αὐτοῦ καὶ διαδόχους καὶ τὰ αὐτοῦ πράγματα, πρὸς τῷ καὶ τὴν ὀφειλομένην πᾶσαν πρόσοδον ἀνυπερθέτως εἰσπράττεσθαι.*

⟨Δ⟩ *Τὸ δὲ εἰρημένον ἡμῖν, ὥστε μηδ' ἑνὸς ἀκινήτου πράγματος ἐκκλησιαστικοῦ ἢ πτωχικοῦ ἐκποίησιν ἐπιτετράφθαι πρὸς μηδὲν τῶν τῆς ἡμετέρας πολιτείας πρόσωπον, θεσπίζομεν κρατεῖν μὴ μόνον ἐπὶ τῶν*

partem cum scrupulositate imputandam concedimus. Si vero minui contigerit per quandam cladem pensionem, aut in toto tunc constantem pensionem accipiat qui emphyteosin subire vult, aut nec accipiat penitus, cum liceat conducere potius quam tales deminutiones in emphyteosin celebrare. Si vero alicuius ecclesiastici suburbani pretiosi emphyteosis detur, qualia plurima maxime in hac novimus felicissima consistere civitate, multo quidem digna pretio, parvas vero reddentia pensiones aut nihil pensionum omnino, non ex reditibus metiri emphyteosin, sed aestimari suburbanum subtiliter, et reputari ex pretio collecto reditus possibiles in viginti annis comparari, et in reditibus ex hoc computatis agi emphyteosin non perpetue, sed in eum qui percipit et duas ex eo successiones, et viro et uxori, sicut praediximus, faciendam.

2 Scire autem emphyteotas convenit quia, si in biennio continuo non exolverint emphyteoticum canonem (hoc enim tempus pro triennio aliorum hominum sufficere ad casum ecclesiasticarum aut ptochicarum emphyteosium pro non soluto canone ponimus), fient omnino extranei emphyteomatis, et volentibus praepositis sacrarum domuum licebit praedia aut domos defendere, nullam metuentibus meliorationum redditionem. Sed si quidem deterius fecit praedium aut suburbanum aut domum qui emphyteosin percepit, cogi eum de suo diligentiam et restitutionem prisci status facere, et obligatum esse ad hoc et ipsum et heredes eius et successores eiusque res, insuper et debitos omnes reditus sine dilatione exigi.

Quod autem dictum a nobis est, ut nullius immobilis rei ecclesiasticae aut ptochicae alienatio sit permissa ad nullam nostrae reipublicae personam, sancimus valere non solum super constantibus domibus et sub-

7 *Εἰ δέ τινος* ...... 28 *παντοίως ἔξω τοῦ ἐμφυτεύματος γίνεσθαι decurtata et mutata extant in appendice Nomoc. L tit. cap. eccl.* 12 *extr.*
§ 2 *Εἰδέναι* ...... *εἰσπράττεσθαι* (36) *habet B* 20, 2, 5.

sextam illarum partem accurate computatam remittimus. Quodsi canon ob adversos quosdam casus imminutus sit, is, qui emphyteusin subire vult, aut secundum integrum canonem tunc constitutum eam accipiat aut omnino non accipiat, cum locare potius praestet quam tales deminutiones in emphyteusibus admittere. Si vero ecclesiastici alicuius praedii suburbani eiusque pretiosi emphyteusis detur (cuiusmodi multa maxime in hac felici urbe esse scimus, quae magni quidem pretii sint, minimum tamen reditum vel plane nullum ferant), non ex reditu emphyteusis mensura fiat, sed accurate aestimetur suburbanum et computetur reditus qui ex pretio collecto viginti annis percipi possit; et cum reditu inde computato emphyteusis non in perpetuum instituatur, sed ad ipsum qui accipit et duos qui ex eo sunt successores, et virum aut uxorem, 2 *sicuti ante diximus, pertineat. Scire autem emphyteutas decet, si continuo biennio canonem emphyteuticum non solverint (hoc enim tempus pro triennio ceteris hominibus definito sufficere ad emphyteusin rerum ecclesiasticarum vel ptochicarum tollendam propter neglegentiam statuimus), se emphyteumate omni modo privatum iri, quique sacris domibus praesunt, si velint, potestatem habituros esse praedia vel domos vindicandi, nullam veritos meliorationum restitutionem: verum si is qui emphyteusin accepit praedium aut suburbanum aut aedificium deterius fecerit, cogi eum de suo curam et restitutionem pristinae faciei peragere, atque ad hoc et ipsum obligari et heredes eius et successores et bona eius, praeterquam quod etiam reditus qui debeantur omnes sine mora exiguntur. Quod autem a nobis dictum est, nullius rei immobilis ecclesiasticae vel ptochicae alienationem licere fieri ad ullam nostrae civitatis personam, id ut valeat sancimus non solum in aedificiis*

1 *ὁποίοις ἔμπροσθεν A* ‖ 2 *αὐτῶν*] ci (*i. e. αὐτῷ*) ς ‖ 3 *ἀφίεμεν. εἰ δὲ καὶ ἐλαττωθῇ A* ‖ *περιπατείας M*[a] *αἰτίας A* ‖ 4 *ἐπ' ὁλοκλήρῳ τῷ τε ὑφεστῶτι A* ‖ 6 *μηδὲν A* ‖ *ἐξὸν γάρ ἐστι μισθοῦν A* ‖ 7 *ἐμφυτεύσει A*(ς) ‖ 10 *πόλιν καθεστᾶναι A* ‖ 12 *οὐδὲ πρόσοδον*] *μηδὲν A* ‖ 15 *ὠνεῖσθαι*] *ἢ συνωνεῖσθαι A* ‖ 17 *post ἐμφύτευσιν spatium* 2 *fere litt. est in M* ‖ 19 *διαδόχων*] successiones (i. e. *διαδοχῶν*) ς ‖ 25 *ἐξ ἀγνωμοσύνης*] pro non soluto canone ς ‖ *γενήσονται AB*[a]ς] *γενήσεται M*(*B*[f]) ‖ 28 *τῶν οἰκείων A* ‖ 30 *πεποιήκασαν A* ‖ *ἢ τὴν οἰκίαν om. A* ‖ 31 *οἱ τ. ἐ. δεξάμενοι, ἀν. αὐτοὺς A* ‖ 33 *αὐτούς τε A* ‖ 34 *αὐτῶν A* ‖ *αὐτῶν A* ‖ 35 *πρὸς τὸ A* ‖ 38 *sq. ἐπιτρέπεσθαι πρὸς μηδὲ ἓν A* ‖ 40 *προσώπων A*

1 scrupolositate inputandandam (dam *in ras.*) *R* ‖ 2 contignerit *R* ‖ pensationem *R* ‖ 5 liceat] debeat *R* ‖ conducere potius quam *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ potius] p *in ras.* (*ex p?*) *R* ‖ de tiationes V^1 diminutiones V^2 ‖ 6 emphyteosin] emphyteusi *vulgo* ‖ 7 ecclesiastico R^1 ‖ pretiosi RT^1] prae•••• V^1 praedii V^2T^2 (*vulg.*) ‖ 8 nouissimus V^1 ‖ 10 pensiones] p••siones (*pro possessiones?*) V^1 ‖ 11 metiret R^1 ‖ 12 extimari *RVT* ‖ 14 *computari *libri* ‖ 15 percipit] accepit *R* ‖ 16 eo] e•• V^1 ‖ 17 sicut] si R^1 ‖ 20 renphiteotas R^a ‖ 22 hominum] omnium V^1 ‖ 23 phochiarum *R* ‖ 24 emphyteosi•• V^1 ‖ sient R^1 ‖ 25 propositis R^1 ‖ 26 sanctarum *R* sacrarum *bis scr.* V^1 ‖ 31 facere *om.* R^1 ‖ ad hoc ipsum|sum R^1 ‖ 32 eiusq•• res V^1, *om.* R^1 ‖ insuper et] et insuper et V^1 et insuper *T* ‖ 37 a nobis est *V*] est a nobis *vulg.*, est *om. R* ‖ 38 ecclasticis aut ptochie *R* ‖ 40 domibus do et R^a

συνεστώτων οἰκημάτων καὶ προαστείων καὶ ἀγρῶν καὶ κήπων, ἀλλὰ καὶ ἐρειπίων, εἴτε ἀπὸ πυρὸς εἴτε ἀπὸ σεισμοῦ εἴτε ἐξ ἄλλης οἱασδήποτε αἰτίας τὸ ἐρείπιον εἴη· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παντοίως καθῃρημένων καὶ εἰς ἔδαφος κειμένων εἴτε καὶ ψιλῶν ἐρειπίων, μηδεμίαν ἐχόντων οἰκοδομίαν μηδὲ ὕλην κειμένην. οὐδὲ γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνοις τὴν ἐκποίησιν γίνεσθαι συγχωροῦμεν, πλὴν εἰ μὴ ἐπὶ μόνης ἐμφυτεύσεως προσκαίρου, κατὰ τὸ ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον, ἐπὶ τρισὶ προσώποις τοιούτοις, ὁποῖα πρόσθεν εἰρήκαμεν· καὶ ἵνα μή τις περιγραφὴ μηδὲ ἐπὶ τούτῳ γένηται, δύο τῶν κατὰ καιρὸν πρωτευόντων μηχανικῶν ἢ ἀρχιτεκτόνων, εἴτε κατὰ τὴν βασιλίδα ταύτην καὶ μεγάλην πόλιν ἅμα τοῖς θεοφιλεστάτοις οἰκονόμοις καὶ πέντε τῶν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων καὶ δύο διακόνων, παρόντος καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου, εἴτε καὶ κατὰ χώραν δύο τῶν ἐπισήμων μηχανικῶν ἢ ἀρχιτεκτόνων, ἢ καὶ ἑνός, εἰ ἕνα μόνον ἡ πόλις ἔχοι, παραγινομένου τοῖς τόποις· ὥστε τῶν θείων προκειμένων εὐαγγελίων ὁρισθῆναι παρὰ τῶν ἀρχιτεκτόνων, ὅσον προσῆκόν ἐστιν ὑπὲρ τούτου τελεῖν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ κατὰ τρόπον ἐμφυτεύσεως, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐμφυτευτικὴν συγγραφὴν εἰς αὐτὸν γίνεσθαι κατὰ τὸ σχῆμα τὸ ἔμπροσθεν εἰρημένον. τὸν δὲ καὶ οἰκοδομεῖν καὶ κεχρῆσθαι ταῖς ὕλαις, εἴπερ ὕλας ἔχοι, καὶ παραπέμπειν τὴν ἐμφύτευσιν ἄχρι δύο διαδόχων, ὡς εἴρηται, οὕτω τε ἐπανιέναι μετὰ τὴν τῶν τριῶν προσώπων τελευτὴν ἐπὶ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἢ τὸν εὐαγέστατον οἶκον, παρ᾽ οὗ γέγονεν ἡ ἐμφύτευσις. καὶ ἐρρῶσθαι καὶ τὸ τοιοῦτο συνάλλαγμα, ὡς τῷ παρ-

8 όντι μὴ μαχόμενον νόμῳ. Οὐδὲ ἐκείνου τοῦ μέχρι νῦν κατὰ τῶν τοιούτων συναλλαγμάτων ἐπινοηθέντος κρατεῖν συγχωρουμένου, τοῦ προστίθεσθαι ὥστε κἂν εἰ ὁ τῶν δύο κληρονόμων πληρωθείη χρόνος, ἄδειαν εἶναι τοῖς μετ᾽ ἐκείνους ἐμφυτεύεσθαι αὐτὸ καὶ ἀεὶ προκρίνεσθαι τῶν ἄλλων. τοῦτο γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ κατὰ περίοδον καὶ μηχανὴν διηνεκεῖς ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐμφυτεύσεις, μᾶλλον δὲ ἀφαιρέσεις τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐργάζεσθαι πραγμάτων. ἀλλὰ κἂν εἴ τι γέγονε τοιοῦτον, μηδεμίαν ἀνάγκην εἶναι τοῖς εὐλαβεστάτοις οἰκονόμοις τῶν δύο κληρονόμων παυομένων τοῖς ἐφεξῆς ἐκδιδόναι.

urbanis et hortis et agris, sed etiam super ruinis, sive ex igne sive ex terrae motu sive ex alia qualibet causa ruina sit: sed etiam in his quae omnino destructa sunt et in pavimento iacent, sive etiam puris ruinis nullum habentibus aedificium neque materiam iacentem. Non enim in illis alienationem fieri permittimus nisi in sola emphyteosi temporali, secundum quod dudum a nobis dictum est, in tribus personis talibus, quales praediximus. Et ut neque ulla circumscriptio neque in talibus fiat, duobus per tempora primatibus mechanicis aut architectis, sive in hac regia et maxima civitate una cum deo amabilibus oeconomis et quinque reverentissimis presbyteris et duobus diaconis, praesente quoque deo amabili episcopo, sive etiam in provincia duobus insignibus mechanicis aut architectis, aut etiam uno, si unum solum civitas habeat, intervenientibus in illis locis, sacrosanctis positis evangeliis, definiatur ab architectis, quantum competat pro hoc solvi sanctissimae ecclesiae secundum modum emphyteosis, et in his emphyteoticam conscriptionem in eo celebrari secundum figuram prius dictam. Illum vero et aedificare et uti materiebus, si materias habet, et transmittere emphyteosin usque ad duas successiones, sicut dictum est, et sic reverti post trium personarum mortem ad sanctissimam ecclesiam aut venerabilem domum, ex qua facta est emphyteosis: et valere etiam talem contractum, utpote praesenti non repugnantem legi.

8 Neque illud, quod hactenus contra tales contractus agebatur, valere permittendum est de adiectione, ut vel si duorum heredum compleatur tempus, licentia sit eis, qui post illos sunt, in emphyteosin dare id unde agitur, et semper eos praeponi aliis: [in] hoc enim nihil aliud est quam per revolutionem et machinationem perpetuas eis emphyteosis, magis autem privationes ecclesiasticarum agi rerum. Sed et si quid factum est tale, nullam necessitatem esse reverentissimis oeconomis duobus heredibus cessantibus ceteris tradere.

stantibus et suburbanis et agris et hortis, verum etiam in ruinis, sive incendio sive terrae motu sive ex alia qualicumque causa ruina extiterit: quin in iis quoque, quae plane destructa sunt et in solo iacent atque adeo in meris ruderibus nullam habentibus aedificationem nec materiam iacentem. Nam ne in illis quidem fieri alienationem permittimus, excepta sola emphyteusi ad tempus facta, secundum id quod supra dictum a nobis est, in tribus personis talibus quales antea diximus. Et ne quae fraus ne in hac quidem re committatur, duo ex primariis suo quoque tempore mechanicis aut architectis sive in hac regia et magna urbe cum deo carissimis oeconomis et quinque religiosissimis presbyteris et duobus diaconis, praesente simul deo carissimo archiepiscopo, sive in provincia duo insignes mechanici aut architecti, vel etiam unus, si unum solum civitas habeat, ipsis locis interveniant: ut sacris evangeliis propositis ab architectis definiatur, quantum sanctissimae ecclesiae pro hoc solvi secundum emphyteusis modum par sit, atque de iis emphyteuticum instrumentum adversus eum secundum formam supra dictam conficiatur. Ille vero et aedificet et materia, si habeat materiam, utatur, et usque ad duos successores, ut dictum est, emphyteusin transmittat, atque ita post trium personarum mortem ad sanctissimam ecclesiam vel domum venerabilem, a qua emphyteusis constituta est, redeat: vigeatque talis quoque contractus, ut qui praesenti legi non repugnet.
8 At ne illud quidem, quod usque adhuc contra tales contractus agitabatur, valere permittimus, ut adiciatur, licere etiam impleto duorum heredum tempore successoribus eorum in emphyteusin rem illam dari, eosque ceteris semper anteponi. Hoc enim nihil aliud est nisi per ambages et machinationem perpetuas in eis rebus emphyteuses, immo vero detractiones rerum ecclesiasticarum agere. Verum licet tale quid factum sit, nulla necessitas religiosissimis oeconomis incumbat, si duo illi heredes deficiant, successoribus eorum emphyteusin tradendi.

3 εἴτε καὶ ἐξ *A* ‖ 4 εἴη *A*] ἢ *M* ‖ 8 εἰ μὴ *om.* *A* ‖ 9 ἐπὶ τρισὶ προσώποις *ante* κατὰ τὸ *coll.*, 10 τοιούτοις — εἰρήκαμεν *om.* *A* ‖ 11 μηδὲ *om.* *A* ‖ ἐπὶ τούτῳ] in talibus ς ‖ 13 μεγαλόπολιν *A* ‖ 16 episcopo ς ‖ 18 ἢ καὶ ἑνὸς εἰ] εἰ δὲ καὶ *A* ‖ 19 παραγινόμενον *A*; *leg.* παραγινομένων (ς)? ‖ ἐν τοῖς τόποις *A* in illis locis ς ‖ ὥστε] ὅπως *A*, *om.* ς *fort. recte* ‖ 21 ὅσον] πόσον (ποσὸν A^a) *A* ‖ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν *A* ‖ 25 εἴπερ] εἴπερ καὶ *A* ‖ ἔχει *A* (ς) ‖ 26 ἄχρι καὶ δύο κατὰ διαδοχὴν ὡς εἴρηται •• (κατὰ *erasum*?) διαδόχων, οὕτως *A* ‖ διαδόχων] successiones (*v. ad* 55, 21) ς ‖ 30 καὶ ἐρρῶσθαι] ἔρρωται γὰρ *A* ‖ τῷ] τὸ *M* ‖ 31 μὴ *M*] οὐ *A* ‖ Οὐδὲ] ἄλλως τε οὐδὲ *A* ‖ 33 τοῦ] τὸ *A* ‖ 34 ὥστε *om.* *A* ‖ εἰ] εἰ καὶ *A* ‖ χρόνος] ὁ χρόνος *A* ‖ 35 τοῖς] τῷ *A* ‖ αὐτὸ] id unde agitur ς ‖ 38 ἐπ᾽ αὐτοῖς] ἑαυτοῖς *A*

4 destricta? V^1 ‖ 5 materia *R* ‖ 7 in sola] insula R^1 ‖ emphiteosim V^1 ‖ 9 diximus *V* ‖ Et] Sed R^2 ‖ 10 illa R^2 ‖ neque *V*] ne *R* (*del.* R^2) neque quod *T* pro tempore *vulg.* ‖ 13 presbyteris R^2 *in ras.* 4—5 *litt.* ‖ 14 du•bus V^1 ‖ diaconibus *RVT* ‖ deo *om.* *R* ‖ 15 etiam] et *R* ‖ duo V^1 ‖ 19 competat quantum V^1 ‖ solui] solio R^1 ‖ 20 et *om.* *RV* ‖ 22 Ilud *R* illud *T* ‖ 23 et *post* habet *om.* R^1 ‖ 24 emphyteoseosin V^1 ‖ 25 personarum *om.* R^1 ‖ 28 utputem V^1 ‖ 34 *illum *libri* ‖ sunt] •u• V^1 fiunt V^2 ‖ 36 in *seclusi* ‖ 38 priuationem *V*

CAPUT IV.

Ε Εἰ δέ τις βουληθείη λαβεῖν κατὰ λόγον χρήσεως ἤτοι τοῦ καλουμένου οὐσουφρούκτου πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν ἢ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας ἢ ἄλλης οἱασδήποτε τῶν ἐν ἁπάσῃ τῇ ἡμετέρᾳ ὑπηκόῳ κειμένων ἢ πτωχείων, μὴ ἄλλως λαμβανέτω τοῦτο, εἰ μὴ κατά τε τὴν εἰρημένην παρατήρησιν καὶ κατὰ τὸν τύπον τῆς Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διατάξεως, ὥστε αὐτὸν εὔπορον καθεστῶτα καὶ οὐσίας ἀκινήτου δεσπότην ἕτερον εὐθὺς πρᾶγμα κατὰ δεσποτείας δίκαιον ἀντιδιδόναι τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἢ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ. ἐξ οὗ τοῦτο λαμβάνει, τοσαύτην καὶ τοιαύτην φέρον πρόσοδον, ὁπόσην ἢ ὁποίαν ἔχει τὸ διδόμενον· ὥστε μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν τό τε ἐκκλησιαστικὸν ἢ πτωχικὸν πρᾶγμα ἀνατρέχειν ἐπὶ τὸν εὐαγέστατον οἶκον μετὰ τῆς χρήσεως τῆς δεδομένης, οὐχ ὑπερβαινούσης τὸν χρόνον τῆς ζωῆς τοῦ λαμβάνοντος· λαμβάνειν δὲ ὁμοίως καὶ τοῦ ἀντιδεδομένου πράγματος τὴν χρῆσιν, ὥστε εἶναι μετὰ τὴν τοῦ λαμβάνοντος τελευτὴν ἢ τὸν χρόνον, εἰς ὃν ἡ δωρεὰ τῆς χρήσεως συμπεφώνηται, οὐκ ἐκβαίνοντος δηλαδὴ τὴν τοῦ λαμβάνοντος ζωήν, ἑκάτερον ἐξ ὁλοκλήρου καὶ κατὰ δεσποτείαν καὶ κατὰ χρῆσιν παρὰ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ.

Si quis autem voluerit accipere secundum rationem usus aut quod vocatur ususfructus rem ecclesiasticam aut sanctissimae maioris ecclesiae aut alterius cuiuslibet, quae in omni nostra dicione sunt positae, aut ptochiorum, omnino percipiat hoc et secundum praedictam observationem et secundum formam constitutionis Leonis piae memoriae: ut iste locuples existens et substantiae immobilis dominus aliam mox rem secundum proprietatis ius compenset sanctissimae ecclesiae aut venerabili domui, ex qua hoc percepit, tantos et tales ferentem reditus, quantos aut quales habet quod datur, ita ut post eius obitum ecclesiastica aut ptochica res revertatur ad venerabilem domum cum usu, qui datus est, non transcendente tempus vitae percipientis; accipiat autem similiter etiam rei in compensationem datae [et] usum, quatenus sit post percipientis obitum aut tempus, in quo donatio usus convenit, non transcendens videlicet percipientis vitam, utrumque ex toto et secundum proprietatem et secundum usum apud sanctissimam ecclesiam.

CAPUT V.

Ἐπειδὴ δὲ ἡ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξις τὰς ποινὰς σχεδόν τι μόνον ἐπὶ πράσεως ὥρισεν, ἡμεῖς δὲ ἀπηγορεύσαμεν οὐ πράσεις μόνον, ἀλλὰ καὶ δωρεὰς καὶ ἀμείψεις καὶ διηνεκεῖς ἐμφυτεύσεις καὶ ἐνεχύρων δόσεις ἐπὶ πράγμασιν ἀκινήτοις, ὁρῶμεν δέ τινας οὕτως φιλοκινδύνους καθεστῶτας, ὥστε τολμᾶν καὶ τοῖς ἀπηγορευμένοις προσιέναι καὶ ἀπόπειραν ποιεῖσθαι τῶν νόμων ἐξ ἧς ἔχουσι γνώμης τε καὶ τόλμης, καὶ τὰ παντοίως ἀπηγορευμένα, φέροντα δὲ καὶ εἰς θάνατον ἴσως ἀνθρώπους πράττουσι, διὰ τοῦτο ἀναγκαῖον ᾠήθημεν ἐφ' ἑκάστῳ συναλλάγματι καὶ ῥητὴν τάξαι ποινήν, δηλαδὴ τῶν ἠπειλημένων κατὰ τῶν οἰκονόμων ποινῶν ἐκ τῆς εἰρημένης τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης Λέοντος διατάξεως ὁμοίως καὶ νῦν ἐπηρτημένων τῷ οἰκονόμῳ, ἢ τῷ ξενοδόχῳ ἢ νοσο-

Quia vero Leonis piae memoriae constitutio poenas paene solummodo in venditione decrevit, nos autem interdiximus non venditiones solum, sed etiam donationes et permutationes et perpetuas emphyteosis et pignorum dationes in rebus immobilibus, videmus autem quosdam sic amatores periculi constitutos, ut praesumant ad ea quae interdicta sunt accedere et circumventionem facere legibus ex voluntate et praesumptione quam habent, et quae omnibus modis interdicta sunt et forsitan ducunt ad mortem homines, agunt: propterea necessarium aestimavimus in unoquoque contractu etiam certam statuere poenam, his quippe poenis, quae positae sunt adversus oeconomos ex constitutione praedicta piae memoriae Leonis, similiter etiam nunc imminentibus oeconomo

IV. *Quodsi quis ex ratione usus qui proprie ususfructus dicitur rem ecclesiasticam sive sanctissimae magnae ecclesiae sive alius cuiuscumque in universa dicione nostra sitae sive ptochiorum accipere velit, non aliter eam accipiat nisi secundum supra dictam observationem et secundum formam constitutionis Leonis piae sortis: ut locuples dumtaxat et immobilis substantiae dominus, aliam statim rem iure proprietatis sanctissimae ecclesiae vel sacrae domui, unde illam accipit, in vicem det tantum et talem reditum laturam, quantum aut qualem fert id quod datum est: ut post mortem eius res ecclesiastica vel ptochica redeat ad venerabilem domum cum usufructu dato, qui quidem non excedat vitae tempus eius qui accepit; similiter vero etiam rei in vicem datae usumfructum capiat, ut post mortem eius qui accepit vel tempus in quod usumfructum donari pacto convenit, quod scilicet vitam eius qui accepit non excedat, utrumque in totum et proprietatis et ususfructus iure penes sanctissimam ecclesiam sit.*

V. *Quoniam vero Leonis piae sortis constitutio poenas fere tantummodo in venditione definivit, nos vero non solum venditiones, sed etiam donationes et permutationes et perpetuas emphyteuses et pignorum dationes in rebus immobilibus interdiximus, cum quosdam periculis adeo delectari videamus, ut et in vetita niti et pro ea quam habent praesumptione atque audacia legibus periculum facessere audeant eaque faciant quae omni modo prohibita sunt, quae adeo ad ipsam forte mortem homines adactura sint: propterea necessarium duximus in unoquoque contractu certam quoque poenam statuere, ita nimirum ut poenae ex supra dicta constitutione Leonis piae memoriae contra oeconomos intentatae similiter etiam nunc immineant*

2 πράγματα A ‖ ἐκκλησιαστικὸν ἢ *om.* A ‖ 4 τῇ ὑπηκόῳ ἡμῶν A ‖ 5 μὴ ἄλλως M] ἢ ὅλως εὐαγῶν ἄλλων οἴκων A omnino (*i. e.* ὅλως) ς ‖ 6 εἰ μὴ *om.* Aς ‖ 7 τῆς *ante* Λέοντος *om.* A ‖ διατάξεως *om.* A ‖ 11 καὶ τοιαύτην *et* 12 ἢ ὁποίαν *om.* A ‖ 12 *ante* ὁποῖαν *verba* τῷ εὐαγεῖ — λαμβάνει (10 *sq.*) *repetit* M[a] ‖ 15 εὐλαβέστατον A ‖ μετὰ τῆς δεδομένης χρήσεως A ‖ 17 δὲ] *leg. vid.* τε ‖ ἀντιδεδομένου A ‖ 18 τὴν χρῆσιν] et usum ς ‖ 24 ἡ Λέοντος] λέοντος ἡ A ‖ 25 ποινὰς μόνον σχεδὸν ἐπὶ τῆς πράσεως A ‖ 26 δὲ Aς] τε M ‖ 28 ὁρῶ A[a] ‖ 38 ἢ τῷ] τῷ *om.* A

1 *rubr.* quomodo ususfructus rerum ad sanctum locum pertinentium constituatur R ‖ 2 usus aut quod uocatur *om.* V[1] ‖ 3 aut R *vulg.*] uel VT ‖ aut] ut R[1] ‖ 4 dictione RV ‖ sunt positae sunt V[1] positae sunt V[2] ‖ 8 subsubstantie inmolisbilis R[1] ‖ dominus *om.* R ‖ 9 proprietates V[1] ‖ 10 uenerabile V[1] ‖ 12 quales] tales R[a] ‖ habet] habeat R ‖ 13 phtophica R tochica V ‖ 15 transcedentem R ‖ 16 in compensationem rei date R ‖ 17 et *seclusi* ‖ 18 datio V (T *mg.*) ‖ ususque R[2] ‖ 24 *rubr.* quibus penis subiecti sunt qui hanc constitutionem contenpnunt R ‖ 25 pene *del.* V[2] ‖ 26 interdiximus] interdicimus *vulg.*, diximus RV dicimus T ‖ 27 petuas R[1] ‖ 28 donationes R[1] ‖ uidimus V ‖ 29 quosdam] et quosdam R[1] ‖ 30—34 terdicta — existimauimus R[2] *scripsit in ras.* 2 *versuum* ‖ 33 et quae forsan R(?) ‖ 33 deducunt R(?) *vulg.* ‖ 34 necessarium esse existimauimus R(?) ‖ 35 statuere certam R ‖ 36 his] iis *vulg.* ‖ 37 ex constitutione praedicta *in ras.* V ‖ 38 etiam R] et V *vulg.* ‖ inmentibus R[1]

κόμῳ ἢ βρεφοτρόφῳ ἢ ἡγουμένῳ ἢ ἡγουμένῃ μοναστηρίου ἢ ἀσκητηρίου κατὰ τὸ ἔμπροσθεν διατεταγμένον. Εἴ τις τοίνυν ὠνήσασθαι τολμήσειε πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν ἢ πτωχικόν, ἐκπιπτέτω μὲν εὐθὺς τοῦ τιμήματος, ἀπαιτείσθω δὲ τὸ πρᾶγμα, ὅπερ ἔλαβε, μετὰ πάσης τῆς ἐν τῷ μέσῳ χρόνῳ προσθήκης. καὶ κατὰ μὲν τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἢ τοῦ εὐαγοῦς οἴκου μηδεμίαν παντελῶς ἐχέτω ἀγωγήν, κατὰ μέντοι τῶν εὐλαβεστάτων οἰκονόμων ἢ ὅλως τῶν πεπρακότων ἐπὶ ταῖς ἰδίαις αὐτῶν περιουσίαις ἐχέτω τὴν ἐκ τοῦ συναλλάγματος ἀγωγήν, ἵνα δέει τῆς ἑαυτῶν γοῦν περιουσίας, εἰ καὶ μὴ διὰ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον, ἀλλ' οὖν ὀκνηρότεροι περὶ τὰς πράσεις γίγνοιντο.

1 *Εἰ δέ τις κατὰ δωρεὰν λαβεῖν τολμήσειε πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν ἢ πτωχικόν, αὐτοῦ τε τοῦ δωρουμένου πάντως ἐκπιπτέτω καὶ ἕτερον τοσοῦτον ἐκ τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἀντιδιδότω τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἢ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ. ἐξ οὗ τοῦτο ἔλαβεν, ἵνα ἣν ἐπεχείρησεν ἐργάσασθαι κατ' αὐτῆς καινοτομίαν, ταύτην αὐτὸς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ διδοὺς τῆς οἰκείας αἴσθοιτο πανουργίας.*

2 *Εἰ δὲ ἄμειψις ἐπί τισι γένοιτο προσώποις, χωρὶς μόνης τῆς βασιλείας, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, καὶ ὁ τὴν ἄμειψιν λαβὼν ὑποκείσθω ποινῇ τῷ καὶ τὸ δεδομένον αὐτῷ πρᾶγμα ἀποβαλεῖν, καὶ ἀνατρέχειν αὖθις τοῦτο ἐπὶ τὸν εὐαγῆ οἶκον ὅθεν ἐξέβη, καὶ τὸ ἀντιδεδομένον μεῖναι παρὰ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, καὶ τὸν προσελθόντα πράγματι παρανόμῳ ἐκπίπτειν [τε] ἑκατέρου δικαίως· ὥστε κατὰ τοῦτο ποινὴν αὐτὸν ὑπέχειν, καθ' ὃ καὶ τῶν οἰκείων ἐκπίπτει καὶ ὅπερ ἤλπισεν οὐ προσέλαβεν· κἀνταῦθα τῆς ἀγωγῆς αὐτῷ φυλαττομένης ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ περιουσίᾳ τῶν τὸ συνάλλαγμα πρὸς αὐτὸν πραξάντων.*

vel xenodocho aut nosocomo aut brephotropho aut abbae aut abbatissae monasterii aut asceterii, secundum quod prius dispositum est. Si quis igitur emere praesumpserit rem ecclesiasticam aut ptochicam, cadat quidem mox pretio, exigatur autem res, quam accepit, cum omni medii temporis incremento; et contra sanctissimam quidem ecclesiam aut venerabilem domum nullam omnino habeat actionem, contra venerabiles autem oeconomos, aut qui omnino vendiderunt, in propriis eorum substantiis ex contractu habeat actionem: ut metu suae substantiae, etsi non propter dei timorem, at tamen segniores circa venditiones fiant.

1 Si quis autem per donationem accipere praesumpserit rem ecclesiasticam aut ptochicam, et ipso quod donatum est omnino cadat, et aliud tantum ex sua substantia repenset sanctissimae ecclesiae aut venerabili domui, ex qua hoc accepit: ut quam nisus est agere contra eam novitatem, hanc sibimet in propriis exhibens suam sentiat malignitatem.

2 Si autem permutatio in quibusdam fiat personis, praeter solum imperium, sicut praediximus, et qui permutationem accepit subiaceat poenae, ut datam sibi rem amittat, et recurrat rursus haec ad venerabilem domum unde progressa est, et quod pro compensatione dedit, maneat apud venerabilem domum, et qui accessit ad causam legi contrariam, cadat utroque iuste, et secundum hoc poenae subdatur, secundum quod et propriis cadet et quod speravit non acquisivit; etiam hic actione ei servata in propria substantia eorum, qui contractum cum eo celebraverunt.

CAPUT VI.

ς *Εἰ δὲ δανειστὴς εἰς σωματικὸν ἐνέχυρον ἕλοιτο λαβεῖν πρᾶγμα ἀκίνητον ἐκκλησιαστικὸν ἢ πτωχικόν, ἐν οἰκίαις τυχὸν ἢ προαστείοις ἢ ἀγροῖς ἢ κήποις ἢ πολιτικαῖς σιτήσεσιν ἢ ἀγροικικοῖς ἀνδραπόδοις, καὶ δοίη χρυσίον ὑπὲρ τούτου, ἐκπιπτέτω τοῦ δανείσματος, καὶ ἐχέτω κέρδος ἡ δανεισαμένη ἁγιωτάτη ἐκκλησία ἢ ὁ εὐαγὴς οἶκος τὸ δανεισθὲν χρυσίον· κἀνταῦθα κατὰ τοῦ τὸ δάνεισμα πράξαντος οἰκονόμου ἢ ξενοδόχου ἢ πτωχοτρόφου ἢ ἡγουμένου μοναστηρίου ἢ ἀσκητηρίου ἢ τῶν ἄλλων εὐαγῶν συστημάτων τῆς*

Si autem creditor in pignore corporali elegerit accipere rem immobilem ecclesiasticam aut ptochicam, in domibus forsan aut suburbanis aut agris aut hortis aut civilibus panibus aut rusticis mancipiis, et dederit aurum ob hoc, cadat credito, et habeat lucrum, quae mutuum accepit, sanctissima ecclesia aut venerabilis domus quod mutuatum est aurum; etiam hic contra celebrantem mutuum oeconomum aut xenodochum aut ptochotrophum aut praesulem monasterii aut asceterii aut aliorum ve-

oeconomo vel xenodocho vel nosocomo vel brephotropho vel abbati abbatissaeve monasterii aut asceterii, secundum id quod supra constitutum est. Si quis igitur rem ecclesiasticam vel ptochicam emere ausus sit, ille pretium statim amittat, et res quam accepit cum omni temporis interiacentis accessione exigatur Atque adversus sanctissimam ecclesiam quidem vel venerabilem domum nullam prorsus actionem habeat, verum adversus religiosissimos oeconomos vel quicumque omnino vendiderunt in propriis eorum bonis actionem ex contractu habeat: quo illi metu saltem substantiae suae, si non ob timorem dei, utique tardiores ad vendendum fiant.

1 *Quodsi quis dono accipere ausus sit rem ecclesiasticam vel ptochicam, et ipso quod donatum est omni modo privetur et alterum tantum ex sua substantia sanctissimae ecclesiae vel sacrae domui, unde illud accepit, in vicem det, ut quo detrimento illam afficere conatus est, idem in suis ipse rebus expertus propriae sibi malitiae conscius fiat.*

2 *Quodsi permutatio fiat in quibusdam personis, solo imperatore, sicut supra diximus, excepto, etiam qui permutationem accepit ei poenae subiaceat, ut rem ipsi datam amittat, eaque rursus ad sacram domum unde venit revertatur, et quod in vicem datum est apud venerabilem domum maneat, atque qui rem illicitam aggreditur utrumque merito amittat, ita ut eatenus poenam subeat, quatenus et proprias res amittat nec quod speravit acquisierit; actione illi etiam hic contra propriam substantiam eorum servata, qui contractum cum illo fecerint.*

1 huiusmodi *suppl.* V^2 *in spat. vac.* huius *vulg.* ‖ 2 illiricum *t* ‖ 3 adiectionibus] adiectum est *Heimbach; fort.* cum adiectione (*cf.* 48, 3)? ‖ 4 secundum] [•• V^1 ‖ 5 *facto *libri* ‖ indiculum *suppl.* V^2 *in spat. vac.* inditum *vulg.* ‖ *sacramentum *libri* ‖ 7 eis] eius R^1 ei *t* ‖ 9 degit R^1Vt ‖ episcopo] ipso R^1 ‖ 10 tuo V^a ‖ et *om. RVt* ‖ omnino *V* ‖ 11 *quibus etiam *libri* ‖ 12 haec *Vt* ‖ 14 tua] tu R^1 ‖ *eis qui] qui eis *libri* ‖ eundem] eum R^1 ‖ cingulum optinuerit *ed. pr.*] circulum optima erit (optimauerint *t*) *RVt* ‖ *studium *libri* ‖ et ut *RVt* ‖ 17 nititur R^1 ‖ hac utuntur iniquitate *ed. pr.* ‖ *Locus corruptus. Mommsenus proponit* ab ullo laedi eorum qui in hanc nit. iniq. ‖ 18 avertant] utantur *vulg.*; avertantur *malit Mommsenus* ‖ exciitu R^1 ‖ 20 temptari *Rt*] temptare *V* attentari *vulg.* ‖ possint R^2 ‖ tantum *V* ‖ *fort. leg.* ut possint ad illarum r. t.? ‖ 21 nihil] nullam R^1 ‖ nobis tam commendat *vulg.* ‖ tua celsitudo *t* ‖ 22 circa *om. t* ‖ 23 prouintia *V* prouintie *t* prou•••e R^1 pro uestrae R^2 ‖ praebere *t* ‖ 24 a] ac *R*, et *add. vulg.* ‖ successioibus (*sic*) *t* ‖ Quapropter] propter V^1 ‖ 25 du R^1 ‖ dederis] dedit is *V* ‖ āministrationis $R^a V$ ‖ 26 accipientis R^a ‖ a te] ante *t* ‖ ut *V*] aut *R vulg.*, *om. t* ‖ 27 curiabus *R* ‖ 27 ferat *RVt* ‖ 28 accipiens $R^2 Vt$ accipient R^1 ‖ autem] aut *t* ‖ 29 auferri *V* ‖ 30 haec *om. RV* ‖ 33 nec ab eis praesumi *Mommsenus; an* nec pati eos praesumere? ‖ accipere] et accipere et *V* ‖ 34 subiectibus R^1 ‖ ministrat *R*] administrat *Vt vulg.* ‖ 35 publica res *V*] publicas *Rt* res publica *vulg.* ‖ eis publica solatium quantum *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 36 definiunt R^1 ‖ 37 ipsi R^2t ‖ 38 et *post* parum *om. t* ‖ eis *om.* R^1 ‖ 39 uitae] inte *t* inter *RV* (*suppl.* V^2 *in spat. vac.*) ‖ quia] quidem R^1 quod R^2 ‖ 40 hoc *t* ‖ acceperit *t* ‖ quadruplum *R* ‖ 42 continuum *om.* R^1, continuo *V* ‖ eius *R* ‖ 43 his] illis *R* ‖ administrationem (em *corr. ex* um *R*) *VR* ‖ 44 accipiuntur V^2 ‖ 45 ego] ergo R^1 ‖ 46 dominum] et dominum *t* ‖ 47 sanctum spiritum *t* ‖ genitricem Mariam semper uirginem R^1 ‖ 49 angelos *V*

δὸς καὶ γνησίαν δουλείαν φυλάξω τοῖς θειοτάτοις καὶ εὐσεβεστάτοις ἡμῶν δεσπόταις Ἰουστινιανῷ καὶ Θεοδώρᾳ, τῇ ὁμοζύγῳ τοῦ αὐτοῦ κράτους, προφάσει τῆς παραδιδομένης μοι παρὰ τῆς αὐτῶν εὐσεβείας ἀρχῆς· καὶ πάντα πόνον καὶ κάματον μετ' εὐνοίας ἀδόλως καὶ δίχα τέχνης τινὸς ἀναδέξομαι ἐπὶ τῇ δοθείσῃ μοι παρ' αὐτῶν ἀρχῇ ὑπὲρ τῆς αὐτῶν βασιλείας καὶ πολιτείας. Καὶ κοινωνικός εἰμι τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ἢ χρόνον ἐναντιωθῶ αὐτῇ, οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ συγχωρήσω, καθ' ὅσον δυνάμεως ἔχω. Ὄμνυμι δὲ τοὺς αὐτοὺς ὅρκους, ὡς οὐδενὶ παντελῶς οὔτε δέδωκα οὔτε δώσω προφάσει τῆς δεδομένης μοι ἀρχῆς οὐδὲ προφάσει προστασίας, οὔτε ἐπηγγειλάμην οὔτε ὡμολόγησα ἐκ τῆς ἐπαρχίας πέμπειν οὔτε πέμψω, οὐδὲ προφάσει δεσποτικοῦ suffragiou, *οὔτε τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἐπάρχοις οὔτε τοῖς ἄλλοις πανευφήμοις ἀνδράσι τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσιν οὔτε τοῖς περὶ αὐτοὺς καθεστῶσιν οὔτε ἄλλῳ τῶν πάντων οὐδενί· ἀλλ' ὥσπερ ἄμισθον παρέλαβον τὴν ἀρχήν, οὕτω καὶ καθαρὸς φανοῦμαι περὶ τοὺς ὑποτελεῖς τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν δεσποτῶν, ἀρκούμενος ταῖς ἀφωρισμέναις μοι ἐκ τοῦ δημοσίου σιτήσεσι. Καὶ πρῶτον μὲν πάντων ποιήσομαι σπουδὴν τὸ τοῖς δημοσίοις ἀγρύπνως προσέχειν, καὶ τοὺς μὲν ἀγνωμονοῦντας καὶ δεομένους ἀνάγκης μετὰ πάσης εἰσπράξω τῆς σφοδρότητος, οὐδὲν ὑποκατακλινόμενος, οὐδὲ ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου κέρδος παντάπασιν ἐννοῶν ἢ πρὸς χάριν ἢ πρὸς ἀπέχθειαν ἀπαιτῶν τινα παρὰ τὸ προσῆκον ἢ συγχωρήσων τινί. τοῖς δὲ εὐγνωμονοῦσι πατρικῶς προσενεχθήσομαι, καὶ τοὺς ὑπηκόους τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν δεσποτῶν ἀνεπηρεάστους πανταχόθεν, ὅσον δυνάμεως ἔχω, φυλάξω. καὶ ἴσος ἐν ταῖς δίκαις ἑκατέρῳ μέρει καὶ ἐν ταῖς δημοτικαῖς καταστάσεσι γινόμενος, καὶ οὐδενὶ μέρει παρὰ τὸ δίκαιον προστεθήσομαι, ἀλλ' ἐπεξελεύσομαι πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσι καὶ πᾶσαν ἰσότητα φυλάξω κατὰ τὸ φαινόμενόν μοι δίκαιον. καὶ τοὺς μὲν ἀνευθύνους ἀνεπηρεάστους φυλάξω, τοῖς δὲ ὑπευθύνοις ἐπιθήσω τιμωρίαν πρὸς τὸν νόμον· καὶ πᾶσαν δικαιοσύνην, καθὰ εἴρηται, ἔν τε τοῖς δημοσίοις ἔν τε τοῖς ἰδιωτικοῖς συναλλάγμασιν αὐτοῖς διατηρήσω, καὶ ἐὰν εὕρω τὸ*

manumque servitium me servaturum sacratissimis nostris dominis Iustiniano et Theodorae coniugi eius occasione traditae mihi ab eorum pietate administrationis; et omnem laborem ac sudorem cum favore sine dolo et sine arte quacumque suscipio in commissa mihi ab eis administratione de eorum imperio atque republica. Et communicator sum sanctae dei catholicae et apostolicae ecclesiae, et nullo modo vel tempore adversabor ei, nec alium quemcumque permitto, quantum possibilitatem habeo. Iuro quoque idem iusiurandum, quia nulli penitus neque dedi neque dabo occasione dati mihi cinguli neque occasione patrocinii, neque promisi neque professus sum de provincia mittere neque mittam, neque occasione dominici suffragii, neque gloriosissimis praefectis neque aliis famosissimis viris administrationes habentibus neque qui circa eos sunt nec alii omnium ulli: sed sicut sine suffragio percepi cingulum, sic etiam pure me exhibeo circa subiectos piissimorum nostrorum dominorum, contentus his quae statutae sunt mihi de fisco annonis. Et primum omne habebo studium ut fiscalia vigilanter inspiciam, et indevotos quidem et indigentes necessitate cum omni exigam vehementia, nequaquam subinclinatus neque ob hoc ipsum lucrum omnino considerans aut per gratiam vel odium exigens aliquem citra quam competit, aut concedo alicui; devotos autem paterne tractabo, et subiectos piissimorum nostrorum dominorum illaesos undique, quantum possibilitatem habeo, custodibo. Et aequus in causis utrique parti et in publicis disciplinis ero, nullique parti citra quam iustum est praestabo, sed exequar universa delicta, et omnem aequitatem servabo, secundum quod visum fuerit mihi iustum: et eos quidem, qui innoxii sunt, undique innoxios illaesosque conservabo, noxiis autem impono supplicium secundum legem; et omnem iustitiam, sicut dictum est, in publicis privatisque contractibus eis servabo, et si

servitium sacratissimis et piissimis dominis nostris Iustiniano et Theodorae, coniugi maiestatis eius, magistratus nomine a pietate eorum mihi traditi servaturum, omnemque operam et laborem libenter sine dolo et sine ulla fraude in concesso mihi ab illis magistratu pro illorum imperio et re publica suscepturum esse; et in communione me esse sanctae dei catholicae et apostolicae ecclesiae, neque ullo modo aut tempore ei adversaturum neque alii cuiquam id permissurum esse, quantum mearum virium est. Iuro autem idem iusiurandum, me nemini omnino quicquam neque dedisse neque daturum esse nomine traditi mihi magistratus nec patrocinii nomine, neque promisisse neque spopondisse ex provincia mittere neque missurum esse, ne dominici quidem suffragii nomine, neque gloriosissimis praefectis neque reliquis spectatissimis viris qui magistratus gerunt, neque iis qui circa eos sunt, neque alii omnino ulli. Sed quemadmodum gratis magistratum accepi, ita etiam erga subditos piissimorum nostrorum dominorum integrum me praestabo, contentus annonis ex fisco mihi destinatis. Ac primum omnium operam dabo, ut ad tributa vigilanter attendam, eaque a contumacibus et qui coactione indigeant cum omni severitate exigam, nihil declinans nec pro eo ipso lucrum omnino spectans vel propter gratiam aut odium ultra quam par est a quoquam reposcens aut cuiquam remittens. Obsequentes vero paterno animo accipiam, et subditos piissimorum nostrorum dominorum undique illaesos quantum mearum virium est servabo. Atque aequus in litibus utrique parti et in publicis causis ero, nec ulli parti contra ius concedam, sed omnes delinquentes persequar omnemque aequitatem servabo, prout mihi iustum videbitur: et innocentes quidem ab iniuria immunes servabo, sontibus vero poenam imponam secundum legem, atque omnem iustitiam, sicut dictum est, et in publicis et in privatis negotiis

1 *καὶ εὐσεβ. om.* ς ‖ 3 *κράτους om.* ς ‖ 4 *παραδιδομένης M δεδομένης L* ‖ *περὶ L* ‖ 8 *ἁγίᾳ M*ς] *ἁγιωτάτῃ LB* ‖ 12 *leg.* ⟨*οὐδὲν*⟩ *οὐδενὶ?* ‖ 13 **οὔτε προφάσει libri* ‖ 14 *οὔτε ἐπηγγ. B*] *οὐδὲ ἐπηγγ. ML* ‖ 15 **οὐδὲ*] *οὔτε libri* ‖ *προφάσει om. B*[c] ‖ 16 sufragíu (*s. v. δώρου χάριν ἢ βοηθείας*) *M διδομένου χάριν βοηθείας καὶ συνηθείας* sufragiu *L σουφραγίου B* ‖ *ὑπάρχοις MB* ‖ 18 **οὐδὲ ἄλλῳ libri* ‖ 20 *καθαρῶς φένομαι L*(ς) ‖ 23 *πάντων — σπουδὴν*] omne — studium ς ‖ 24 *ἀγρύπνως om. L* ‖ 27 *τούτου*] *τοῦ L* ‖ 2⁸ *ἀπαιτῶ Haloander* ‖ 29 *συγχωρήσων Heimbach*] *συγχωρήσω MLB*ς ‖ 30 *πατρικὸς L* ‖ 36 *ἁμαρτάννουσι M*[a] ‖ *κατὰ*] *καὶ κατὰ L* ‖ 37 *ἀνεπηρεάστους*] *καὶ ἀνεπηρεάστους L* undique innoxios illaesosque ς ‖ 39 *καθὰ*] *καὶ καθὰ B*[c] ‖ 41 *τὸ*] *τὸν LB*

2 domino *V* ‖ 3 horum *R*[1] ‖ 6 imperi• *V*[1] ‖ 7 sum] suum *R*[1] ‖ 8 catholicae apostolicae ecclesiae *t* ecclesie catholice et apostolice *V* ‖ 9 auersabor *V* ‖ quicumque *V*[1] quemque *t*[1] ‖ 10 iuro *suppl. V*[2] *in spat. vac.* ‖ quocumque *V*[1] ‖ 11 iusiurandum idem *V* ‖ idem *del. R*[2] ‖ 12 occasionem *R*[1] ‖ 13 professus] profe *R*[1] ‖ 17 alium *R*[1] ali• *V*[1] ‖ 18 percipi *R*[1] ‖ 20 contemptus *R*[1]*V*[1] ‖ constitutae *t* ‖ 21 habeo *R*[1]*t*[2] abeo *t*[1] ‖ 23 indignas necessitates *t*[1] ‖ 24 uehementi ne•quaquam *t*[1] ‖ subindignatus *t* ‖ 25 hoc ob *t*[1] ‖ considerant *t*[1] ‖ aut pro gratia uel hodio *t* ‖ 26 exiens *R*[a] ‖ 27 deuotos] ciues deuotos *V*[1] ‖ 28 subiec|iectos *R* ‖ 30 custodiam *R*[2]*t*[2] ‖ aequis *R*[a] ‖ utrique parti in causis *V* ‖ utre *R*[1] ‖ 31 et in] in *om. R* ‖ nulleque *R*[1] ‖ 32 excquor *t* execor *R*[1] ‖ 33 *sq.* secundum — conseruabo *suppl. V*[2] *in spat.* 3 *versuum* ‖ 34 usum *R*[1] ‖ qui *om. R*[1] ‖ 35 [illegible] ‖ 36 noxiis] ab noxiis *R*[1] ‖ 37 et [illegible] *R*[2] *in ras.* 3—4 *litt.*

δημόσιον ἀδικούμενον. Οὐκ ἐγὼ μόνος ταῦτα πράξω, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀεί μοι παρεδρεύοντα τοιοῦτον σπουδάσω παραλαβεῖν καὶ τοὺς περὶ ἐμὲ πάντας, ὥστε μὴ ἐμὲ μὲν καθαρεύειν, τοὺς δὲ περὶ ἐμὲ κλέπτειν καὶ ἁμαρτάνειν. εἰ δὲ εὑρεθῇ τις τῶν περὶ ἐμὲ τοιοῦτος, καὶ τὸ γενόμενον παρ' αὐτοῦ θεραπεύσω καὶ αὐτὸν ἀποδιώξω. Εἰ δὲ μὴ ταῦτα πάντα οὕτως φυλάξω, ἀπολαύω ἐνταῦθα καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἐν τῇ φοβερᾷ κρίσει τοῦ μεγάλου δεσπότου θεοῦ τε καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ σχῶ τὴν μερίδα τοῦ Ἰούδα καὶ τὴν λέπραν τοῦ Γιεζὶ καὶ τὸν τρόμον τοῦ Καΐν· πρὸς τῷ καὶ ταῖς ποιναῖς ταῖς τῷ νόμῳ τῆς αὐτῶν εὐσεβείας περιεχομέναις ὑπεύθυνος εἶναι.

comperero fiscum iniustitiam pati. Non ego solum haec ago, sed etiam semper mihi adsidentem talem studebo adsumere et circa me omnes, ut non ego quidem purus sim, qui vero circa me sunt, furentur et delinquant; si quis autem inveniatur circa me talis, et quod fit ab eo me sanare, et eum expello. Si vero non haec omnia ita servavero, recipiam hic et in futuro saeculo in terribili iudicio magni dei domini et salvatoris nostri Iesu Christi et habeam partem cum Iuda et lepram Giezi et tremorem Cain, insuper et poenis, quae lege eorum pietatis continentur, ero subiectus.

Scriptum exemplar huius Dominico gloriosissimo praefecto per Illyricum.

IX. Coll. II tit. 4

UT ECCLESIA ROMANA CENTUM ANNORUM HABEAT PRAESCRIPTIONEM.

Idem A. Iohanni viro beatissimo et sanctissimo archiepiscopo et patriarchae veteris Romae.

Et legum originem anterior Roma sortita est, et summi pontificatus apicem apud eam esse nemo est qui dubitet. Unde et nos necessarium duximus patriam legum, fontem sacerdotii, speciali nostri numinis lege illustrare, ut ex hac in totas catholicas ecclesias, quae usque ad oceani fretum positae sunt, saluberrimae legis vigor extendatur, et sit totius occidentis, nec non orientis, ubi possessiones sitae inveniuntur ad ecclesias nostras sive nunc pertinentes seu postea eis acquirendae, lex propria ad honorem dei consecrata. Cum enim antiqua iura triginta annorum metis temporales exceptiones circumcludebant et, si hypo- 1
theca fuerat, paulo longiora eis spatia condonabant, nos sacrosanctas ecclesias huiusmodi quidem curriculis temporum nullatenus excludi concedimus, et maxime in his rebus in quibus vel laesionem sustinuerint vel quicquam debeatur. Sed centum tantummodo annorum lapsu temporalem exceptionem eis opponi sancimus, ut maneant per totum supradictum tempus integra iura ecclesiastica et non possit eis alia praeter centum annorum obviare exceptio, cum hoc tempus vitae longaevi hominis plerumque finis esse dignoscitur. Habeat 2
itaque vestra sanctitas hanc legem catholicis totius occidentis ecclesiis profuturam et in orientales partes propagandam in quas aliquid sacrosanctae vestrae ecclesiae possident: ut sit deo omnipotenti dignum donarium divinarum rerum tuitio, nec iniquis hominibus impium remaneat praesidium et tutus peccandi locus etiam scientibus relinquatur, sed ille servetur innocens, qui re vera innoxius sit, nec improba allegatione sese tueatur, tempus pro puritate praetendens. Quod igitur nostra aeternitas ad omnipotentis dei honorem 3
venerandae sedi summi apostoli Petri dedicavit, hoc habeant omnes terrae, omnes insulae totius occidentis, quae usque ad ipsos oceani recessus extenduntur, nostri imperii providentiam per hoc in aeternum reminiscentes. Huiusmodi legis praerogativam, sicut supra dictum est, non solum in occidentalibus partibus 4
Romanae ecclesiae condonamus, sed etiam in orientalibus, in quibus ecclesiasticae urbis Romae possessiones sunt vel postea fuerint. Scilicet omnibus iudicibus maioribus et minoribus, qui Christiani et orthodoxi sunt, 5
hanc nostram constitutionem servantibus: nihilominus huiusmodi legis temeratoribus post caelestes poenas etiam legitimum semper vigorem pertimescentibus et poenam quinquaginta librarum auri formidantibus.

Nov. IX (= Coll. II tit. 4: gloss.) Latine tantum extat. — ἡ θ' νεαρὰ οὐχ εὑρέθη M; θ̅ κειμένη ὥστε τὴν ἐκκλησίαν Ῥώμης ἔχειν τὴν τῶν ρ̅ ἐνιαυτῶν παραγραφήν· οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ βασιλικά· ταύτην ἀναιρεῖ ἡ ρ̅ι̅α̅ schol. in mg. M. — Epit. Theod. 9, Athanas. 2, 4 (inde Coll. const. eccl. 3, 2, 4). Iulian. const. VIII.

illis servabo, et si fiscum iniuria affici deprehendero. Non ego solus haec faciam, sed etiam assessorem qui mihi semper fiat talem eligere studebo et qui circa me sint omnes: ne forte ipse quidem integer sim, qui vero circa me sunt, furentur et delinquant. Quodsi quis eorum qui circa me sunt talis reperiatur, et quod ab eo factum sit resarciam et ipsum expellam. Nisi vero haec omnia ita observavero, consequar hic et futuro saeculo in terribili iudicio magni domini dei et servatoris nostri Iesu Christi habeamque partem cum Iuda et lepram Giezi et tremorem Cain; praeterquam quod etiam poenis lege pietatis eorum comprehensis obnoxius fiam.

1 *Οὐκ MLς*] *Καὶ οὐκ B*[c] ‖ 4 *κλέπτειν καὶ ἁμαρτάνειν in ras. M* ‖ 5 *τὶς περὶ ἐμοῦ L* ‖ 8 *ἀπολάβω B*[c](ς) ‖ *ἐν τῷ*] *ἐν om. B* ‖ 9 *τε om. L* ‖ 10 *καὶ ἕξω L* ‖ 11 *γιεζῆ B*[c] *γιαίζῆ L* ‖ 12 *τῶν νόμων B*[c] *τῶν* (*τῷ L*[a]) *νόμου L* ‖ 13 *αὐτῷ B*[c] ‖ *ὑπεύθυνος L*

1 instutiam R^1 ‖ ago] ago quidem *t* ‖ 2 etiam] ego R^1 ‖ absidentem? V^1 ‖ 3 studeo *t* ‖ omnes] o••• t^1 ‖ 4 uero] •• V^1 uero sunt t^2 ‖ *post* circa me *verba* omnes — purus (3 *sq.*) *err. repetit* R^1 ‖ sunt furentur *vulg.*] fū-rentur *R* •••• rentur *V* furentur V^2t ‖ 5 me talis] metallis V^1 ‖ 6 quid *Rt* ‖ me sanare] iuro *s. v. add.* V^2; *leg.* resanabo? ‖ 7 reseruauero R^1t •• seruauero *V* ‖ 8 saeculo] culo V^2 *in ras.* ‖ in] et in *t* ‖ 9 Iesu] ihhu *R* ‖ abeam *R* ‖ 10 lepram *t*] lepra *V al.* lep *R* ‖ caim *R* cayni *t* ‖ 11 insuper] et super R^a ‖ 13 scriptum est exemplar *t vulg.* ‖ 15 Coll. II const. VI *est in t* ‖ ut *Rt*] ut etiam *V vulg.* ‖ praescriptionem habeat *R* ‖ 17 ac sanctissimo *t vulg.*; et sanctissimo *om. V* ‖ 18 eam *om.* t^1 ‖ 19 luminis *t* ‖ 20 quae] queque t^1 ‖ oceni|ni? R^1 ‖ 21 extenduntur R^1 ‖ et] ut *t* ‖ totis t^1 ‖ scite t^a ‖ 22 ad] et ad *R* ‖ seu] siue *V* ‖ 24 fuerit V^1 ‖ ei *RV* ‖ sacros|sanctas *V* ‖ cri-culis R^1 ‖ 25 nullatenenus *R* ‖ sustinu|uerint *R* sustinuerunt *t* ‖ 26 exemptione V^1 ‖ 27 integra *om.* V^1 ‖ ecclesiasiastica *R* ‖ eas *t* ‖ 28 excepto V^1 ‖ longiui R^1 ‖ dinositur (du•situr R^1) *R* ‖ habeat] beata t^1 ‖ 29 profutura R^1 ‖ in *om. t* ‖ 30 quas *RVt al.*] quibus *vulg.* ‖ aliquis R^1 ‖ ecclesie uestre *V* ‖ donarium] dona••• V^1 ‖ 31 diuinarum] sanctarum R^2 ‖ omnibus *t* ‖ imperium V^2 ‖ praedium R^1 ‖ 32 sitientibus *t* ‖ innocere R^1 ‖ allegatione *Rt al.*] allegatione temporis *V* temporis allegatione *vulg.* ‖ 33 sese *Rt vulg.*] se *V* ‖ tempus — praetendes (*sic*) *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ praetenteens R^a ‖ igitur] ergo *V* ‖ dei *in ras. R* ‖ honore *t* ‖ 33 sedis *Rt* ‖ habeant] añt R^1 ‖ 35 ad] apud *t* ‖ rece••us R^1 ‖ prouidentia *R* ‖ reminiscetes V^1 ‖ 36 praerogatiuam — minoribus (38) *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ est *om.* $V(^2)$, *add.* V^3 ‖ solum in] soluerin $V(^2)$ ‖ 37 Romanae *ect.*] nae ecclesiae — Christia| (38) *scr.* R^2 *in ras. duorum versuum* ‖ 38 sunt *om. V* ‖ 39 huius *t* ‖ legis] legibibus R^a ‖ 40 etiam] et *V*

Hac lege non solum in postea emergentibus causis suum tenorem exercente, sed etiam in his quae iam in iudicium sunt deductae.

Sanctitas itaque tua praesentem nostrae mansuetudinis legem piissimam sive sacrosanctam oblationem quam deo dedicamus accipiens inter sacratissima vasa reponat, et a vobis servandam et omnes ecclesiasticas possessiones servaturam. Dat. xviii k. Mai CP. Belisario cons. [a. 535.] 5

I

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΡΕΦΕΡΕΝΔΑΡΙΩΝ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἑρμογένει τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨*Προοίμιον.*⟩ *Μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἅπερ εἰς τάξιν ἠγάγομεν τὴν προσήκουσαν, οὐδὲ τὰ περὶ τοὺς περιβλέπτους ἡμῶν ῥεφερενδαρίους ἔξω καταλιπεῖν ᾠήθημεν τῆς παρ' ἡμῶν προνοίας, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὁπόσῳ πολλῶν ἡμῖν χρειωδέστεροι καθεστᾶσι. πρότερον γὰρ αὐτοὺς οὐκ εἰς πλῆθος συντεταγμένους ἡμεῖς, ὅπως ἂν πολλοῖς δι' αὐτῶν βοηθοῖμεν τὰς ἑκάστου ῥᾳδίως αἰτήσεις μανθάνοντες, πλείους εἶναι τῶν ἔμπροσθεν πεποιήκαμεν.*
1 *Ἀλλ' ἐφάνησάν τινες τὴν ἡμετέραν φιλοτιμίαν εἰς ἀμετρίαν ἐκκαλούμενοι, καὶ πολλοὺς μὲν ἡμῖν ἐπισείοντες τοὺς δεομένους, πολλαῖς δὲ ἱκετείαις χρώμενοι, οὕτω τε ταῖς ἀεὶ προσθήκαις εἰς ἀμετρίαν οὐ πρέπουσαν πρᾶγμα οὕτως ἐξαγαγόντες σεμνόν. οὐδὲ γὰρ τοῖς αἰτοῦσι γέγονε πέρας, ἕως εἰς τεσσαρεσκαιδέκατον ὁ τούτων ἀριθμὸς ἐξέβη. Διὰ τοῦτο τοίνυν, ὅπως ἂν μὴ πρᾶγμα εἰκότως ἡμῖν τετιμημένον, εἶτα εἰς πλῆθος ἐκχεόμενον τῆς οἰκείας ἐλαττωθείη σεμνότητος, συνείδομεν ῥητῷ τὸν αὐτῶν ἀριθμὸν περιστεῖλαι μέτρῳ, οὐχ ὥστε τοὺς ὄντας ἀφελέσθαι τῶν δεδομένων (οὐ γὰρ τοῦτο βασιλικῆς ἴδιον μεγαλοφροσύνης, ἄλλως τε πάν-*

X. Coll. II tit. 5

DE REFERENDARIIS PALATII R.

Idem A. Hermogeni magistro sacrorum officiorum et patricio.

⟨Praefatio.⟩ Cum aliis omnibus, quae in ordinem perduximus competentem, neque ea quae de spectabilibus nostris referendariis sunt foras relinquere existimavimus a nostra providentia, et tanto magis, quanto nobis utiliores constituti sunt. Primum quidem eos non in multitudine constitutos nos, utpote multos per eos adiuvemus singulorum facile petitiones discentes, plures esse quam dudum fecimus.
1 Sed apparuerunt quidam nostram largitatem in immensum vocantes, et multos quidem nobis introducentes supplicantes, multis autem petitionibus usi, ita semper adiectione in immensum incompetens causam sic perduxerunt honestam. Nihil enim petentibus factum est finitivum, donec in quattuor et decem eorum numerus exiret. Propterea igitur, utpote causa forsan a nobis honorata, deinde in multitudine effusa propria imminuatur honestate, praevidimus certa eorum numerum comprehendere mensura, non ut, qui sunt, auferamus eis concessa (nec enim hoc imperialis est proprium maiestatis: sed ut

Nov. X (= Coll. II tit. 5: gloss.) Graece extat in M et L. — οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ βασιλικά M. — Epit. Theod. 10, Athanas. 22, 2. Iulian. const. XVI. — ἔχει ἡ διάταξις κεφάλαια τρία Ath.

X.

DE REFERENDARIIS.

Imp. Iustinianus Augustus Hermogeni gloriosissimo magistro sacrorum officiorum exconsuli et patricio.

***Praefatio.** Inter reliqua omnia, quae in ordinem redegimus idoneum, ne ea quidem quae ad spectabiles nostros referendarios spectant cura nostra destituenda esse existimavimus, idque tanto magis quanto utiliores nobis sunt multis. Nam cum is ordo prius non magnum numerum complecteretur, nos, quo multos per eos adiuvaremus singulorum petitiones facile cognoscentes, ut plures quam antea essent effecimus.*
1 *Sed extiterunt, qui liberalitatem nostram in immensum propellerent et multos supplices nobis immitterent multisque supplicationibus uterentur, atque ita continuis adiectionibus ad immensitatem parum dignam rem tam honorificam producerent. Neque enim finis petentibus factus est, donec numerus illorum ad quattuordecim excrevit. Propterea igitur, ne res a nobis merito in honore habita, mox in multitudinem effusa dignitate propria exuatur, placuit numerum eorum certa mensura coercere, non ut iis, qui nunc sunt, auferamus quae impertita sunt (id enim parum proprium esset maiestatis im-*

---

1 in postea] inpea V^1, *om.* R^1 ‖ emergendis *R Vt al.* ‖ suum R^2 *in ras.* ‖ exercentem $R^1 V^1$ | 2 iuditio *R* ‖ deducte sunt *V* ‖ 3 obligatione V^2 obl••••••• V^1 | 4 didicauimus R^1 dicamus *V* | a nobis obseruandam *t* ‖ 5 seruaturam] ram V^2 *suppl. in spat. vac.* | *subscr.* dat. xviii kal. mad. Cap. Bisiliario consule *Bamb. II*; dat. vi idus maii *Neoburgensis*; *ἐγράφη μ. μαίῳ ῆ ὑπατ. Βελισαρίου Ath.*, *ἐξεφωνήθη μηνὶ μαΐῳ ὑπατεύοντος Βελισαρίου Theod. In Iuliani epitome quae post vv.* Praesens constitutio *Parisini duo habent* quae consulatu Belisarii kal. Mai. data est, *absunt a Vindob., Vercell. aliis, in Berol. a m. 2 adscripta sunt. Contra quae in fine leguntur* Nihil autem de ea latius exponemus, quia innovata est ab alia constitutione quae data est viiii kl. mai. consolatu uilisarii cvii; (*ita Berol.*, dt. k. mag. cons. *Vercell.*, data est consulatu Belisarii *al.*), *temporis nota ad nostrae constitutionis subscriptionem pertinet, ante quam intercidit notatio novellae CXI (= Iul. const. CIV) datae* k. Iun. consulatu Basilii

6 *Rubricam praecedit inscriptio (7—9) in L* | *ῥαιφερενδαρίων ML, et sic semper* | 8 *ὀφφικίων om. L* ‖ 9 *πατρικίων M* | 14 *πολλῶν om.* ϛ ‖ *καθεστῶσι L* | 15 *γὰρ*] quidem ϛ | 16 *πολλοὺς L* | *βοηθῆμεν* L^1 *βοηθοῦμεν* L^2 ‖ 17 *αἰτήσαις L* | 20 *ἐπισείοντες M*] *ἐπισεῖγον L ἐπεισάγοντες Haloander (cf.* ϛ) ‖ 21 *ἀεὶ ταῖς L* | 23 *ἐξάγοντες L* | *σεμνὴν* L^1 | *οὐδὲ*] nihil (*i. e. οὐδὲν*) ϛ | 24 *τοῦτον L* ‖ 25 *μὴ om.* ϛ | 28 *τῶν αὐτῶν ἀριθμῶν L* | 30 *ἄλλως τε Haloander*] *ἀλλ' ὥστε MLϛ*

Coll. II const. VII *est in t* | 6 *rubr.* de numero referendariorum *Iul.* | palaciis R^1 | 8 et patritio (patritium V^2) *post* ordinem (10) *coll. V* | 12 nostris *om.* R^1 | 14 constituti *ect.*] tuti sunt — inmensum (19) *in ras. 3 versuum suppl.* R^2 | 15 multitudinem *V* | 16 adiuvemus] audiuimus *RVt*, al. adiuuimus *t mg.* | faciles *t* | 18 apparu•• V^1 | 19 nobis quidem *t* ‖ 20 usu *R* | 21 *adiectiones in *V vulg.*, dicti ne in *t*, *om. R* incompetentes *V* | 22 enim *bis scr. in R* ‖ 23 infinitiuum t^a, finitum V^2 *vulg.* | ••••or et decem R^1 iiii decim R^2 | 24 utpote *suppl.* V^2 *in spat. vac.* | 25 multitudinem *vulg.* | 26 effusa *om.* R^1 | propria] ne propria *vulg.* | honestatem R^1 | 27 certam *V* ‖ mensuram $R^1 V$ | 28 ut] u•• V^1 ut eis V^2 | eis *om.* R^1, *del.* V^2 | 29 hoc *om. V* | set *del.* V^2

των ἀρεσάντων ἡμῖν καὶ σεμνῶς ὑπηρετησαμένων ἔξω τινὰς ἐξ αὐτῶν καταστῆσαι τῆς ἡμετέρας ὑπουργίας οὐδενὶ παντελῶς αἱρούμεθα τρόπῳ)· ἀλλὰ μένειν μὲν αὐτοὺς θεσπίζομεν καθ' ὅπερ εἰσὶ σχῆμα, μηδένα δὲ προστεθῆναι παντάπασιν, ἕως ἂν εἰς ὀκτὼ ἀνδρῶν τὸ τούτων περισταίη μέτρον. ὥστε αὐτοὺς διηνεκῶς ὀκτὼ καθεστάναι, τοῦ μὲν ἀριθμοῦ τούτου κατ' οὐδένα τρόπον ἢ χρόνον αὐξομένου, σπευδόντων δὲ αὐτῶν διηνεκῶς ἀλλήλους ὑπερβάλλεσθαι ταῖς περὶ ἡμᾶς καὶ τὴν βασιλείαν θεραπείαις τε καὶ εὐνοίαις. οὐδενὸς ἄδειαν ἔχοντος οὐδὲ αἰτεῖν τι τοῦ λοιποῦ τοιοῦτο, ἀλλὰ γινώσκοντος ὡς οὔτε τεύξεται τῶν αἰτουμένων ὑπέρ τε τῆς αἰτήσεως αὐτῆς οὐ μόνον ἔνοχος ἔσται ποινῇ χρυσίου λιτρῶν decem, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκείας ἐκπεσεῖται στρατείας. Βουλόμεθα γὰρ αὐτοὺς τῷ μέτρῳ μὲν μέχρι τοῦ ῥηθέντος ἀριθμοῦ συνεστάλθαι, δικαιοσύνῃ δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς αὔξειν τε καὶ ἐπὶ μεῖζον διαφαίνεσθαι. ἡ γὰρ κατὰ ἀριθμὸν πληθὺς οὐδὲν ἂν ἔχοι σεμνόν, ἐπειδήπερ ἐν ὀλίγοις ἐκ πολλῶν ὁ κατ' ἀρετὴν σώζεται βίος. Μενέτωσαν μὲν οὖν, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, νῦν ἐπὶ τούτου τοῦ σχήματος.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ταῦτα δὲ ἡ σὴ ὑπεροχὴ γινώσκουσα φυλαττέτω, κατὰ μηδένα καιρὸν παραβαθῆναι συγχωροῦσά τι τῶν παρ' ἡμῶν θεσπισθέντων, ἀλλὰ τοὺς παρὰ ταῦτά τι πράττοντας τὴν ἠπειλημένην εἰσπράττειν ποινήν, οἷα τούτων ἐφιεμένους ἅπερ οὔτε αἰτεῖν ἔξεστιν οὔτε δίδοσθαι δυνατόν. καὶ ἔστω καὶ τοῦτο νόμος ἡμέτερος πλῆθος μὲν ἀπωθούμενος, ἀντεισάγων δὲ ἀρετήν, ἥπερ οὐκ ἐν πολλοῖς διαφαίνεται, καὶ μάλιστα ἐπ' ἀνδράσι προελθοῦσι μὲν ἐκ πατέρων ἀγαθῶν, τὸν δὲ αὐτῶν βίον ἀποτεθεικόσι ταῖς τε τῶν δεομένων ἱκετείαις ταῖς τε παρ' ἡμῶν εἰς αὐτοὺς ἐπικουρίαις. Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω.

Dat. XVII. k. Mai. Constantinopoli Belisario v. c. cons.

omnium placentium nobis et honeste ministrantium foras aliquos ex his constituamus a nostro ministerio, nullo omnino concedimus modo); sed manere quidem eos sancimus secundum figuram qua sunt, neminem tamen adici omnino, donec in octo virorum perveniat numerus: ut ii perpetue octo ⟨sint⟩ constituti, numero quidem hoc per nullum modum aut tempus aucto, festinantibus autem ipsis perpetue invicem transcendere circa nos et imperium cura et devotione; nemine licentiam habente neque petere aliquid deinceps tale, sed sciente quod neque impetrabit petita, pro eadem autem petitione non solum obligatus erit poenae auri librarum decem, sed etiam propria spoliabitur militia. Volumus enim eos mensura quidem usque ad dictum numerum contineri, iustitia vero et aliis virtutibus augeri et ad maius apparere. Multitudo enim numerosa nihil habet honestum, quoniam in paucis ex multis quae secundum virtutem est vita salvatur. Maneant igitur secundum quod praediximus nunc in eadem figura.

⟨Epilogus.⟩ Haec autem tua eminentia cognoscens custodiat, ut nullo tempore transgrediatur aliquid eorum quae a nobis sancita sunt, sed eos, qui praeter haec aliquid agunt, interminatam exigi poenam, quam eis permisimus, quam neque repeti licet neque reddi est possibile. Sitque et hoc lex nostra multitudinem quidem expellens, introducens vero virtutem, quae non in multis apparet, et praecipue in viris procedat quidem ex patribus bonis, suam autem vitam constituentes tam in petitionibus indigentium quam ad nostrum in eos auxilium. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram legem manifestata sunt, tua eminentia operi effectuique tradere festinet.

Dat. XVIII. kal. Mai. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535.]

peratoriae, praesertim cum omnibus illis nobis probatis et honeste ministrantibus partem eorum a nostro ministerio removere nullo plane modo placeat); sed illos quidem manere in quo sunt statu sancimus, neminem autem omnino addi, donec ad octo viros numerus eorum redactus sit. Itaque octo viri perpetuo instituantur: ut hic quidem numerus nullo modo aut tempore augeatur, sed operam dent ipsi perpetuo, ut observantia et studio erga nos et imperium se invicem superent. Neque cuiquam in posterum ne petere quidem tale quid liceat: immo sciat se neque quae petit impetraturum et ob ipsam petitionem non solum poenae decem librarum auri obnoxium futurum, sed etiam propriam militiam amissurum esse. Volumus enim eorum mensuram quidem ad dictum numerum coerceri, iustitiam autem ceterasque virtutes augeri et clariores apparere. Numeri enim magnitudo nihil habet gravitatis: quandoquidem in paucis ex multis vita virtute insignis servatur. Maneant igitur nunc, sicut ante diximus, in hoc statu.

Epilogus. Haec autem cognoscens summitas tua custodiat, ut nullo tempore quicquam eorum quae a nobis sancita sunt violari patiatur, sed ab iis qui contra haec faciant aliquid poenam quam minati sumus exigat, quippe qui ea sectentur quae nec petere licet nec dari possunt. Sitque in hac quoque re lex nostra quae multitudinem quidem spernat, invicem autem introducat virtutem quae non in multis elucet, et maxime in viris, qui et ex bonis parentibus procreati sunt et suam vitam precibus supplicum et auxilio illis a nobis praestando dicarunt. Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram legem declarantur, summitas tua operi effectuique tradere studeat.

6 *τοῦτον L* ‖ 8 *αὐξούμενον L* ‖ 12 *οὔτε L*] *οὐδὲ M* ‖ 13 *ὑπέρ τε τῆς αἰτήσεως αὐτῆς*] pro eadem autem petitione *ϛ* ‖ 14 decem (*s. v. δέκα*) *M*, *δέκα L* ‖ 15 *μέτρον L* ‖ 18 *ἡ M*] *τὸ L* ‖ 19 *σεμνόν*] *σεμ••••• L^1* ‖ 20 *βίους L^a* ‖ 24 *συγχωροῦσα om. ϛ* ‖ 26 *ἠπειλημένην*] *ἠ••••• μένην L^1 εἰρημένην L^2* ‖ 27 *οἷα τοῦτον ἐφιεμένων L*, quam eis permisimus *ϛ* ‖ **οὐδὲ αἰτεῖν ML* ‖ 28 *τοῦτο*] *οὗτος Haloander* (*cf. ϛ*) ‖ 30 *δὲ*] *καὶ L* ‖ *ὅπερ L^a* ‖ 31 *προ••ελθοῦσι L^1*, *προελθοῦσα ϛ* ‖ 32 *αὐτῶν Haloander* (*cf. ϛ*), *αυτὸν M αὐτοῦ L* ‖ 35 *νόμος L^1* ‖ 37 bilisario uc. consulie *M* ‖ die XVII k. mag. pc. uilisarii *$Iul.^v$*, dat. VII k. mai. uilisarii *$Iul.^v$* (*μηνὶ μαΐῳ Theod.*, *om. subscr. Ath.*)

1 honestate *R^1 Vt* ‖ 2 aliquos] et aliquos *R^1* ‖ 3 omnino *om. R* ‖ concedamus *R* ‖ modo sed manere] modos|et m•nere *V^1* ‖ 4 quidam *R^1* ‖ 5 tamen] tantum *V* ‖ addici *t* ‖ 6 hii *RVt* ‖ sint octo *vulgo*, sint *om. RV al.* ‖ 7 nullo *R^a* ‖ 9 transcende•• *V^1* ‖ 10 petere] ptī ē (*sic*) *t* ‖ 11 sed] se *t* ‖ inpetrauit *R^1* ‖ 14 mensura] mensurationibus *R^1* ‖ 15 edictum *T* ‖ 17 appare *V^1* ‖ 20 quod *om. R^1* ‖ figuram *R^1* ‖ 24 nulo *R* in ullo *V* ‖ *an leg.* transgredi ⟨pati⟩atur? ‖ 26 propter *R^1* ‖ exgi *R* ‖ 27 quae nec *vulg.* ‖ 28 redi est *R^2* redire *R^1* ‖ et hoc] ex hoc *R* et haec *V* ‖ 29 expellenle (*sic*) *R* ‖ 30 uirtutum *R^a* ‖ 31 patria *R^a* ‖ 32 constituens *ed. pr.* ‖ 33 indigentum *R* ‖ 37 *subscr.* dat. XVIII kal. Maii Cp. Bisiliario uice c. *Bamb. II*, dat. kl. Madii cap. hi s III (*post rubricam novellae XII quae statim sequitur*) *V*

XI.

R DE PRIVILEGIIS ARCHIEPISCOPI PRIMAE IUSTINIANAE R

Idem A. Catelliano viro beatissimo archiepiscopo Primae Iustinianae.

Multis et variis modis nostram patriam augere cupientes, in qua prima deus praestitit nobis ad hunc
mundum quem ipse condidit venire, et circa sacerdotalem censuram eam volumus maximis incrementis am-
pliare: ut Primae Iustinianae patriae nostrae pro tempore sacrosanctus antistes non solum metropolitanus,
sed etiam archiepiscopus fiat, et certae provinciae sub eius sint auctoritate, id est tam ipsa mediterranea
Dacia quam Dacia ripensis nec non Mysia prima et Dardania et Praevalitana provincia et secunda Mace-
1 donia et pars secundae Pannoniae, quae in Bacensi est civitate. Cum enim in antiquis temporibus Sirmii
praefectura fuerat constituta, ibique omne fuerat Illyrici fastigium tam in civilibus quam in episcopalibus
causis, postea autem Attilanis temporibus eiusdem locis devastatis Apraeemius praefectus praetorio de Sirmi-
tana civitate in Thessalonicam profugus venerat, tunc ipsam praefecturam et sacerdotalis honor secutus
est, et Thessalonicensis episcopus non sua auctoritate, sed sub umbra praefecturae meruit aliquam prae-
2 rogativam. Cum igitur in praesenti deo auctore ita nostra respublica aucta est, ut utraque ripa Danubii
iam nostris civitatibus frequentaretur, et tam Viminacium quam Recidiva et Litterata, quae trans Danubium
sunt, nostrae iterum dicioni subactae sint, necessarium duximus ipsam gloriosissimam praefecturam, quae
in Pannonia fuerat constituta, iuxta Pannoniam in nostra felicissima patria collocare, cum nihil quidem
magni distat a Dacia mediterranea secunda Pannonia, multis autem spatiis separatur prima Macedonia a
3 Pannonia secunda. Et quia homines semper bellicis sudoribus inhaerentes non erat utile reipublicae ad
primam Macedoniam per tot spatia tantasque difficultates venire, ideo necessarium nobis visum est ipsam
praefecturam ad superiores partes trahere, et iuxta eam provinciae constitutae facilius sentiant illius medi-
4 cinam. Et ideo tua beatitudo et omnes praefatae Primae Iustinianae sacrosancti antistites archiepiscopi
habeant praerogativam et omnem licentiam suam auctoritatem eis impertire et eos ordinare, et in omni-
bus supradictis provinciis primum honorem, primam dignitatem, summum sacerdotium, summum fastigium:
ut a tua sede creentur et te solum archiepiscopum habeant, nulla communione adversus ⟨eos⟩ Thessaloni-
censi episcopo servanda; sed tu ipse et omnes Primae Iustinianae antistites sint eis iudices et disceptatores:
quicquid oriatur inter eos discrimen, ipsi hoc dirimant et finem ei imponant et eos ordinent, neque ad
alium quendam eatur, sed suum cognoscant archiepiscopum omnes praedictae provinciae, et eius sentiant
creationem, et vel per se vel per suam auctoritatem vel clericos mittendos habeat omnem potestatem
5 omnemque sacerdotalem censuram et creationis licentiam. Sed et in Aquis, quae est provinciae Daciae
ripensis, ordinari volumus a tua sanctitate episcopum, ut non in posterum sub Meridiano episcopo sit
constituta: sed Meridianus quidem maneat in Meridio, nulla ei communione cum Aquis servanda; Aquensis
autem episcopus habeat praefatam civitatem et omnia eius castella et territoria et ecclesias, ut possit Bono-
siacorum scelus ex ea civitate et terra repellere vel in orthodoxam fidem transformare.
6 Ut igitur sciat beatitudo tua nostri numinis dispositionem, ideo praesentem legem ad tuam venera-
bilem sedem transmisimus, ut in perpetuum tale beneficium habeat patriae nostrae ecclesia in dei omni-
7 potentis gloriam et nostri numinis sempiternam recordationem. Quando autem tuae sedis gubernatorem ab
hac luce decedere contigerit, pro tempore archiepiscopum eius a venerabili suo concilio metropolitanorum
ordinari sancimus, quemadmodum decet archiepiscopum omnibus honoratum in ecclesiis provehi, nulla
penitus Thessalonicensi episcopo neque ad hoc communione servanda.
Beatitudo igitur tua quae nostra sanxit aeternitas modis omnibus ad effectum perducere non differat.
Dat. XVIII. kal. Mai. ⟨Belisario v. c. cons.⟩ [a. 535.]

Nov. XI Latine tantum extat in appendice coll. VIIII Authentici (extravagantium prima est in R f. 72v et V f. 182). — Rubrica ὥστε τὰς περὶ το Βιμινάκιον γενομένας ὑπὸ ῥωμαίοις πόλεις ὑπὸ ἴδιον ἀρχιεπίσκοπον εἶναι, μη μὴν ὑπο τὸν Θεσσαλονίκης schol. M in mg. (ex Ath.). — Epit. Theod. 11 (*inde in L*), *Ath.* 1, 8 (*inde A tit.* 13, 9; *Coll. const. eccl.* 3, 1, 8), *Nomoc. XIV tit.* 1, 5. *Iulian. const. IX.*

3 nostra patria R^1 ‖ 4 mundum] modum *R V* ‖ quam *R* ‖ venire et *om. V* ‖ amplicare R^1 ampliore *V* ‖ 5 pro tempore sa *bis scr.* V^a ‖ 6 certae] ceterae *vulg.* ‖ sint *om. V* ‖ id est] reddere *V* ‖ tam ipsa | tamen ipsa *V* ‖ meditranea *V* meditanea *R* ‖ 7 misya *V* missia *R* ‖ prima *Contius*] secunda *libri* ‖ 8 panonie *V* ‖ bancensi *V* bacensis *R*, Urbatensi *dedit Augustinus* (*ed. Iuliani a.* 1567) ‖ enim *om. R* ‖ Sirmii *Contius*] firmii *V vulg.*, *om. R spat. vac. relicto* ‖ 9 fuerit *R vulg.* ‖ tam in] in *om. R* ‖ 10 atilanis *R V* ‖ Apemius *R V*] Apenninus *dedit Miraeus* (*ed. Iul. a.* 1561), Apennius *Contius*, Aprecinius *Augustinus*; Apodemius *al.* ‖ firmitana *V vulg.* firmata *R* ‖ 11 thesalonicam *V* tesalonicam *R* (*id. infra*) ‖ honori *V* ‖ 12 sed sub] su *V* ‖ 13 auctoritate R^1 ‖ 14 frequentetur *vulg.* ‖ tam] iam *V al.*, *om. R* ‖ uiminatiuum quae *R* ‖ recidiua *V* recidua *R* ‖ Literata *vulg.* ‖ 15 nostrae *om. R* ‖ dictioni *R* ‖ diximus *R* ‖ 16 panonia *R V*, *et sic saepius* ‖ fuerat (fiat V^a) constituta iusta panoniam in *V*] *om. R al.* ‖ quidem magni *V*] quod magis *R* ‖ 17 meditanea *R* ‖ autem *V*] etiam *R al.* ‖ separarunt *V* ‖ 19 tantas quae *V* ‖ uisum] uenire sum R^1 ‖ 20 et] ut *vulg.* ‖ 21 praefare *R* ‖ sacrossancti *V* ‖ antistes *R* ‖ 22 habeant et praerogatiuam R^1 ‖ impertiri R^2 *vulg.* ‖ 23 supradictis *R*] suprascriptis *V vulg.* ‖ * honorem] habere honorem *V* habere *R vulg.* ‖ 24 * ut a tua sede] utatur a sede *V* a tua sede *vulg.*, a sede *R* ‖ te *V al.*] *om. R vulg.* ‖ communione *V vulg.*] actione *R al.* ‖ aduersus *R V*] ad *vulg.* ‖ eos *add. vulg.* ‖ 25 et omnes *om. R* ‖ sint] sive *vulg.* ‖ eis *V*] eius *R vulg.* ‖ discrepatores *V* ‖ 26 dirimatur *R* ‖ eis imponant *vulg.*, in eum ponant V^1 ‖ 27 cognoscat *R* agnoscant *vulg.* ‖ 28 et vel] et *om. R* ‖ habeant *R* ‖ omnem *om. R* ‖ 29 omnemque] omnem *V* ‖ et *om.* V^1 ‖ datia *R* ditie *V* ‖ 30 non imposterum *R* ‖ medridiano R^1 ‖ 31 meridio *V*] meridiano *R vulg.* ‖ ei *V*] *om. R vulg.* ‖ Aquis] quis *R* ‖ 32 castelleterritoria *V* ‖ bōnosiacorum V^1 ‖ 33 et terra *V vulg.*] contra *R* ‖ vel] et *vulg.* ‖ in] ideo *R* ‖ 34 sciat] sit *V* ‖ 35 sedem] domum *R* ‖ ecclesiae *R* V^a ‖ dei op̄|tis *V* ‖ 36 nominis sepiternam *R* ‖ quando] quoniam *R* ‖ 37 recedere *V* ‖ pro tempore] propter *R* ‖ archiepiscoporum *R al.* ‖ consilio *V* ‖ 38 dicet *V* ‖ archiepiscoporum *R al.* ‖ 39 communionem seruantia *R* ‖ 40 sancxit *R V* ‖ 41 dat. XVIII kal. maii *subscriptio est in Neoburgensi, inscriptioni seq. novellae XII adnexa,* dat. VI kl. mai. cons. uilisarii *Iul.* (*cod. Berol. al.*), *sim. ex Iuliano vulg.; ἐξεφωνήθη* (*ἐγράφη Ath.*) *μηνὶ μαΐῳ ὑπατείᾳ Βελισαρίου Theod. Ath.*

ΙΒ

ΠΕΡΙ ΑΘΕΜΙΤΟΓΑΜΙΩΝ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Φλώρῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ κόμητι τῶν ἁπανταχοῦ θείων πριβάτων.

⟨Προοίμιον.⟩ Τοὺς ὑπὲρ τῶν ἀθεμίτων ἔμπροσθεν γεγραμμένους ὑπὸ τῶν βεβασιλευκότων νόμους οὐκ ἐντελῶς ἔχειν ἡγούμεθα, οἵπερ τοὺς μὲν ἀθεμίτοις συμβαλόντας γάμοις ἀτιμωρήτους ἐῶσι, τὴν δὲ ἐξ αὐτῶν προελθοῦσαν γονήν, καίτοιγε ἀνεύθυνον οὖσαν, ἀφαιροῦνται τῶν τοῦ πατρός· ὡς ἀναγκαῖον ὂν τοὺς μὲν ἁμαρτάνοντας ἀνευθύνους εἶναι, τοὺς δὲ ἀνευθύνους ὡς ἁμαρτάνοντας κολάζεσθαι.

XII. Coll. II tit. 6

DE INCESTIS ET NEFARIIS NUPTIIS.

Imp. Iustinianus A. Floro comiti divinae rei privatae.

⟨Praefatio.⟩ Pro incestis dudum scriptas ab imperatoribus leges non perfecte habere iudicamus, quae eos quidem qui incestis copulantur nuptiis impunitos sinunt, ex eis autem procedentem sobolem utique inculpabilem existentem privant rebus patris: ut necessitas sit eos quidem qui peccant sine reatu esse, eos autem qui innoxii sunt tamquam peccantes puniri.

CAPUT I.

Β Θεσπίζομεν τοίνυν, τοῦ λοιποῦ, εἴ τις ἀθέμιτον καὶ ἐναντίον τῇ φύσει (ὃν ὁ νόμος incestón *τε καὶ* nefarion *καὶ* damnaton *καλεῖ) συναλλάξειε γάμον, εἴπερ οὐκ ἔχοι παῖδας ἐκ προτέρων γνησίων τε καὶ ἀμέμπτων αὐτῷ γενομένους γάμων, εὐθὺς μὲν αὐτῷ τὴν τῶν οἰκείων πραγμάτων ἔκπτωσιν ἐπικεῖσθαι, ἅμα δὲ καὶ τῶν ὀνόματι προικὸς ἐπιδεδομένων αὐτῷ μηδενὸς ἀπολαύειν, ἀλλὰ πάντα τῷ ταμείῳ προσκυροῦσθαι. ἀνθ᾽ ὅτου γὰρ ἐξὸν γαμεῖν νενομισμένα παρανόμων ἐρᾷ, καὶ συγχεῖ μὲν γονάς, ἀδικεῖ δὲ τὰ γένη, πράττει δὲ ἀσεβῆ τε καὶ ἀνόσια, καὶ τοιαῦτά γε ἐπιθυμεῖ, ὁποῖα πολλὰ καὶ τῶν ἀλόγων ἀποσείεται ζῴων, ἔστω γε αὐτῷ ποινὴ μὴ δήμευσις μόνον, ἀλλὰ καὶ ζώνης ἀφαίρεσις καὶ ἐξορία, καὶ εἴ γε εὐτελὴς εἴη,*

Sancimus igitur, de cetero, si quis illicitas et contrarias naturae, quas lex incestas et nefandas et damnatas vocat, contraxerit nuptias, si quidem non habuerit filios ex prioribus legitimis et inculpabilibus sibi contractis nuptiis, mox ei suarum rerum casum imminere, simul autem et ea, quae nomine dotis data sunt ei, in nullo potiri, sed omnia aerario assignari, eo quod, dum licuerit nuptias facere legitimas, contra leges amaverit, et confuderit quidem sobolem, nocuerit autem et generi, egerit vero quae impia sunt et scelesta, et talia concupierit qualia plurima etiam irrationabilia amovent animalia: sitque ei poena non confiscatio solum, sed etiam cinguli privatio et exilium, et si vilis fuerit, etiam cor-

Nov. XII (= Coll. II tit. 6: gloss.) Graece extat in MLA (in hoc est τίτλος ὄγδοος), prooemium et cap. 1—3 in B 28, 6 (1. 2 B^s p. 150 Zach.). — Epit. Theod. 12 (inde B^Σ), Athanas. 11, 1 (inde cod. Vaticanus 1981 Nomocanonis XIV tit. ad 13, 5 extr. 'ἀπὸ τῆς ιε' νεαρᾶς'; cod. Bodleianus 3399 tit. 7 'ἀπὸ τῆς νε' νεαρᾶς ἥτις ἐπιγέγραπται περὶ ἀθεμίτων γάμων'). Iulian. const. XXXII.

XII.

DE INCESTIS NUPTIIS.

Imp. Iustinianus A. Floro gloriosissimo comiti divinarum quae ubique sunt rerum privatarum.

Praefatio. Leges de incestis antea ab imperatoribus conscriptas non perfectas esse existimamus, quae quidem eos, qui incestas nuptias contraxerunt, impunitos relinquant, prolem vero ex iis progenitam quamvis insontem paternis bonis privent: quasi necesse sit eos qui peccarunt impunitos esse, insontes autem tamquam peccantes puniri.

I. Sancimus igitur, ut in posterum, si quis nuptias illicitas et naturae contrarias (quas lex et incestas et nefarias et damnatas vocat) contraxerit, siquidem liberos ex prioribus nuptiis legitimis et culpa vacuis natos non habeat, statim ei suarum rerum amissio irrogetur, simulque ne earum quae dotis nomine ei datae sunt, ulla fruatur, sed omnia fisco addicantur. Qui enim cum legitimas nuptias contrahere liceat, illegitimas appetit et subolem confundit et genus iniuria afficit agitque et impia et nefaria ac talia concupiscit, a quibus multa etiam bruta animalia abhorrent: esto quidem ei poena non solum publicatio bonorum, sed etiam cinguli ademptio atque exilium, et si quidem vilis condicionis sit, etiam corporis casti-

2 *περὶ ἀθεμιτογαμιῶν MLB Theod., περὶ ἀθεμιτογαμιῶν καὶ τῶν ἐκ τοιούτων παίδων A περὶ ἀθεμίτων γάμων Ath. B^Σ IV p. 273^b Fabr. 'ἡ περὶ ἀθεμίτων νεαρά' B^Σ ib. 272^a* ‖ 3 *sq. αὐτοκράτωρ ἰουστινιανὸς ἑρμογένει μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων (inscriptione novellae X praecedentis ab archetypi rubricatore perperam huc transposita) A, Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Φλόρῳ κόμητι πριβάτων cod. Bodlei.* 3399 *f.* 13 *ad tit.* 7 *ubi excerptis ex Athanasio ipsius novellae textus adiunctus est (cf. Heimbach Ἀνέκδ. I p. LXXIV)* ‖ *ιουστινος L* ‖ 5 *Τοὺς ὑπὲρ ἀθεμιτογαμιῶν ἐσθ᾽ ὅτε γεγραμμένους ἔμπροσθεν ὑπὸ τῶν προβεβασιλευκότων νόμους A* ‖ *γάμων post ἔμπροσθεν add. Haloander (cf. ad 2)* ‖ 7 *ἀθεμίτους συμβάλλοντας L* ‖ 8 *γάμους LA* ‖ *ἀτιμωρήτως B* ‖ 10 *τῶν] τὸν L^1* ‖ *ὡς ἀναγκαίου ὄντος A* ‖ 11 *εἶναι ML] ἀφίεσθαι A* ‖ 13 Β] *A, ex quo in sqq. quoque capitum numeros recepi* ‖ 14 *ὃν] ὅπερ A ὃ B^s* ‖ incеston *τε M ἰνκεστόν τε A ἴνκέστον (ἰν·······*ston *L^1) τε L ἀθέμιτον B παράνομον s. v. add. L^2* ‖ 15 nefarion *(ἀθέμιτον s. v. L^2) ML νεφάριον A παράνομον B* ‖ damnaton *M δαμνάτον (δα··ον L^1) LA κατάκριτον B ἀνόσιον s. v. L^2* ‖ **συναλλάξοι MB^s συναλλάξει (συναλλάξ· L^1) LABf* ‖ *εἴπερ] εἰ μὲν A* ‖ 16 *ἔχει AB* ‖ 17 *αὐτῷ γενομένους] αὐτῷ καὐτῶν γενομένων L^1, αὐτῷ om. A* ‖ *μὲν om. A (ς)* ‖ 18 *πραγμάτων — 19 προικὸς om. L (ἀφαίρεσιν ἐνεῖναι καὶ τῶν ἐπὶ προικὸς s. v. add. L^2)* ‖ 20 *ταμιείῳ AB^s* ‖ 21 *γὰρ om. ς* ‖ *νενομισμένα γαμεῖν A* ‖ *γάμον νενομισμεν· (α s. ω eras., χρῆσθαι s. v. add. L^2) παράνομον L^1, γάμον ποιεῖν νενομισμένον παρὰ νόμον L^3* ‖ 23 *γε om. B^s* ‖ 24 *ζῴων] γένη AB^s* ‖ 25 *ἔστω M] καὶ ἔστω LAς καὶ ἔσται B* ‖ 26 *εἴη] ἐστὶ A*

2 *inscr.* de nefariis et incestis nuptiis *Iulian.* ‖ *Rubricae subscriptionem novellae XI continuat V (cf. ad p. 93, 37)* ‖ 4 rei priuate rei *V*, repriuate *R* ‖ 5 Pro incestis *in ras. R^2* ‖ 6 habere] se habere V^3 ‖ 7 quae — sinunt V^2 *suppl. in spat. vac.* ‖ quidem] q· *V*(?), *corr.* V^3 ‖ qui *om. R* ‖ in ceteris R^1 ‖ nuptei· *V*(?) ‖ 8 sint R^1 ‖ procedeute· V^1 ‖ 9 priuauerat R^1 ‖ 10 eos] hos *R* ‖ 11 peccatores *V* ‖ 12 puniet? R^1 ‖ 14 incertas R^1 ‖ 17 sibi contractis R^2 *in ras.* 6 *fere litt.* ‖ 18 ea] eis R^2 *in mg., vulg.* ‖ 19 dat R^1 ‖ errario *RT* ‖ 20 arsignari R^1 ‖ nuptiis R^1 ‖ 21 confunderit R^1V ‖ 22 et generi suo *add.* R^2, *om.* R^1 ‖ egit R^1 ‖ vero *om. V* ‖ 24 inrationabili|ā V^1 irrationabili· R^1 irrationabilium *T* ‖ 26 si] ſı ꝓ *(i. e. secundum)* V^1

καὶ τοῦ σώματος αἰκισμός, ὅπως ἂν μάθοι σωφρονεῖν καὶ εἴσω τῆς φύσεως μένειν, ἀλλὰ μὴ τρυφᾶν τε καὶ ἐρᾶν ὑπερόρια, καὶ τῶν παραδεδομένων ἡμῖν ἐκ τῆς φύσεως καταυθαδιάζεσθαι νόμων. καὶ τῆς γυναικός, εἰ τὸν νόμον ἐπισταμένη τοῦτον μὲν ἀμελήσειεν, ἀθεμίτοις δὲ ἑαυτὴν ἐπιδοίη γάμοις, ὑπὸ τὴν αὐτὴν γινομένης ποινήν

poris verberatio, quatenus discat caste vivere et intra naturam se continere, non autem delectari et amare ultra terminum et traditis nobis a natura etiam his legibus repugnare. Muliere quoque, si legem sciens hanc quidem neglexerit, incestis autem semetipsam tradiderit nuptiis, sub eadem constituenda poena.

CAPUT II.

Γ Εἰ μέντοι τύχοιεν ἐκ προτέρων γάμων ἀμέμπτων παῖδες ὄντες αὐτῷ, ἢ ἔγγονοι τυχὸν ἢ καὶ περαιτέρω, τὴν πατρῴαν εὐθὺς ἐκεῖνοι λήψονται διαδοχήν, αὐτεξούσιοι μὲν τῇ τοῦ πατρὸς τιμωρίᾳ γινόμενοι, τρέφοντες δὲ ὅμως αὐτὸν καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀναγκαίων παρέχοντες. εἰ γὰρ καὶ τῶν νόμων ὑπερόπτης εἴη καὶ ἀσεβής, ἀλλὰ πατὴρ ὅμως ἐστί.

Si vero contigerit ex prioribus nuptiis inculpabilibus filios esse ei, aut nepotes forte aut ulterius, paternam mox illi accipiant successionem, suae quidem potestatis patris supplicio facti, pascentes autem eum et alia necessaria praebentes. Nam licet legum contemptor et impius sit, tamen pater est.

CAPUT III.

Καὶ τοῦτο μὲν ὁ μετὰ ταῦτα ἐχέτω χρόνος ὁ μετὰ τὴν παροῦσαν ἡμῶν διάταξιν ῥέων, ὁ μηδένα λυπήσων, εἴ γε σωφρονοίη. ἔξεστι γὰρ μηδὲν ἁμαρτόν-
Δ τας ὑπὸ τῷ νόμῳ τούτῳ μὴ τετάχθαι. Τὸ δέ γε ἤδη παρῳχηκὸς οὔτε παντελῶς ἐῶμεν ἀνεύθυνον οὔτε παντάπασιν ὑπὸ πικρὰν φέρομεν ἀγανάκτησιν. Ἀλλ' εἴ τις ἀθέμιτος γέγονε γάμος, εἰ μὲν ἔφθασεν οἱῳδήποτε τρόπῳ οὗτος διαλυθῆναι, ἀνεύθυνος ἔστω. εἰ δὲ ὅδε ἡμῶν ὁ νόμος εὕροι τινὰ μετὰ τῶν τοιούτων γάμων, ἄδειαν ἐκεῖνος ἐχέτω, ἀφ' οὗπερ ἅπασιν ἐμφανὴς γένοιτο, ἐνιαυτῶν εἴσω duo τὴν οὕτως αὐτῷ συναφθεῖσαν ἀποπέμπειν γαμετήν, οὐκ ἐπανελευσομένην ἔτι πρὸς αὐτὸν οὐδὲ διεστῶσαν μὲν τῷ σχήματι, ταῖς δὲ ἀληθείαις συνοῦσαν (ἴσως γὰρ οὕτως καὶ τοῖς προτέροις ἀπολογήσεται), μόνης quartae τῆς αὐτοῦ περιουσίας μοίρας ἐπὶ τὸ δημόσιον φερομένης.
Ε Καὶ τούς γε παῖδας, ἐπειδήπερ αὐτοῖς ὡς ἀνευθύνοις συγχωροῦμεν, εἰ μὲν μόνοι καὶ μὴ μεθ' ἑτέρων καὶ αὐτῶν γνησίων εἶεν ἐξ ἑτέρων γάμων ἀνευθύνων γενομένων, μὴ στερεῖσθαι τῆς πατρῴας δια-

Et hoc quidem sequens habeat tempus post praesentem nostram constitutionem currens: nullo contristando, si caste vixerit; licebit enim nihil peccantes sub hac lege non subdi. Quod vero iam transactum est, nec omnino relinquimus innoxium nec omnibus modis sub acerba indignatione submittimus. Sed si quae incestae factae sunt nuptiae, si quidem contingit eas quolibet modo dissolvi, sine reatu sint; si vero haec nostra lex invenerit aliquem post tales nuptias, licentiam ille habeat, ex quo omnibus insinuata est, intra duos annos sic sibi copulatam dimittere coniugem, non reversuram ulterius ad eum neque separatam quidem figuraliter, pro veritate vero coniunctam (forsan enim sic prioribus satisfaciat), sola quarta eius substantiae parte ad fiscum deferenda, et ad filios, quoniam eis tamquam innoxiis concedimus ut, si quidem soli et non cum aliis et ipsis legitimis sint ex aliis nuptiis inculpabilibus existentibus, non priventur paterna suc-

gatio: ut discat caste vivere, et intra naturam se continere, nec vero luxuriari et quae modum excedunt appetere legibusque a natura nobis traditis vim facere. Mulier quoque, si legem sciens neglexerit et incestis nuptiis se dederit, eandem poenam subeat.

II. *Si vero ex prioribus nuptiis culpa vacuis liberi ei sint vel forte nepotes vel etiam ulteriores, illi protinus paternam accipient successionem, ut per patris poenam sui iuris fiant, illum tamen alant eique reliqua necessaria praestent. Licet enim legum contemptor et impius sit, at utique pater est.*

III. *Et hoc quidem servet futurum tempus, quod post hanc constitutionem decurret, quod neminem dolore afficiat, dummodo caste vivat. Nam liberum est nihil delinquentes huic legi non subiungi. Quod vero iam praeteriit, neque plane impunitum esse sinimus neque penitus acerbae indignationi subicimus. Sed si quae incestae nuptiae contractae fuerint, si quidem aliquo modo iam antea dissolutae sint, impunitae maneant. Sin quem haec nostra lex inveniat talibus nuptiis utentem, veniam habeat ille intra biennium, ex quo lex omnibus manifesta fiat, uxorem sibi ita copulatam dimittendi, non amplius ad eum reversuram, nec specie quidem separatam, ut tamen re vera consuetudinem cum eo habeat (forte enim sic etiam prioribus satisfaciet); atque quarta pars sola substantiae eius ad fiscum deferatur. Et liberi quidem, quoniam illis ut insontibus ignoscimus, si quidem soli sint neque una cum aliis iisque legitimis, ex alteris nuptiis licitis progenitis, non priventur paterna successione: nisi forte eos pater iure exosus propter*

1 καὶ] τε καὶ *B* ‖ 3 παραδιδομένων B^s ‖ 4 ἐκ *om.* *A* ‖ καταυθαδιάζεσθαι νόμων] •••••• διζεσθαι νόμον L^1 etiam his legibus repugnare ϛ ‖ καὶ τῆς γυναικός, εἰ] εἴ τις δὲ καὶ γυναικῶν *A* ‖ 5 ἐπισταμένης B^f ‖ 7 γενομένης (γενομένην? L^1) *L* γενέσθω *A* ‖ 8 ἀμέπτων *M*, *om.* B^f ‖ 9 αὐτῇ L^2 ‖ ἐγγόνους L^2 ἔκγονοι AB^s ‖ τυχὸν *om.* *A* ‖ 10 ἐκεῖνο L^1 ‖ λείψονται *L* ‖ 11 μὲν *om.* *A* ‖ γενόμενοι *B* ‖ 12 ὅμως *om.* ϛ ‖ 13 εἰ γὰρ] καὶ γὰρ εἰ *A* ‖ τὸν νόμον ὑπερόπτ•• L^1 ‖ εἴη *M*(ϛ)] ᾖ (ᾗ L^1) LB^f *om.* AB^s ‖ 14 ἀλλὰ καὶ πατὴρ *A* ‖ 15 καὶ ταῦτα μὲν ὁ μετὰ τὴν παροῦσαν ἡμῶν διάταξιν ῥέων ἐχέτω χρόνος μηδένα λυπήσων *A* ‖ 17 μηδὲν ἁμαρτόντας (ἁμαρτάνοντας *B*) *MLB*ϛ] τῷ βουλομένῳ *A* ‖ 18 ὑπὸ τὸν νόμον τοῦτον *Haloander* ‖ τούτῳ] τοῦτο *M* ‖ τετάχθαι] τετάχθαι καλοπραγοῦντι *A* ‖ 19 οὔτε] οὐ *B* ‖ ἐῶμ••• L^1 ‖ 21 ἔφθασαν B^f ‖ 22 οὗτος *om.* *A* ‖ ἔσται M^s ‖ 23 εἰ δὲ ὁ τόσδε ἡμῶν νόμος *A* εἰ δὲ ὁ νόμος ἡμῶν *B* ‖ μετὰ τὸν τοιοῦτον γάμον *B*ϛ ‖ 24 ἐκεῖνος *om.* *A* ‖ 25 duo *M*] δύο *M s. v.*, *LAB* ‖ 27 δι|εστῶσαν L^1 ‖ 28 οὗτος AL^1 ‖ 29 τὴν προτέραν *L* ‖ cuartae *M*, τετάρτης *M s. v.*, *LAB* ‖ 30 τὸ] τὸν *B* ‖ 31 αὐτοῖς L^1, αὐτοὶ L^2 ‖ 34 γενόμενοι *B*

1 quem *R* | 2 *leg.* tale? | 4 lucrum eis aut dampnum et indicibus *R* | uenatur *V* uenerantur *R* | 6 auersari *vulg.*] aduersarii *R V al.* | 10 uti] ut *RV* | 12 agant *vulg.*] agunt *RV* | uoluntas *R* | 13 uelit *V* | 15 *sq.* inuenientur *et* minnuentur *vulg.* | peccantes minuuntur *om.* *R* | 20 et *om.* *R* | 21 huius et regiae *vulg.* | 22 indicis *V* | sed] se *V* sed et *vulg.* | ipsi *V* tp̄is (= temporis? *R*[e]) | 23 *dignati ab eo] dignos eo *R* digno eo *V* digni eo *vulg.* | 24 minore a *R* | et *om.* *R* | euacuauerit *R* | 25 quod] qui *R* | 26 et *om.* *R* | 27 aliquam *R* | 28 aliquid *V*] aliqui *R* aliquod *vulg.* | 29 maxium *V* | 30 ut *seclusi* | 33 sedis *V* sederes *R* | 34 cognosceret *V* cognoscant *R* | quod] cum *V*[a] | 35 uti] ut *RV* | autem] ante *R* | 37 agere *R* | quod *om.* *V* | eorum *V* | 38 consuevit] conscii eum *R* | sed] etsi *V* | mane *R* | 39 iubare quidem *V* inuitari quidem *R* | 40 hanc] heredem *R*

χρῆναι τὴν πρόφασιν καὶ παραψυχὴν τοσαύτην αὐτοῖς δοῦναι καὶ ἄνδρας τετιμημένους εἰς μέσον ἀγαγεῖν, ὅπως ἂν τῆς αὐτῶν ἀρετῆς αἴσθηται τὸ ὑπήκοον. Ἕξουσι δὲ οἱ περίβλεπτοι τῶν δήμων πραίτωρες καὶ πάρεδρον τῆς ἡμετέρας ἐπ' αὐτοῖς κρίσεως, καθάπερ εἴπομεν, ἄξιον.

et solacium tantum eis dare, et homines honoratos ad medium adducere, eorum virtutem sentiant subiecti. Habebunt autem spectabiles populorum praetores et consiliarium nostro super eos iudicio, sicut diximus, dignum.

CAPUT V.

Παρέσονται δὲ αὐτοῖς καὶ ἀνὰ εἴκοσι στρατιῶται καὶ ἀνὰ τριάκοντα ματρικάριοι, οὓς δὴ νῦν ἡμεῖς κατεστήσαμεν, ταῖς διατυπώσεσιν ὑπηρετούμενοι ταῖς αὐτῶν καί, εἴ που δέοι, καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας ἐπέχοντες καὶ τῷ προσήκοντι σχήματι παραδιδόντες τὸ πολίτευμα. Δεῖ δὲ αὐτοὺς ἐπίστασθαι σαφῶς, ὡς ἐὰν καθαροὺς ἑαυτοὺς τηροῖεν, τήν τε ἐκ θεοῦ συμμαχίαν ἕξουσι τῆς τε παρ' ἡμῶν εὐμενείας οὐκ ἀποτεύξονται, μακρότερά τε αὐτοῖς ἔσται τὰ τῆς ἀρχῆς. τίς γὰρ ἂν τὸν καλῶς τε καὶ ὀρθῶς διαγινόμενον ἀμείβειν ἐθελήσειεν;

Assistebunt autem eis et viceni milites et triceni matricarii, quos nunc nos constituimus, dispositionibus obsequentes eorum, et sicubi hi eos qui indecenter agunt detinuerint, competenti ordine tradant. Oportet autem eos scire manifeste quod, si mundos semetipsos custodierint, et dei auxilium habebunt et nostra placatione non fraudabuntur et longior eis dignitas erit. Quis enim bene et recte agentem amovere velit?

CAPUT VI.

Ἀλλὰ κἂν εἰ παραπεμφθείη τις αὐτοῖς ἐκ τοῦ δικαστηρίου τοῦ λαμπροτάτου ἐπάρχου τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, ἐφ' ᾧ τιμωρίαν ὑποσχεῖν, ἀκριβῶς ἀναζητείτωσαν τὴν αἰτίαν καὶ μανθανέτωσαν, ἐφ' οἷς ἀναιροῦσι τὸν ἄνθρωπον ἢ ἀφαιροῦνται μέλους ἤ τινος τοιούτου, πυνθανόμενοι καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου, εἰ καὶ τοῦτο συνίδοιεν, ὥστε αὐτοὺς ἀκριβῶς ἐξενεγκεῖν τὴν ψῆφον ἢ ψυχῆς ἢ μέλους τινὸς 1 *ἀφαιρουμένην τὸν παραπεμπόμενον. Ὥσπερ δὲ τοὺς περιβλέπτους πραίτωρας τῶν δήμων τηλικαύταις ἐτιμήσαμεν δωρεαῖς, ἀξιώσαντες αὐτοὺς καὶ συμβόλων ἐκ τῆς ἡμετέρας προϊόντων χειρὸς καὶ σιτήσεως καὶ προσηγορίας τοσαύτης καὶ τῶν ἄλλων, ὁπόσα ἔμπροσθεν εἴρηται· οὕτως αὐτοὺς ἀπαιτοῦμεν ἀντιδοῦναι ἡμῖν τὴν ἑαυτῶν καθαρότητα καὶ τὴν ἐν ἅπασιν ἀγρυπνίαν καὶ τὸ πάντα πράττειν ἴσῳ καὶ δικαίῳ λογισμῷ καὶ καθαρᾷ τῇ χειρί. Εἰ γάρ τι φανεῖεν πλημμελοῦντες καὶ ἢ κλέπτοντες ἢ τῶν κλεπτόντων ἀνεχόμενοι ἢ μὴ πᾶσιν ἐπεξιόντες τρόποις καὶ τοὺς μὲν ἀξίους θανάτου τιμωρούμενοι, τοὺς δὲ μετριώτερα πράττοντας ἐξελαύνοντες τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως, ἔνθα ἂν ἡμεῖς προστάξαιμεν· ἴστωσαν, ὡς αὐτοὶ τὸν*

Sed si transmittatur aliquis eis a iudicio viri clarissimi praefecti felicissimae huius civitatis, quatenus suppliciis subiciatur, scrupulose inquirant dignitatem eius, et doceantur, in quibus occidunt hominem aut auferunt membrum aut tale aliquid, sciscitantes et ab ipso glorioso praefecto, si et hoc praeviderit, ut cum subtilitate proferant sententiam aut animam aut membrum alicuius auferendi a destinato. 1 Quemadmodum enim spectabiles praetores populorum talibus honoravimus donationibus, dignos eos facientes et codicillis a nostra procedentibus manu et annonis et appellatione tanta et aliis quae dudum dicta sunt, ita eos exigimus reddere nobis suam puritatem et in omnibus vigilantiam, et cuncta agere aequali et iusta conscientia et pura manu. Si enim aliquid apparuerint delinquentes aut furantes aut furibus adquiescentes, nisi omnibus resecaverint modis, et dignos quidem morte suppliciis subdere, mediocria vero agentes expellere a magna hac civitate, ubi nos praeceperimus: sciant, quod ipsi pro huius-

hanc ob causam existimavimus et tantum iis solacium dandum esse et viros honoratos in medium producendos, ut eorum virtutem subditi sentiant. Habebunt autem spectabiles praetores plebis etiam assessorem nostro de iis iudicio, sicut diximus, dignum.

V. *Aderunt vero iis et viceni milites et triceni matricarii, quos quidem nunc constituimus, qui eorum mandatis obsequantur et si quando opus sit tumultuantes contineant atque convenienti formae administrationem tradant. Certo autem scire eos oportet, si integros sese praestent, et a deo auxilium se habituros, nec nostra benevolentia destitutum iri, ac diuturniorem sibi futuram potestatem. Quis enim eum, qui bene et recte se gerit, removere velit?*

VI. *Verum etiam si quis ex iudicio clarissimi praefecti huius felicis urbis ad eos transmittatur, ut poenam subeat, accurate in causam inquirant et cognoscant, cur hominem summo supplicio affecturi vel membro sive tali aliquo privaturi sint, sciscitantes etiam ex ipso gloriosissimo praefecto, si hoc quoque iis placuerit: ita ut accurate sententiam ferant, qua aut vita aut membro aliquo privetur qui transmissus* 1 *est. Quemadmodum autem spectabiles praetores plebis tantis muneribus honoravimus, cum eos et codicillis ex nostra manu proficiscentibus et annona et tanta appellatione et reliquis quae ante dicta sunt, dignati simus: ita ab iis flagitamus, ut nobis vicissim integritatem suam et vigilantiam in omnibus praestent, et ut omnia ratione aequa et iusta ac pura manu gerant. Nam si quid appareat illos delinquere et vel furari vel alios pati furtum facere neque vero omnibus modis persequi, ac morte quidem dignos punire, qui vero leviora commiserint ex hac magna urbe eo quo nos iusserimus expellere: sciant se de his rati-*

2 *καὶ ἄνδρας — ἀγαγεῖν om.* B^c ‖ 5 *αὐτῆς L* ‖ 8 *τριάκοντα] εἴκοσι B* ‖ *δὴ] δὲ L* ‖ 9 *sq. ταῖς διατ. — αὐτῶν om.* B^c ‖ 10 *δέοι et* 11 *τὸ πολίτευμα om.* ς ‖ 17 *ἀμείβειν] μὴ ἀμείβειν L μὲν ἀμείβειν Haloander* ‖ 24 *εἰ καὶ] καὶ εἰ L* ‖ *συνίδοιεν B] συνείδοιεν ML* (praeuiderit ς) ‖ *αὐτοὺς om. L* ‖ 25 *leg. τὴν ψῆφον τὴν ἢ?* ‖ 26 *ἀφαιρουμένων M ἀφαιρούμενον* B^c ‖ *τὴν παραπεμπομένην L* ‖ 28 *ἑαυτοῦς L* ‖ 36 *ἢ μὴ]* nisi (= *εἰ μὴ*) ς ‖ 38 *πράττοντας om.* B^c ‖ 39 *προστάξαιμεν Scrimger] προστάξοιμεν MLB*

1 honeratos *R* ‖ 2 eorum] ut eorum *vulg.* (*Gr.*) ‖ 4 consiliarum nostrum super eos iuditium *V* ‖ 7 asistebant *R* ‖ aut *V* ‖ uicini *R* ‖ 9 sequentes *V* ‖ sicubi] si ubi (*deinde spatium* 3—4 *litt.*) hi *V* sibi ubi hii *R* ‖ 10 detenuerint *V* detinuntur *R* detinentes et *vulg.* ‖ competi *R* ‖ ordini tradentes *vulg.* ‖ 11 aut *R* ‖ 12 semetipso *V* ‖ 13 nostram *R* ‖ 14 et *om.* V^a ‖ 15 *sq.* uelint si transmittantur *R* ‖ 19 huius felicissimae *R vulg.* ‖ 20 inquiratur *R* ‖ 21 eius *om. vulg.* (*Gr.*) ‖ 22 offerunt *R* ‖ suscitantes *R al.* ‖ 23 et *om. V* ‖ ipso domino glorioso praefecto *V* ‖ 24 subtilate R^1 ‖ 25 alicuius membrum *R al.* ‖ 26 quamadmodum *V* ‖ spectabilem *R* ‖ populorum *om. R* ‖ 28 faciente *V* ‖ manum R^1 ‖ 29 quae dudum *V*] dudum quae *R al.* ‖ 31 cuncti *R* ‖ 32 aequali et] aequalibet *R*, et *om.* V^a ‖ consitientia R^1 ‖ 33 apparuerit *R* ‖ aut furantes] auferentes *R* ‖ 35 quidem] quidem et *V* qui *R* ‖ mediocca *R* ‖ 36 haec *V* ‖ 37 perceperimus *R* percipiemus *V* ‖

ὑπὲρ τούτων ὑφέξουσι λόγον, οὐ θεῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν, καὶ ἔνοχοι γενήσονται καὶ ζημίᾳ πάσῃ τοῖς ὑπηκόοις συμβαινούσῃ καὶ τῇ παρ' ἡμῶν ἀγανακτήσει καὶ τῷ θᾶττον ἀτίμως ἐξεληλάσθαι τῆς ἀρχῆς· ἡμῶν διὰ τοῦτο καὶ πόνους ὑποστάντων καὶ δαπάνης μεγάλης ἀνεχομένων, ἵνα μή τινι τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἐπενεχθείη τις συκοφαντία καὶ χρημάτων ἢ ψυχῆς ἀπώλεια καὶ ὅσα τοιαῦτα καθέστηκεν, ἀλλὰ πάντα ὑπὸ κρίσιν γίνοιτο τὴν προσήκουσαν.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ταύτην οὖν ἅπαντες ἡμῶν τὴν βουλὴν διὰ τοῦδε τοῦ θείου κηρύγματός τε καὶ νόμου γινώσκοντες, καὶ ὅτι τῶν συμφερόντων ὑμῖν οὐδ' ὁτιοῦν παραλιμπάνομεν, τῆς ἡμετέρας ὑπερεύχεσθε βασιλείας, οὕτως ὑμῶν κηδομένης, οὕτως οἰκειουμένης τὰ ἐφ' ἑκάστῳ συμβαίνοντα, οὕτω τὴν πατρικὴν ἐφ' ἅπασιν ὑμῖν διατηρούσης πρόνοιαν.

Proponatur Constantinopoli civibus nostris.

Dat. [XVI.] id. Octobr. Constantinopoli [dn.] Belisario v. c. cons. ind. XIV. [*a.* 535.]

modi reddent rationem non deo solum, sed et nobis; rei fient et omni damno, quod subiectis contigerit, et nostra indignatione, ⟨et⟩ velociter cum infamia a dignitate nostra repelli. Propterea et labores sustinemus et expensis magnis adquiescimus, ut non alicui nostrorum subiectorum inferatur aliqua calumnia et pecuniarum aut animae perditio et quae talia constituta sunt, sed omnia cum examinatione fiant competenti.

⟨Epilogus.⟩ Hanc igitur omnes nostram voluntatem per hanc praeceptionem divinam et legem cognoscentes, et quia quod expedit vobis nullatenus derelinquimus, pro nostro orate imperio, sic vos tuente, sic vos proprios aestimante, quae in unoquoque contingunt, ita paternam in omnibus vobis custodiente providentiam.

Proponatur Constantinopolitanis civibus nostris.

ΙΔ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ ΕΙΝΑΙ ΠΟΡΝΟΒΟΣΚΟΥΣ ΕΝ ΜΗΔΕΝΙ ΤΟΠΩΙ ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Κωνσταντινουπολίταις.

⟨Προοίμιον.⟩ Καὶ τοῖς παλαιοῖς νόμοις καὶ τοῖς πρώην βεβασιλευκόσι σφόδρα μεμισημένον ἔδοξεν εἶναι τὸ τῆς πορνοβοσκίας ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα, καὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ πολλοὶ κατὰ τῶν τὰ τοιαῦτα πλημμελούντων ἐγράφησαν νόμοι. Ἡμεῖς δὲ καὶ τὰς ἤδη τεθειμένας κατὰ τῶν οὕτως ἀσεβούντων τιμωρίας ηὐξήσαμεν, καὶ εἴ τι παραλελειμμένον ἦν τοῖς πρὸ ἡμῶν, καὶ τοῦτο δι' ἑτέρων ἐπηνωρθωσάμεθα νόμων. καὶ ἔναγχος δὲ προσαγγελίας εἰς ἡμᾶς γενομένης πραγμάτων ἀσεβῶν ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις κατὰ

XIV. Coll. III tit. 1

R DE LENONIBUS R.

Imp. Iustinianus A. Constantinopolitanis.

⟨Praefatio.⟩ Et antiquis legibus et dudum imperantibus satis odibile visum est esse lenonum nomen et causam, in tantum ut etiam plurimae contra talia delinquentes scriberentur leges. Nos autem et dudum posita contra eos qui sic impie agunt supplicia auximus, et si quid relictum est a nostris praecessoribus, etiam hoc per alias correximus leges, et nuper interpellatione nobis facta re-

Nov. XIV (= *Coll. III tit.* 1: *gloss.*) *Graece extat in ML, maior pars* (*inde a* § 1) *in B* 60, 38, 2. — *Epit. Theod.* 14, *Athanas.* 12, 1. *Iulian. const. XXXI.*

---

onem reddituros non solum deo, sed etiam nobis, atque obnoxios futuros et omni damno, quod subditis eventurum sit, et indignationi nostrae et periculo ne celeriter cum infamia a potestate depellantur. Nimirum nos ideo et labores suscepimus et magnos sumptus sustinemus, ne cui ex subditis nostris calumnia ulla et pecuniae vitaeve amissio et quae sunt eiusmodi accidat, sed ut omnia iudicio convenienti subiciantur.

Epilogus. Omnes igitur cum hanc nostram voluntatem per hoc sacrum edictum et legem cognoscatis nec quicquam nos omnino eorum, quae vobis conducant, praetermittere, pro nostro imperio vota nuncupate, quod ita vobis prospiciat, ita quae de unoquoque accidant sibi vindicet, ita paternam de omnibus vobis providentiam conservet.

XIV.

NE LENONES SINT IN ULLO LOCO REIPUBLICAE ROMANAE.

Imp. Iustinianus A. Constantinopolitanis.

Praefatio. Et antiquis legibus et prioribus imperatoribus lenocinii et nomen et res admodum exosa visa sunt, adeo ut multae leges in eos, qui talia committerent, scriberentur. Nos autem et poenas illis qui ita nefarie agunt iam propositas auximus, et si quid ab iis qui ante nos fuerunt praetermissum erat, id quoque per alias leges emendavimus. Atque nuper denuntiatione nobis facta de impiis facinori-

---

1 *τούτον L* huiusmodi *ς* ‖ 2 *sq. πᾶσι τοῖς ὑπ. συμβαινούσι* (*sic*) *L* ‖ 4 *τῷ*] *τῶν L* ‖ 5 *ὑποστάτων L* ‖ 9 *γένοιτο B* ‖ 13 *ὑπερεύχεσθαι ML* ‖ 14 *ἡμῶν M* ‖ 17 *sq. subscr. om. L* ‖ Constantinup̊ *M* ‖ nostaris *M* ‖ 18 XVI id. Octobr. *M* *εἰδ. ὀκτωβρίων Ath., μηνὶ ὀκτωβρίῳ Theod., om. Iul.* ‖ Constantinu*πόλει* on̄. dn̄. bilisario *M* ‖ XIV] *ιδ M* ‖ 21 *inscr. περὶ πορνοβοσκῶν Theod., Ath. ς* (*τὴν περὶ τῶν πορνοβοσκῶν νεαρὰν cit. Anon. BΣ II p.* 435), de lenonibus tollendis *Iulian.* ‖ 22 *μηδ' ἑνὶ M* ‖ 24 *ἰουστιανὸς L* ‖ 28 *κατὰ τοσοῦτον ς* ‖ 33 *ἐπανορθωσάμεθα L* ‖ 35 *αἰτίαις*] *ἀτημίαις L*

1 rationem *om. R* ‖ et *om. R* ‖ 2 et *ante* rei *add. vulg.* ‖ fient] fuerit *RV* ‖ omni] īō (*i. e.* ideo) *R* ‖ contigitur *R* ‖ 3 nostrae indignationi *vulg.* ‖ et *add. vulg.* ‖ uolociter *V* ‖ 4 nostra dignitate *R al.* ‖ 5 expressis *R* ‖ 7 aut *om. R* ‖ 8 cum] eum *V* ‖ 11 perceptionem *V* ‖ 14 tuentem *RV al.* ‖ sic] si *V* ‖ proprio *R. Leg.* sic propria? ‖ estimantem *RV al.* ‖ unoquoque] uno *R* ‖ 15 ita *om. R* ‖ 16 custodientes *V al.* custodientibus *R* ‖ 17 proponantur *R* ‖ ciuitatibus *V* ‖ 28 causa *vulg.* ‖ ut] et *R*[1] ‖ 29 scribentur *R*[1] ‖ 31 a nostris] auris *V*[1] ‖ 32 haec *V* ‖ 33 interpellationem *R*[1] ‖ nobis — impiarum (106, 1) *suppl.* *V*[2] *in spat. vac.*

ταύτην τὴν μεγάλην ἁμαρτανομένων πόλιν, τὸ πρᾶγμα οὐ περιείδομεν. Ἔγνωμεν γάρ τινας ζῆν μὲν ἀτόπως, ἐκ δὲ αἰτιῶν χαλεπῶν τε καὶ μεμισημένων πρόφασιν ἑαυτοῖς μιαρῶν ἐξευρίσκειν κερδῶν· περινοστεῖν γὰρ χώρας τε καὶ τόπους πολλοὺς καὶ νέας ἐλεεινὰς δελεάζειν, προτεινομένους ὑποδήματά τε καὶ ἐσθῆτά τινα, καὶ τούτοις θηρεύειν αὐτὰς καὶ ἄγειν εἰς τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν καὶ ἔχειν καθειργμένας ἐν ταῖς ἑαυτῶν καταγωγαῖς καὶ τροφῆς αὐταῖς ἐλεεινῆς μεταδιδόναι καὶ ἐσθήματος, καὶ ἐντεῦθεν ἐκδιδόναι πρὸς ἀσέλγειαν αὐτὰς τοῖς βουλομένοις· καὶ πάντα πόρον ἄθλιον ἐκ τοῦ σώματος αὐτῶν προσγινόμενον αὐτοὺς λαμβάνειν, καὶ ποιεῖσθαι συγγραφάς, ὡς ἐπὶ χρόνον, ὃν αὐτοῖς δόξειε, προσεδρεύσουσι τὴν ἀσεβῆ τε καὶ ἀνοσίαν ταύτην αὐτοῖς λειτουργίαν πληροῦσαι· τινὰς δὲ αὐτῶν καὶ ἐγγυητὰς ἀπαιτεῖν. ὥστε τοσαύτην γενέσθαι τὴν τοῦ πράγματος ἀτοπίαν, ὡς ἐν πάσῃ σχεδὸν τῇ βασιλίδι ταύτῃ πόλει καὶ ἐν τοῖς περάμασιν αὐτῆς, καὶ τὸ δὴ χείριστον καὶ πλησίον τῶν ἱερῶν τόπων καὶ τῶν σεβασμιωτάτων οἴκων τὰς τοιαύτας αὐτοῖς εἶναι καταγωγάς· καὶ πράγματα οὕτως ἀσεβῆ καὶ παράνομα ἐπὶ τῶν ἡμετέρων τολμᾶσθαι χρόνων, ὥστε καί τινας ἐλεοῦντας αὐτὰς ἀναστῆσαι τῆς ἐργασίας ταύτης πολλάκις βουληθῆναι καὶ πρὸς νόμιμον ἄγεσθαι συνοικέσιον, τοὺς δὲ οὐκ ἐφιέναι. ἐνίους δὲ οὕτως ἀνοσίους καθεστάναι, ὥστε κόρας οὐδὲ τὸν δεκαστῆ ἀγούσας ἐνιαυτὸν εἰς ἐπικίνδυνον κατάγειν φθοράν. ὥστε καί τινας χρυσίον δόντας οὐ μέτριον μόλις ἐκεῖθεν ἐξωνήσασθαι τὰς ταλαιπώρους καὶ γάμῳ συναρμόσαι σώφρονι. καὶ τρόπους εἶναι μυρίους, οὓς οὐκ ἄν τις ἰσχύσειε λόγῳ περιλαβεῖν, εἰς δεινὴν ἀοριστίαν ἐξενεχθέντος τοῦ τοιούτου κακοῦ, ὡς πρότερον μὲν ἐν ἐλαχίστοις μέρεσι τῆς πόλεως εἶναι, νῦν δὲ αὐτήν τε καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ἅπαντα μεστὰ τῶν τοιούτων γενέσθαι κακῶν. Ταῦτα τοίνυν πρώην μέν τις ἡμῖν ἐν ἀπορρήτῳ προσήγγειλεν, εἶτα καὶ ἔναγχος οἱ μεγαλοπρεπέστατοι πραίτωρες παρ' ἡμῶν τὰ τοιαῦτα ἀναζητεῖν ἐπιτραπέντες αὐτὰ ταῦτα εἰς ἡμᾶς ἤγαγον. ἅμα τε οὖν ἠκούσαμεν τούτων, ᾠήθημεν χρῆναι θεῷ τὴν τοιαύτην ἀναθεῖναι πρᾶξιν καὶ θᾶττον ἀπαλλάξαι μύσους τοιούτου τὴν πόλιν.

1 Θεσπίζομεν τοίνυν πάντας μέν, καθ' ὅσον εἰσὶ

rum impiarum pro talibus negotiis in hac maxima civitate commissis causam non despeximus. Agnovimus enim quosdam vivere quidem illicite, ex causis autem crudelibus et odiosis occasionem sibimet nefandorum invenire lucrorum, et circuire provincias et loca plurima et iuvenculas miserandas decipere promittentes calciamenta et vestimenta quaedam, et his venari eas et deducere ad hanc felicissimam civitatem et habere constitutas in suis habitationibus et cibum eis miserandum dare et vestem et deinceps tradere ad luxuriam eas volentibus, et omnem quaestum miserabilem ex corpore earum accedentem ipsos accipere et celebrare conscriptiones, quia usque ad tempus, quod eis placuerit, observabunt impiam et scelestam hanc functionem implentes; quasdam vero earum etiam fideiussores expetere. Et in tantum procedere illicitam actionem, ut omni paene in hac regia civitate et in transmarinis eius locis et (quod deterius est) iuxta sacratissima loca et venerabiles domos tales sint habitationes, et causae sic impiae et iniquae sub nostris temporibus praesumantur, ita ut etiam quosdam miserantes earum et abducere a tali operatione crebro volentes et ad legitimum deducere matrimonium non sinerent. Quosdam autem sic scelestos existere, ut puellas nec decimum agentes annum ad periculosam deponerent corruptionem; et quosdam aurum dantes non parvum vix inde redemisse miseras, et nuptiis copulasse castis. Esse etiam decies milies modos, quos nullus praevaleret sermone comprehendere, cum ad infinitam crudelitatem perductum sit tale malum: ita ut primum quidem in ultimis partibus civitatis esset, nunc autem et ipsa et quae circa eam sunt omnia plena talium sint malorum. Haec igitur dudum quidem aliquis nobis secrete denuntiavit, deinde etiam nuper magnificentissimi praetores a nobis talia requirere praecepti haec eadem ad nos retulerunt: moxque audivimus et iudicavimus oportere deo huiusmodi commendare causam et velociter liberare tali scelere civitatem.

1 Sancimus igitur omnes quidem secundum quod

bus, quae ex eiusmodi causis in hac magna urbe committuntur, eam rem non neglEximus. Comperimus enim esse, qui cum improbe vivant, tum ex gravibus atque exosis causis occasionem nefarii lucri sibi reperiant: nimirum circumire eos provincias et loca multa, ac miseras puellas inescare calceamentis et vestimento promissis, hisque venari eas et ad hanc felicem urbem deducere ac tenere inclusas in ipsorum deversoriis et cibum iis miserum et vestem praebere indeque ad libidinem eas tradere cuivis volenti: atque omnem quaestum malum ex corpore illarum redeuntem ipsos accipere, et syngraphis factis cogere eas in tempus, quod ipsis placuerit, assiduo impium hoc et scelestum ministerium sibi praestare; quosdam vero ab illis etiam fideiussores exigere. Unde tantam rei evasisse immanitatem, ut per totam fere hanc regiam urbem et in traiectibus eius, quodque pessimum est, etiam prope loca sacra et venerabiles aedes talia iis sint deversoria. Ac facinora tam impia et illicita nostris temporibus perpetrari, ut etiam cum quidam misericordia moti eas a tali quaestu nonnumquam removere et in legitimum matrimonium ducere vellent, illi non permitterent. Nonnullos vero adeo sceleratos extitisse, ut puellas ne decimum quidem agentes annum in stupra periculosa inducerent. Itaque quosdam pecunia non modica data aegre inde miseras illas redemisse et honestis nuptiis secum coniunxisse. Atque sescentos esse modos, quos haud facile quisquam oratione complecti possit, huiusmodi malo in immensum importune aucto: ut cum antea non esset nisi in exiguis partibus urbis, nunc et ipsa et quae circa eam sunt loca omnia plena sint eiusmodi malis. Haec quidem prius nobis in secreto aliquis nuntiavit, deinde etiam nuper magnificentissimi praetores in talia inquirere a nobis iussi eadem haec ad nos rettulerunt. Nos igitur simulatque haec audivimus, deo hanc

1 *operam consecrandam et civitatem cito tali pesti liberandam esse existimavimus. Sancimus igitur,*

2 περιείδομεν *M*] περίδωμεν L^1 παρίδωμεν L^2 ‖ ζῆν] ζῶ L^1 ‖ μὲν *om.* *L* ‖ ἀτόπους L^1 ‖ 5 πολιοὺς *M* ‖ 6 ἐσθῆτι L^a ‖ 8 ἔχει *M* ‖ 9 αὐτῶν *L* ‖ 14 *προσεδρεύσουσι (ϛ)] προσεδρεύουσι *ML* ‖ 15 αὐτοῖς *om.* ϛ ‖ 18 ταύτῃ *om.* *L* ‖ 21 αὐτοῖς *om.* ϛ ‖ 23 αὐτοὺς L^1 ‖ 24 ταύτης] tali ϛ ‖ 26 οὗ τοὺς L^1 ‖ 27 δεκαστῆ *ML*] δέκατον *Haloander* (ϛ) ‖ 29 τοὺς L^1 ‖ 33 ἐν ἐλαχίστοις (ἐν ελεχίστης L^1)] in ultimis (*i. e.* ἐσχάτοις) ϛ ‖ 34 αὐτοῖς τὲ L^1 ‖ 35 *μεστὰ (ϛ)] μετὰ *ML* ‖ 39 οὖν] ὢν *L* ‖ τούτων *om.* *L* ‖ 40 χρῆναι L^2 ‖ ἀναθῆναι *L* ἀνευθεῖναι (ἀνευθῆναι M^a) *M* ἀνευθῦναι *Scrimger* ‖ 42 μὲν *om.* *L*

4 autem] aut *V* ‖ occasione *V* ‖ sibiment R^1 ‖ 5 circum re R^1 ‖ 7 *sq.* et (*om.* V^a) in his *V* ‖ 8 uenerari R^1 ‖ 10 ei miserandum V^2 enumerandum? V^1 ‖ 11 eas] eis *V* tradereas R^a ‖ 15 quosdam? R^1 ‖ 16 etiam *om.* R^1 ‖ 17 paene] pē· V^1 ‖ in *ante* omni *transposuit* V^2 *vulg.* ‖ 18 ciuitate] ciui R^1 ‖ 19 loca et miserabiles (et misera V^2 *in ras.*) *V* ‖ 21 et *om.* *RV* ‖ iniquae *om.* R^1 ‖ 22 ut *om.* V^1 ‖ ab *R* ‖ 23 crebo *R*V^1 ‖ legitimam *V* ‖ 24 quosdam autem sic scelestos *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 27 redimisse *R* ‖ 29 deciens *V* ‖ mille *vulg.* ‖ nullu· V^1 ‖ praeualeret] ualet *corr.* R^2 ‖ 30 sermonem V^1 sermo V^2 *vulg.* ‖ finitam *R* ‖ credulitatem V^1 ‖ 33 eam *vulg.*] ea *RVT* ‖ omnia] loca *s. v. add.* R^2 ‖ 34 sunt *V* ‖ 34 *sq.* aliquis nobis quidem *R* ‖ 36 praetoris V^1 ‖ 37 praeceptis R^1 ‖ 37 mox quae audimusmus (*sic*) *V* ‖ 39 scelere] sēde (*i. e.* secunde) R^1

δυνατοί, σωφροσύνην ἄγειν, ἥτις καὶ μόνη θεῷ μετὰ παρρησίας δυνατὴ καθέστηκεν ἀνθρώπων παραστῆσαι ψυχάς. Ἐπειδὴ δὲ πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα, τὸ γοῦν σὺν τέχνῃ καὶ δόλῳ καὶ ἀνάγκῃ τινὰς εἰς τοιαύτην ἀσέλγειαν ἄγεσθαι πᾶσι κωλύομεν τρόποις· καὶ μηδενὶ παρρησίαν εἶναι πορνοβοσκεῖν καὶ ἐπ' οἰκήματος ἔχειν γυναῖκας, ἢ καὶ δημοσίᾳ προϊστᾶν ἐπ' ἀσελγείᾳ, ἢ ἀντ' ἄλλης τινὸς πραγματείας τὰ τοιαῦτα ἐμπορεύεσθαι, μηδὲ συγγραφὰς ἐπὶ τούτῳ λαμβάνειν μηδὲ ἐγγυητὰς ἀπαιτεῖν μηδὲ τοιοῦτόν τι πράττειν ὅπερ ἀναγκάζει τὰς ταλαιπώρους καὶ ἀκούσας τὴν ἑαυτῶν σωφροσύνην καταισχύνειν, μηδὲ ἐλπίζειν ὡς ἔξεστι τὸ λοιπὸν αὐτοῖς ἐσθημάτων δόσει ἢ καὶ κοσμίων τυχὸν ἢ τροφαῖς δελεάζειν αὐτὰς εἰς τὸ καὶ ἀκούσας προσκαρτερεῖν. Οὐ γὰρ συγχωροῦμεν οὐδ' ὁτιοῦν γίνεσθαι τοιοῦτον· ἀλλὰ καὶ νῦν ἅπαντα ταῦτα ἐν βραχεῖ τῆς προσηκούσης ἠξιώσαμεν θεραπείας, παρασκευάσαντες καὶ ἀναδοθῆναι αὐταῖς πᾶσαν ἣν ἔτυχον ἀσφάλειαν προφάσει τοῦ τοιούτου μύσους ἐκθέμεναι, καὶ οὐδὲ συνεχωρήσαμεν τοὺς ἀνοσίους πορνοβοσκούς, εἴ τι δεδώκασιν αὐταῖς, τοῦτο παρ' αὐτῶν ἀφελέσθαι. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς πορνοβοσκοὺς ἔξω ταύτης γενέσθαι τῆς εὐδαίμονος παρεκελευσάμεθα πόλεως, ὡς ὀλεθρίους καὶ κοινοὺς λυμεῶνας τῆς σωφροσύνης γινομένους, καὶ ἐλευθέρας τε καὶ θεραπαίνας περιεργαζομένους καὶ κατάγοντας εἰς τὴν τοιαύτην ἀνάγκην καὶ δελεάζοντας καὶ ἔχοντας παρατρεφομένας εἰς πᾶσαν αἰσχύνην. Προαγορεύομεν δὲ ὡς, εἴ τις τοῦ λοιποῦ τολμήσειεν ἄκουσαν κόρην λαβεῖν καὶ ἔχειν πρὸς ἀνάγκης ἀποτρεφομένην τε καὶ ἐκ πορνείας αὐτῷ προσάγουσαν πόρους, τοῦτον ἀνάγκῃ παρὰ τῶν περιβλέπτων πραιτώρων τοῦ δήμου τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως συνεχόμενον τὰς πασῶν ἐσχάτας ὑπομένειν ποινάς. εἰ γὰρ τῶν χρηματικῶν αὐτοὺς κλοπῶν καὶ λῃστειῶν ἐπανορθωτὰς προὐβαλλόμεθα, πῶς οὐ πολλῷ μᾶλλον τὴν τῆς σωφροσύνης κλοπήν τε καὶ λῃστείαν αὐτοῖς ἀπελαύνειν ἐφήσομεν; Εἰ δὲ καί τις ἀνάσχοιτο ἐν τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ τινὰ πορνοβοσκοῦντα καὶ τοιαύτης προϊστάμενον ἐργασίας ἔχειν καὶ μὴ ταῦτα προσαγγελθέντα μαθὼν τῆς οἰκήσεως αὐτὸν ἐξελάσειεν, ἴστω καὶ decem librarum auri ὑποστησόμενος ποινὴν καὶ περὶ αὐτὴν κινδυνεύσων τὴν οἴκησιν. Εἰ δὲ καὶ

possint castitatem agere, quae etiam sola deo cum fiducia possibilis est hominum animas praesentare. Quia vero plurima sunt humana, cum arte et dolo et necessitate quaslibet ad talium luxuriam deduci omnibus prohibemus modis, et nulli fiduciam esse pascere meretricem et in domo habere mulieres aut publice prostituere ad luxuriam, et pro alio quodam negotio talia mercari, neque conscriptiones super hoc percipere neque fideiussores exigere nec aliquid tale agere, quod cogat miseras et invitas suam castitatem confundere, neque sperare quia licebit de cetero eis vestium donatione aut ornamentorum forsan aut alimenti decipere, ut etiam invitae sustineant. Non enim permittimus quicquam fieri tale, sed etiam nunc omnia talia breviter competenti cura disposuimus, statuentes etiam reddi eis omnem quam contigit cautionem occasione sceleris huius exponi; et neque permisimus scelestos lenones, si quid dederunt eis, hoc ab eis auferre: sed etiam ipsos lenones iussimus extra hanc fieri felicissimam civitatem tamquam pestiferos et communes vastatores castitatis factos, et liberas ancillasque requirentes et deducentes ad huiusmodi necessitatem et decipientes et habentes educatas ad universam confusionem. Praeconamus itaque quia, si quis de cetero praesumpserit invitam puellam sumere et habere ad necessitatem nutritam et fornicationis sibi deferentem quaestum, hunc necesse est ab spectabilibus praetoribus populi huius felicissimae civitatis comprehensum omnium novissima sustinere supplicia. Si enim pecuniarum eos furtorum et latrociniorum emendatores elegimus, quomodo non multo magis castitatis furtum et latrocinium eos cohercere permittimus? Si quis autem patiatur in sua domo quendam lenonem et huiusmodi praepositum operationis habere et haec denuntiata cognoscens non de domo sua expulerit, sciat etiam decem librarum auri sustinere poenam et circa ipsam periclitaturum habitationem. Si quis autem conscriptionem de ce-

ut omnes quantum possint pudicitiam colant, quae quidem sola deo hominum animas cum fiducia commendare possit. Quoniam vero humana sunt multa, certe ne quae arte et dolo et vi ad talem impudicitiam trahantur, omni modo prohibemus. Neque cuiquam licebit lenocinium exercere et in domo sua habere mulieres vel etiam publice prostituere libidinis causa, aut alius nescio cuius negotiationis vice talia commercia contrahere, neque syngraphas eo nomine accipere neque fideiussores exigere neque eiusmodi quicquam agere quo miserae et invitae suam pudicitiam polluere cogantur, neque sperare in posterum sibi licere vestimentorum vel forte etiam ornamentorum datione vel alimentis eas ita inescare, ut etiam invitae perseverent. Neque enim permittimus, ut quicquam fiat tale: verum nunc quoque haec omnia breviter opportuno remedio impertivimus, cum omnem quam huius probri nomine praestiterunt cautionem puellis illis reddendam curaremus; ac ne id quidem concessimus, ut nefarii lenones, si quid illis dederunt, id ab iis auferrent. Immo ipsos lenones ex hac felici urbe discedere iussimus tamquam perniciosos homines et communes pudicitiae corruptores, qui tam liberas quam servas sollicitent et in eiusmodi necessitatem deducant atque inescent habeantque alumnas ad omnem turpitudinem. Edicimus autem, si quis posthac ausus sit invitam puellam capere et per vim habere alendam et ex meretricio quaestum ipsi paraturam: ei a spectabilibus praetoribus plebis huius felicis urbis comprehenso extremas omnium poenas esse subeundas. Nam si illos pecuniariorum furtorum et rapinarum vindices instituimus, quidni multo magis pudicitiae furtum et rapinas iis expellenda committamus? Quodsi quis etiam in domo sua sinat aliquem habere lenocinium exercentem et eiusmodi quaestum administrantem, ac non his nuntiatis et compertis eum domicilio expellat, sciat se et decem librarum auri poenam subiturum et de ipso domicilio periclitaturum. Quodsi quis etiam posthac syngrapham hoc nomine accipere vel fideiussorem

2 δυνατὸν *L* ‖ 7 ἢ καὶ] καὶ *om. B* ‖ 9 ἐπὶ τοῦτο L^1 ‖ 11 ἑαυτῶν *LB*] αὐτῶν *M* ‖ 14 τυχεῖν *L* ‖ 17 παρασκευάσαντας *L* ‖ 18 αὐτᾶς L^1 αὐτὰς L^2 ‖ 19 τοῦ τοιούτου] huius ς ‖ ἐκθέμενοι *B* ‖ 21 τοῦτο• παρ' αὐτὸν L^1 ‖ 23 παρακελευσάμεθα *L* ‖ 25 γενομένους *B* ‖ 27 ἀναστρεφομένους *B* ‖ 28 προσαγορεύομεν *M* ‖ 29 κόρη L^1 ‖ 33 πασῶν *del.* L^2 ‖ 35 προὐβαλόμεθα *B* ‖ 36 τὴν *om. M* ‖ 38 πορνοβοσκὸν *B* ‖ 40 τῆς] τῶν *L* ‖ αὐτῶν ἐξηλάσειεν *L* ‖ 41 decem libparum auri *M*, δέκα λιτρῶν (λίτρας *L*) χρυσίου *M s. v.*, *LB* ‖ ὑποστησόμενον L^a ‖ ποινὴν ὑποστησόμενος *B* ‖ 42 κινδυνεύων *L* ‖ καὶ *om. L*

2 possibile V^1 ‖ 3 artem R^1 ‖ 5 fidutiam esse pascere mere R^2 *in ras.* ‖ 7 ad] aut *V* ‖ 10 inuitas] mutas R^1 ‖ 11 confundere] •fundere V^1 ‖ quia licebit R^2 *in ras.* ‖ 12 ei *V* eius *T* ‖ datione *vulg.* ‖ armentorum R^1 ‖ 13 alimentis *T* (*Gr.*) ‖ ut] aut R^1 ‖ mutae R^1 ‖ 16 quam *om.* V^1 *spat. vac. relicto* ‖ 17 contigit *R*] contingit *VT* contigerit *vulg.* ‖ occasionem R^1V^1 ‖ 18 dederint *R* ‖ 20 hanc felicissimam ciuitatem fieri *R* ‖ 21 uastores *R* ‖ 26 inutam *R* ‖ pulam R^1 ‖ ad *om.* V^1 ‖ 27 fornicationes R^1 ‖ deferente *V* ‖ 30 omnium *T*] omnia *V vulg.*, omnibus *R* ‖ 31 pecuniariorum *vulg.* ‖ latrocinorum *V* ‖ 32 elegimus *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 33 permittemus *vulg.* ‖ 35 quandam *RV* ‖ propositum *R* ‖ 36 de domo RV^2] demo V^1 domo V^2 ‖ 37 expullerit *R* ‖ etiam] et *vulg.* ‖ 39 habitatione R^1 ‖ de cetero conscriptionem *V*

τις συγγραφὴν τὸ λοιπὸν ἐπὶ τούτοις τολμήσειε λαβεῖν ἢ ἐγγυητήν, ἴστω μηδὲν μὲν ὄφελος τῆς τοιαύτης ἔχων ἐγγύης ἤτοι συγγραφῆς. καὶ γὰρ ὁ μὲν ἐγγυητὴς ἔνοχος οὐκ ἔσται, ἡ δέ γε συγγραφὴ παντοίως ἄκυρος μενεῖ· καὶ αὐτός, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, τὴν εἰς τὸ σῶμα τιμωρίαν ὑποστήσεται καὶ τῆς μεγάλης ταύτης ὡς πορρωτάτω πόλεως ἐξελαθήσεται. Τὰς γὰρ δὴ γυναῖκας σωφρονεῖν μὲν βουλόμεθά τε καὶ εὐχόμεθα, μὴ μὴν ἀκούσας εἰς ἀσελγῆ βίον κατάγεσθαι μηδὲ ἀσεβεῖν ἀναγκάζεσθαι. πᾶσαν γὰρ πορνοβοσκίαν καὶ γίνεσθαι κωλύομεν καὶ γενομένην κολάζομεν, διαφερόντως μὲν ἐπὶ ταύτης τῆς εὐδαίμονος πόλεως καὶ ἐν τῇ ταύτης περιοικίδι, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ἐν τοῖς ἔξω τόποις ἅπασι τοῖς τε ἐξ ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας οὖσι πολιτείας τοῖς τε νῦν παρὰ τοῦ δεσπότου θεοῦ δεδωρημένοις ἡμῖν· καὶ μάλιστά γε ἐν ἐκείνοις, διότι τὰς τοῦ θεοῦ δωρεάς, ἃς περὶ τὴν ἡμετέραν ἐποιήσατο πολιτείαν, βουλόμεθα φυλάττεσθαι καθαρὰς πάσης τοιαύτης ἀνάγκης καὶ τῆς παρὰ τοῦ δεσπότου θεοῦ περὶ ἡμᾶς δωρεᾶς εἶναί τε καὶ διαμένειν ἀξίας. Πεπιστεύκαμεν γὰρ εἰς τὸν δεσπότην θεὸν καὶ ἐκ ταύτης ἡμῶν τῆς περὶ τὴν σωφροσύνην σπουδῆς μεγάλην ἔσεσθαι τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ προσθήκην, τοῦ θεοῦ πάντα ἡμῖν αἴσια διὰ τῶν τοιούτων παρεχομένου πράξεων.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ὅπως ἂν οὖν ὑμεῖς πρῶτοι οἱ ἡμέτεροι πολῖται τῆς σώφρονος ἡμῶν ἀπολαύσαιτε διατυπώσεως, διὰ τοῦτο τῷδε τῷ θείῳ κηρύγματι χρώμεθα· ὅπως ἂν εἰδείητε τὴν ἡμετέραν περὶ ὑμᾶς σπουδὴν καὶ τὸν περὶ τὴν σωφροσύνην τε καὶ εὐσέβειαν πόνον ἡμῶν, δι' ὧν ἐν ἅπασιν ἀγαθοῖς φυλαχθήσεσθαι τὴν ἡμετέραν πολιτείαν ἐλπίζομεν.

tero in talibus praesumpserit aut fideiussorem accipere, sciat nullam quidem se utililatem huiusmodi fideiussionis aut conscriptionis habere. Etenim fideiussor quidem obligatus non erit, conscriptio vero omnino invalida manebit; et ipse, sicut praediximus, in corpore supplicium sustinebit et magna hac longissime civitate expelletur. Mulieres itaque caste quidem vivere volumus et oramus, non autem invitas ad luxuriosam vitam deduci nec impie agere cogi. Omnino enim lenocinium et fieri prohibemus et factum punimus, praecipue quidem in hac felicissima civitate et in eius circuitu, nihilominus autem et in locis foris positis omnibus, et quae ab initio nostrae sunt reipublicae et quae nunc a domino deo donata sunt nobis, et maxime in illis, eo quod dei dona, quae circa nostram fecit rempublicam, volumus conservari pura ab omni tali necessitate, et domini dei circa nos munere esse et permanere digna. Credimus enim in domino deo etiam ex hoc nostro circa castitatem studio magnum fieri nostrae reipublicae incrementum, deo nobis omnia prospera per talia opera conferente.

⟨Epilogus.⟩ Quatenus ergo vos primi nostri cives casta [a] nostra fruamini dispositione, propterea hac praedicatione sacra utimur, ut sciatis nostrum circa vos studium ⟨et⟩ circa castitatem atque pietatem labores nostros, per quos in omnibus bonis custodiri nostram rempublicam speramus.

Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ μετὰ τῆς παραλλαγῆς ταύτης·

Ὅπως ἂν ἅπασι ταῦτα γένοιτο φανερὰ τοῖς τὴν ἡμετέραν ἔχουσι πολιτείαν, ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τόνδε ἡμῶν δεξαμένη τὸν νόμον ἐν ἁπάσῃ τῇ ὑπηκόῳ διὰ προσταγμάτων οἰκείων τοῦτον ἅπασι φανερὸν καταστησάτω· ὡς ἂν μὴ μόνον ἐπὶ ταύτης τῆς εὐδαίμονος

Scriptum exemplar gloriosissimo magistro, in quo adiectum est:

Ut ergo omnibus haec fiant manifesta in nostra habitantibus republica, tua sublimitas hanc nostram suscipiens sacram legem, in omni dicione praeceptis propriis eam universis insinuet; ⟨ut⟩ non solum in

---

ausus sit, sciat se nihil commodi ex eiusmodi fideiussione aut syngrapha percepturum esse. Namque nec fideiussor erit obligatus et syngrapha plane irrita manebit: et ipse, sicut ante diximus, corporis castigationem subibit et ex hac magna urbe quam longissime expelletur. Mulieres enim ut pudicae sint, et volumus et optamus, neque vero ut invitae ad libidinosam vitam deducantur neque ut impie se gerere cogantur. Nam omne lenocinium et ne fiat prohibemus et factum punimus, ac praecipue in hac felici urbe eiusque territorio, verum non minus etiam in locis extra eam omnibus tam quae ab initio nostrae sunt reipublicae quam quae nunc a domino deo donata sunt nobis, et vel maxime in his, quoniam dei dona, quae in nostram contulit rempublicam, integra ab omni eiusmodi necessitate servari volumus et domini dei erga nos beneficio digna et esse et manere. Confidimus enim domino deo etiam ex hoc nostro de pudicitia studio magnum futurum esse reipublicae nostrae incrementum, cum deus fausta omnia nobis propter eiusmodi actiones largiturus sit.

Epilogus. Iam ut primi vos nostri cives pudica nostra constitutione fruamini, ideo hoc sacro edicto utimur: quo cognoscatis nostrum erga vos studium et de pudicitia et pietate laborem, per quae in omni felicitate conservatum iri nostram rempublicam speramus.

Scriptum est exemplar gloriosissimo magistro cum hac mutatione:

Ut omnibus, qui in republica nostra habitant, haec manifesta fiant, tua summitas hac lege nostra accepta in omni dicione nostra propriis mandatis eam omnibus manifestam reddat: ut non solum in

---

1 *τινες B* ‖ *τοῦ λοιποῦ LB* ‖ *τολμήσειαν λαβεῖν ἢ ἐγγυητάς, ἴστωσαν μηδὲν ὄφελος τ. τ. ἔχοντες ἐγγυήσεως B* ‖ 2 *ὄφελος om. L* ‖ 3 *ἔχειν* (*ἔχην L*[1]) *L* ‖ 4 *γε om. B* ‖ 9 *μὴ μὴν om. L* (*μὴ post βίον inseruit L*[2]) ‖ *ἀκούσασι L* ‖ 11 *καὶ γενομένην κολάζομεν om. L* ‖ 19 *πάσης τῆς τοιαύτης B* ‖ 22 *θεὸν*] *χριστὸν B* ‖ 24 *πάντα*] *παν•• L*[a] ‖ 26 *ἡμεῖς L*[1] ‖ 27 **ἀπολαύσοιτε MB ἀπολαύσειτε L*[1] *ἀπολαύσητε L*[2] ‖ 28 *τῷδε*] *δὲ L* ‖ 29 *ἡμετέραν* — 32 *τὴν bis scr.* (*sed ὑμετέραν περὶ ἡμᾶς priore loco*) *M* ‖ 30 *τὸν*] *τὴν L* ‖ 31 *πόνων L*[1] ‖ *πόνον, δι' ὃν* (*om. ἡμῶν*) *B* ‖ 34 *μετὰ τῆς παραλλαγῆς ταύτης*] in quo adiectum est ς ‖ 37 *δεχομένη L* ‖ *τὸν νόμον*] sacram legem (*i. e. τὸν θεῖον νόμον*) ς

1 fideiussores *V* ‖ *acceperit *libri* ‖ 2 quidem nullam *V* ‖ 4 obligatus non erit *bis scr. R*[1] ‖ erit *suppl. V*[2] *in spat. vac.* ‖ 7 ciuitatis *R*[1] ‖ expellitur *R* ‖ 8 non] nos *R*[a] ‖ 10 enim *om. R*[1] ‖ 12 autem et] aut *V* ‖ 13 et *post* omnibus *om. V* ‖ tio nostrae sunt — uolumus (16) *scr. R*[2] *in ras. 2 versuum* ‖ 15 dedicata sunt ạ (*sic*) nobis *V* ‖ 17 puram ab omnibus *R* ‖ 18 *munera *libri* ‖ esse et] et *om. R*[1] ‖ 21 crementum *R*[1]*V*[1] ‖ 22 inferente *V* ‖ 26 erga *RVT* ‖ 27 a *R*[1]*T* ac *V* hac *vulgo. Seclusi* ‖ 28 praedicatione sacra *RV*] sacra praedicatione *vulg.* ‖ 29 et *addidi* ‖ 31 custodire *V* ‖ 33 magistro *add. V*[2] *in spat. vac.* ‖ 35 in nostram habitantibus rempublicam *RV* ‖ 37 dictione *R*[1]*V* ‖ 38 ut *add. vulg.*

πόλεως, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἔξω φυλάττοιτο τόποις, τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων θεῷ ἀντ' ἄλλης τινὸς εὐωδίας προσαγόμενος.

Dat. k. Dec. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535.]

hac felicissima civitate, sed etiam in provinciarum custodiatur locis, domino omnium deo pro alio quodam odore suavitatis oblata.

Dat. k. Dec. CP. Belisario v. c. cons.

ΙΕ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΚΔΙΚΩΝ.

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp.⟨II.⟩

⟨*Προοίμιον.*⟩ *Εἰ μὴ θᾶττον ἐπανάγοιμεν καὶ τὸ φρόντισμα τῶν ἐκδίκων εἰς τὴν προσήκουσαν τάξιν, οὐδὲ αὐτῆς ἔτι τῆς τῶν παλαιῶν ὀνομάτων εὐπορήσομεν ἀληθείας. ἄλλοις μὲν γὰρ ἄλλα δέδοται παρὰ τῆς παλαιότητος ὀνόματα σημαντικὰ σαφῶς τῶν πραγμάτων, τουτὶ δὲ τὸ τῶν ἐκδίκων καθαρῶς ἀποφαίνει τὸ τὴν ἀρχαιότητά τινας ἐπιστῆσαι τοῖς πράγμασιν, οἵπερ ἐκ πάσης αὐτὰ τῆς ἀδικίας ἐκδικήσουσιν ἐλεύθερα. τοιγαροῦν καὶ διὰ τοῦτο τῇ πατρίῳ φωνῇ δεφένσωρας αὐτοὺς καλοῦμεν, ὅπως ἂν ἀπαλλάξαιεν κακῶν τοὺς ἀδικουμένους. Νῦν δὲ δὴ τοῦτο τὸ τῶν ἐκδίκων πολὺ δὴ πεπατημένον ἐστὶν ἐν πολλοῖς τῆς ἡμετέρας πολιτείας μέρεσι καὶ οὕτω καταπεφρονημένον, ὡς ἐν ὕβρει μᾶλλον ἤπερ ἔν τινι κεῖσθαι σεμνότητι. τοιγαροῦν γίνονται μὲν ἄνδρες ἀφανεῖς, τὰς δὲ ἐπ' αὐτοῖς ψήφους οἴκτῳ μᾶλλον ἤπερ ἐπιλογῇ πορίζουσιν. οἷς γὰρ οὐκ ἔστι τροφὴ καὶ βίος αὐτάρκης, οὗτοι τὰς τῶν ἐκδίκων ἐρανιζόμενοι χειροτονίας ἐπὶ τοῦτο παρίασι τὸ φρόντισμα, καὶ ἀντ' ἄλλου τινὸς παιγνίου ταῖς τῶν ἀρχόντων ἔκκεινται γνώμαις. ἀμέλει παύουσί τε αὐτοὺς ἡνίκα ἂν βουληθεῖεν, ἢ οὐδὲν ἢ σμικρότατα ἐγκαλέσαντες, ἄλλους τε εἰς τὴν ἐκείνων ἐμβιβάζουσι τάξιν, τοποτηρητὰς δῆθεν αὐτοὺς ἐκδίκων*

XV. Coll. III tit. 2

℞ DE DEFENSORIBUS CIVITATUM ℞.

Imp. Iustinianus A. Iohanni pp. secundo.

⟨Praefatio.⟩ Nisi velociter revocemus curam defensorum per competens officium, nec ipsam ulterius antiquorum nominum habebimus veritatem. Aliis siquidem alia data sunt ab antiquitate nomina significativa aperte rerum, hoc autem defensorum nomen pure demonstrat antiquitatem aliquos praeposuisse rebus, quatenus ex omni eas iniustitia vindicarent liberas. Siquidem et propter hoc paterna voce defensores eos vocamus, quatenus eripiant malis iniustitiam patientes. Nunc autem hoc defensorum valde conculcatum est ⟨in⟩ multis nostrae reipublicae partibus, et ita contemptum, ut in iniuria quidem potius quam in qualibet iaceat honestate. Siquidem fiunt quidem viri obscuri, decreta vero super eis misericordia magis quam electione conficiuntur. Quibus enim non est victus et vita sufficiens, isti defensorum emendicantes ordinationem ad hanc accedunt curam, et pro alio quodam lusu iudicum subiacent voluntatibus. Denique removent eos, quando voluerint, aut nihil aut parvissimum delinquentes, et alios in illorum provehunt officium, quasi loci servatores eos defensorum facientes, et hoc in anno

Nov. XV (= Coll. III tit. 2: gloss.) Graece extat in ML, cap. 1—6 in B 6, 18. — Epit. Theod. 15, Athanas. 4, 24. Iulian. const. XXX.

---

hac felici urbe, sed etiam in locis externis custodiatur domino universorum deo pro aliis odoribus oblata.

XV.

DE DEFENSORIBUS.

Imp. Iustinianus A. Iohanni praefecto praetorio iterum.

Praefatio. Nisi defensorum quoque munus in ordinem idoneum cito redigamus, ne ipsa quidem nominum antiquorum veritas amplius praesto nobis erit. Etenim cum aliis alia ab antiquitate indita sunt nomina, quibus res dilucide significentur, tum hoc defensorum nomen manifesto demonstrat antiquitatem quosdam praefecisse rebus, qui eas ab omni iniuria liberas vindicarent. Itaque propter id ipsum eos patria lingua defensores vocamus, ut eos qui iniuria afficiuntur ex malis eripiant. Nunc vero ista defensorum condicio in multis reipublicae nostrae partibus admodum conculcata est et adeo contempta, ut in contumelia potius quam in dignitate aliqua ponatur. Itaque et obscuri homines fiunt defensores, et suffragia de ea re misericordia potius quam electione parant. Nam quibus non est alimentum et victus sufficiens, illi defensorum electiones emendicantes ad hoc munus accedunt, et pro alio nescio quo lusu voluntati praesidum proditi sunt. Nimirum hi et removent eos quando voluerint, aut nihil aut minima criminati, et alios in illorum locum substituunt, cum eos quidem vicarios defensorum reddant idque saepius per annum in pluribus

---

1 *φυλάττοι τόποις M* ‖ 2 *θεὸν* L^1 ‖ 3 *προσαγόμενον L* ‖ 4 k. dec. *M Ath., μηνὶ δεκεμβρίῳ Theod.* (*om. subscr. Iul.*) ‖ Bilis. *M* ‖ 6 *περὶ ἐκδίκων Theod., index Athan.* (*p. CIV Heimb.*) de defensoribus civitatum *Iul.* ς ‖ 8 imp. uustinianus. aug. (*s. v. αὔγουστος*). ιωάnnн prai π̄ *M* imp. iustinianus *ἰωάννῃ* pp. *L* ‖ 9 *ἐπαγάγειμεν καὶ τῶ L* ‖ 11 **εὐπορήσομεν* (*an εὐπορήσαιμεν ἄν?*)] *εὐπορήσοιμεν ML* habebimus ς ‖ 13 *sq. πραγμάτων τῶν τῆδε. τὸ δὲ τῶν L* ‖ 17 *πατρῴῳ L* ‖ *δεφένσορας M* ‖ 19 *δὴ om. L* ‖ 24 *ἐπ' αὐτῆς L* ‖ 25 *οὐκ*] *οὖν οὐκ L* ‖ 28 *ἔκειντο L* ‖ 29 *ἢ οὐδὲν ἢ*] *εἰ L* ‖ 30 *ἐκείνην* L^1

---

1 etiam] et *V* ‖ 2 *sq.* quodammodo refuauitatis (refuanitatis *V*) *RV* ‖ 3 oblata] constantinopoli *add. V* et *in mg.* R^2 (pp. constantinopolitanis civibus nostris *edd. nonn.*) ‖ 4 *subscr. dedimus ex V, Bamb. II, Orielensi* ‖ CP.] Cap. *V*, capit. *Oriel.*, *om. Bamb.* ‖ Bilisario *Bamb.*, Bilisiario *V* Bisario *Oriel.* ‖ uic. cons. *V* consuli *Bamb.* ‖ 6 De *om.* V^1 ‖ 8 secundo *RT s. V* ‖ 9 defensorum per] rum per *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 10 ipsam] ipsam in R^1 ‖ 12 nomine V^* ‖ 13 aperta *R* ‖ 14 praeposuisset R^* ‖ 15 ündicarent libera V^1 ‖ 16 siquidem] quidem *R* ‖ 17 malis] malu R^1 a malis V^2 *vulg.* ‖ 18 hoc *om. V* ‖ defensorum] nomen *s. v. add.* RV^2 ‖ 19 in *add. vulg.* ‖ 20 partis R^* ‖ ut in] in *om.* RV^1T^1 ‖ 21 iaceat V^1 ‖ 22 fi••• V^1 fuerint V^2 ‖ quidem uiri *R* uiri quidem *vulg.*, quidem *om. VT* ‖ super eis] supereris R^1 super eius V^1 ‖ 24 et] in *V* ‖ isto R^1 ‖ 26 aliquo V^2 ‖ luso R^1T lus• V^1 ‖ 27 uoluptatibus *V* ‖ 28 uoluerit *R* ‖ nihil aut] nihil aliud V^1 ‖ 29 loci quasi seruatores *V* ‖ looo R^1 ‖ 30 defensorum *om. V*

ποιοῦντες, καὶ τοῦτο τοῦ ἔτους πολλάκις ἐπὶ πλείοσιν ἀνθρώποις πράττοντες· ὥστε καὶ οἱ ταξεῶται καὶ οἱ τῶν πόλεων ἄρχοντες καὶ οἱ ταύτας οἰκοῦντες ἐν ἐσχάτῃ καταφρονήσει τὸν ἔκδικον ἔχουσι. Τὰ δὲ δὴ πραττόμενα παρ' αὐτοῖς ἐν ἴσῳ τοῖς ἀπράκτοις ἐστίν. εἰ γὰρ μὴ ἐπιτάξαιεν οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, οὐδ' ἂν τολμήσαιέν τινα πρᾶξιν ὑπομνημάτων συστήσασθαι παρ' ἑαυτοῖς οἱ πάντα δουλεύοντες αὐτοῖς ἔκδικοι, τοῖς ἐκείνων νεύμασι προσέχοντες μόνοις. εἰ δὲ δὴ καί τινα πραχθείη, πρῶτον μὲν καὶ ταῦτα πιπράσκουσιν, ἔπειτα οὐδενὸς ὄντος ἀρχείου, καθ' ὃ τὰ πραττόμενα παρ' ἑαυτοῖς ἀποτίθεται, παραπόλλυται τὸ πραττόμενον, καὶ οὐκ ἂν εὕροις παρ' αὐτοῖς χρόνων πλειόνων ὑπόμνημα παντελῶς οὐδὲ ἕν, ἀλλ' εἰς κληρονόμους τε αὐτῶν καὶ τὰς ἄλλας διαδοχὰς οἱ τούτων δεόμενοι ζητοῦσι τὰ πεπραγμένα, καὶ τούτων τὰ μὲν εὑρίσκουσιν οὐδεμιᾶς ἄξια πίστεως ὄντα, τὰ δὲ καὶ ἐξαπόλλυται, καὶ διαπίπτει τοσοῦτον ὡς ἐν ἴσῳ τοῖς μηδὲ γενομένοις εἶναι. Ἡμεῖς τοίνυν, ἐπειδὴ τὰ τῶν ἀρχόντων εὖ διεθήκαμεν καὶ μείζους τε τὰς ἐπικρατείας αὐτῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐποιήσαμεν, καὶ πορρωτέρω γε αὐτοῖς ἐστι τὰ τῆς τῶν πόλεων ἐποψίας, διὰ τοῦτο ᾠήθημεν χρῆναι καὶ τὸ τῶν ἐκδίκων καταστήσασθαι. γένοιτο γὰρ ἂν οὕτω τις ἁρμονία χρηστή, εἴπερ ἀρχόντων λάβοιεν τάξιν οἱ τῶν πόλεων ἔκδικοι, καὶ ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενος δοκοίη τις ἄρχων εἶναι μᾶλλον ἀρχόντων καὶ ταύτῃ σεμνότερος τῶν ἔμπροσθεν φαίνεσθαι. ὅσῳ γὰρ ἄν τις ἄρχοι κρειττόνων, τοσούτῳ μείζων αὐτὸς καὶ σεμνότερός ἐστι.

frequenter in pluribus hominibus agentes, ut et officiales et civitatum iudices et harum habitatores in novissimo contemptu defensorem habeant. Quae vero aguntur ab eis ad instar non actorum sunt. Nisi enim imperaverint provinciarum iudices, nequaquam praesumunt quaedam gesta monumentorum conficere apud semetipsos per omnia servientes eis defensores et illorum nutibus intendentes solis. Si vero quaedam conficiantur, primum quidem etiam haec vendant, deinde, cum nullum habeant archivum, in quo gesta apud se reponant, deperit quod conficitur, et nequaquam invenies apud eos plurimorum temporum poni monumentum ullum penitus, sed ad heredes eorum aut alias successiones his monumentis egentes gesta quaerunt, et horum quae quidem inveniunt, nulla fide sunt digna, alia vero etiam pereunt et in tantum cadunt, ut in similitudine non actorum sint. Nos igitur quoniam de iudicibus bene disposuimus et maiores potestates eorum in gentibus fecimus, et procul ab eis est inspectio civitatum, propterea credidimus oportere etiam de defensoribus constituere. Fit enim sic congruentia utilis, si iudicum sumant officium civitatum defensores, et provinciae praeses videbitur quidam iudex esse potius iudicum et ex hoc honestior praecedentium apparere; quanto enim quilibet praeest melioribus, tanto maior ipse et honestior est.

CAPUT I.

Τέως οὖν ἐκεῖνο πρῶτον νομοθετητέον, ὥστε μηδενὶ τῶν πάντων εἶναι παρρησίαν τὴν τοῦ ἐκδίκου χειροτονίαν ἀπωθεῖσθαι, ἀλλὰ ἀμοιβαδὸν ἅπαντας τοὺς σεμνοτέρους τῶν πόλεων οἰκήτορας ταύτην αὐταῖς τὴν λειτουργίαν ἐκπληροῦν. τοῦτο γὰρ δὴ κἀν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις κρατεῖν τε καὶ πολιτεύεσθαι μεμαθήκαμεν. οὐδενός, οὐδ' ἂν εἰ τετιμημένος εἴη τῇ τῶν μεγαλοπρεπεστάτων ἰλλουστρίων ἀξίᾳ, τοῦτο διωθεῖσθαι συγχωρουμένου, οὐδ' ἂν εἰ στρατείαν ἔχοι σεμνήν, οὐδ' ἂν εἴ τι προΐσχοιτο προνόμιον ἐκ θείων αὐτῷ τύπων, κἂν εἰ πραγματικοὶ καθεστήκοιεν, πε-

Interim illud prius sanciendum est, ut nulli omnium sit licentia defensoris ordinationem declinare, sed invicem universi nobiliores civitatum habitatores hoc ministerium eis adimpleant; hoc enim et prioribus temporibus valuisse et in republica gestum didicimus. Nulli, nec si honoratus sit magnificentissimorum illustrium dignitate, hoc declinare concedimus, nec si militiam habeat honestam neque si proferat privilegium suum ex divinis formis, vel si pragma-

hominibus faciant; adeo ut et cohortales et civitatum magistratus et earundem incolae summo contemptui defensorem habeant. Quae vero apud eos aguntur, pari loco atque non acta sunt: nisi enim praesides provinciarum imperaverint, ne audebunt quidem acta documentorum apud se conficere defensores in omnibus iis servientes, cum ad illorum nutus solos attendant. Quodsi quae etiam acta sint, primum ea quoque vendunt, deinde, cum nullum sit archium in quo quae apud ipsos acta sunt reponantur, perit id quod actum est, nec apud eos reperias ullum omnino remotiorum temporum documentum; sed qui his egent apud heredes eorum et reliquos successores acta conquirunt, et eorum alia reperiunt nulla fide digna, alia etiam deperierunt et ita interciderunt, ut eodem loco sint atque non acta. Nos igitur quoniam magistratuum rationes bene disposuimus, et maiores eorum potestates in provinciis effecimus, ut iam longius ab eis disiungatur civitatum inspectio: propterea etiam defensorum res constituendas esse existimavimus. Sic enim opportunus fiat concentus, si magistratuum ordinem accipiant civitatum defensores, et praeses provinciae videatur magistratuum potius magistratus esse atque eo honoratior prioribus; quanto enim quisque amplioribus imperat, tanto maior ipse et honoratior est.

I. Interim igitur illud primum sanciendum est, ut nemini ex omnibus defensoris electionem recusare liceat, sed alternis vicibus omnes urbium incolae honestiores hoc illis ministerium praestent. Id enim prioribus quoque temporibus valuisse et in usu fuisse comperimus. Nec cuiquam, ne si illustrium quidem magnificentissimorum honoratus sit dignitate, id repudiare permittatur, nec magis si honesta militia fungatur neque si quod privilegium praetendat ex sacris ipsi sanctionibus, licet pragmaticae sint,

3 *οἱ τῶν*] *οἱ om.* M^a ‖ 5 *τοῖς*] *τὴν* L^a ‖ 7 *τολμήσειεν* *L* ‖ *ὑπομνημάτων* — 10 *πραχθείη om.* *L* ‖ 12 *παραυτοῖς* *L* ‖ 13 *χρόνον* *L* ‖ 15 *τοῦτον* L^1 ‖ 16 *τὰ prius om.* *L* ‖ 18 *ἐξαπόλλυνται* *L* ‖ 23 *τὸ*] *τῷ* *L* ‖ 27 *τῶν*] *τοῖς* *L* ‖ 29 *τοσοῦτον μεῖζον* *L* ‖ 32 *ἀμειβαδὸν* M^a ‖ 36—39 *leg.* *οὔτ' ἂν — οὔτ' ἂν — οὔτ' ἄν?* ‖ 38 *εἰσ στρατίαν ἔχει* *M* *οἱ στρατεῖαν ἔχει* *L* ‖ 39 *ἐκ τῶν θείων* *B* ‖ 40 *τύπω* L^1 ‖ 40 *sq.* *πεφιλοτιμοιμένοι τύποι, ἀλλὰ κατὰ κύκλω* *L* (*cf.* *ϛ*)

1 ut] aut R^1 ‖ et *om.* RV^1 eo V^2 ‖ 3 contemptu] comptum R^1 ‖ 4 factorum *V* ‖ *Nisi enim] Si enim *libri*, Si enim non *Beckius* ‖ 6 praesument R^2 ‖ quadam (*alterum a in ras.*) *R* ‖ gesta] iegesta R^a ‖ 8 solis] solet *R* ‖ 9 haec etiam *V* ‖ 11 iesta *R* ‖ 12 plurimorum *V*] plurimum *RT* plurium *vulg.* ‖ 13 ullum] illum R^1 nullum R^2 ‖ 14 aut ad alias R^2 *in ras.* ‖ 15 agentes R^1 ‖ quaerunt et horum] unt et horum *scr.* V^2 *in ras. et spat. vac.* ‖ quidem quae *V* ‖ 17 ut nec in sim. actorum sint *V* ‖ 21 credimus *V* *vulg.* ‖ de *om.* R^1VT ‖ defensoribus R^a defensoris V^1 defensores V^2 ‖ 22 fit V^2 *in ras.* ‖ 23 si] iuditii R^1 ‖ sumat R^1 ‖ defensores *ect.*] res et — defenso| *v.* 31 *scr.* R^2 *in ras.* 3 *versuum* ‖ 24 quidem $V^2R(^2)$ ‖ potis V^1 ‖ 26 quislibet *R* ‖ 30 Iterum, *s. v.* l. interim *R*(²) ‖ sanciendum *Heimbach*] sciendum *libri* ‖ nulli homini sit (silt *pr.*) silentia (licencia R^2 *in mg.*) *R* ‖ 32 uniuersis nobilioribus RV^1 ‖ habitationes V^1 habitatoribus *T* ‖ 33 misterum R^1 ‖ eius V^2 ‖ 37 milia R^1 ‖ habet *V* ‖ nec *V* ‖ 38 *sq.* formis *ect.*] mis — collati *suppl.* V^2 *in spat. vac.*

φιλοτιμημένον· ἀλλὰ κατὰ κύκλον τῶν οἰκητόρων τῆς πόλεως, ὧν τίς ἐστι καὶ λόγος, ταύτην ἐκπληρούντων, καὶ ἐπειδὰν ὁ κύκλος παύσηται, πάλιν ἐπανιόντων εἰς τὸ φρόντισμα καὶ τῇ πόλει τὴν εἰρημένην φροντίδα λειτουργούντων. ὥστε τὸν ἐν ἑκάστῃ πόλει ἔκδικον ἄρχοντα μᾶλλον ἢ ἔκδικον εἶναι δοκεῖν, ψήφῳ μὲν σὺν ὅρκῳ γινόμενον πάντων κοινῇ τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐκείνην ὄντων κτητόρων, ἀλλὰ μὴ τῶν ἐν-
1 *ταῦθα διαγόντων· ὅρκον δὲ παρέχοντα, ὡς ἅπαντα πρὸς τὸν νόμον καὶ τὸ δίκαιον πράξει [κοινῇ], βεβαιούμενον δέ, καθάπερ ἡμεῖς νῦν φαμέν, ἐκ προστάξεως τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ἐπάρχων, εἰς διετίαν δὲ ἄρχοντα μόνην, καὶ παυόμενον τοῦ φροντίσματος. οὐκ ἔχοντος ἄδειαν τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος παύειν αὐτόν· ἀλλ' εἴ τι δοκοίη πράττειν οὐκ ὀρθόν, μηνύειν εἰς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἐπάρχους, ὥστε ἐκεῖθεν αὐτῷ γενέσθαι τὴν τοῦ φροντίσματος ἀπαλλαγήν, ὅθεν καὶ δίδοται.*

tici sint collati; sed secundum circulum habitatoribus civitatis, quorum aliqua ratio est, hoc implentibus, et dum circulus expletur, rursus revertentibus ad sollicitudinem et civitati per praedictam curam ministrantibus: ut in unaquaque civitate defensor iudex potius quam defensor esse videatur, decreto quidem cum iureiurando factus omnium possessorum in illa civitate consistentium, sed non in hac urbe degentium;
1 iusiurandum vero praebens, quia omnia secundum legem et ius aget omnium communiter, confirmandus autem, sicut nunc, ex praecepto gloriosissimorum nostrorum praefectorum, in biennio vero administrans solo, et removendus a cura. Non habente licentiam clarissimo provinciae iudice removendi eum, sed si quid videtur agere non recte, nuntiare ad gloriosissimos praefectos, ut inde ei fiat curae privatio, unde etiam datur.

CAPUT II.

σιν ἢ καθ' ἕτερον νόμιμον αὐτοῖς παραδέδοται τρόπον, τῶν δὲ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι, καὶ μὴ προνοεῖν μὲν ἑτέρων, ἀδικεῖν δὲ ἄλλους καὶ ἑαυτοῖς κέρδος ἀσεβὲς ἐντεῦθεν πορίζειν.

eis sunt tradita modum, extraneis autem abstinere, et non providere quidem aliis, laedere vero alios et sibimet lucrum impium hinc acquirere.

CAPUT XV.

⟨ΙΘ⟩ Σανίδας δὲ ἐπιτιθέναι χωρίοις ἀλλοτρίοις ἢ ἐργαστηρίοις ἐν πόλεσι διακειμένοις καὶ ἐπιγράφειν τὰς ἑαυτῶν προσηγορίας οὕτω τοῖς τολμῶσιν ἐπικίνδυνον καταστήσεις, ὡς γινώσκειν, ὅτι ταῦτα πράττοντες αὐτοὶ τὴν ἑαυτῶν περιουσίαν προσάψουσι τῷ δημοσίῳ. Εἰ γὰρ πρᾶγμα μόνῃ τῇ βασιλείᾳ καὶ τῷ δημοσίῳ δεδομένον πειρῷτό τις ὑφαρπάζειν, ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μανθανέτω τὴν πεῖραν, καὶ τοῖς αὐτοῦ πράγμασι τίτλων ἐπιτιθεμένων δημοσίων γινέσθω τοῖς ἄλλοις παράδειγμα σωφροσύνης, οἵπερ εἰ τῶν αὐτῶν ἅψαιντο κακῶν, ταῖς ὁμοίαις ποιναῖς ὑποκείσονται. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα φυλάξεις, γινώσκων τὴν ἡμετέραν περί σε προαίρεσίν τε καὶ γνώμην, ὁποία μέν τις ἔσται πλημμελοῦντός σου, ὁποία δὲ εὐδοκιμοῦντος καὶ τοῖς ἡμετέροις ἀκολουθοῦντος παραγγέλμασί τε καὶ νόμοις.

Titulos autem imponere praediis alienis aut ergasteriis in civitatibus constitutis, et superscribere sua vocabula ita praesumentibus periculosum constitues, ut agnoscant, quia haec agentes ipsi suam substantiam applicabunt fisco. Si enim causam soli imperio et fisco datam temptaverit aliquis abripere, in suis agnoscat experimentum et suis rebus titulis impositis publicis fiat aliis exemplum abstinentiae, qui si isdem implicantur malis, similibus poenis subdentur. Haec igitur omnia observa, sciens nostram circa te voluntatem atque sententiam, qualis quidem erit delinquente te, qualis autem probato et nostra sequente praecepta ac leges.

CAPUT XVI.

⟨Κ⟩ Ἅμα δὲ ἐπιβαίης τῆς χώρας, συγκαλεσάμενος ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ μητροπόλει καθεστῶτας, φαμὲν δὲ τόν τε θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τόν τε εὐαγῆ κλῆρον τούς τε ἐν τέλει τῆς πόλεως, ἐμφανῆ καταστήσεις ταῦτα ἡμῶν τὰ θεῖα παραγγέλματα ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων. Καὶ προθήσεις τε τὸ ἰσότυπον αὐτῶν δημοσίᾳ οὐ μόνον ἐπὶ τῆς μητροπόλεως, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις τῆς ἐπαρχίας πόλεσι, πέμπων αὐτὰ διὰ ταξεωτῶν σῶν ζημίας χωρίς· ὥστε ἅπαντας γινώσκειν ἐφ' οἷς παρέλαβες τὴν ἀρχήν, καὶ ὁρᾶν, εἰ ταῦτα φυλάττεις καὶ τῆς ἡμετέρας ἄξιον σαυτὸν ἀποδεικνύεις κρίσεως.

Mox autem ut ingredieris provinciam, convocatis omnibus in metropoli constitutis (dicimus autem deo amabili episcopo et venerabili clero et nobilibus civitatis), insinuabis haec nostra sacra praecepta sub gestorum insinuatione, et propones exemplar eorum publice non solum in metropoli, sed ⟨et⟩ in aliis provinciae civitatibus, transmittens ea per officiales tuos sine damno, ut omnes agnoscant, in quibus suscepisti cingulum, et videant, si haec conservas et nostro dignum temet ipsum ostendis iudicio.

CAPUT XVII.

⟨ΚΑ⟩ Ταῦτα γὰρ φυλαττόμενα παρὰ σοῦ ποιήσει σοι τὴν παροῦσαν ἀρχὴν χρονιωτέραν τε καὶ εὐκλεεστέραν· εἴ γε πρὸς τοῖς ἄλλοις μηδὲ ὁπλοφορεῖν τῶν οὐχὶ στρατιωτῶν τινι συγχωρήσεις· ταῦτά σε θεῷ καὶ τοῖς νόμοις καὶ ἡμῖν προσφιλῆ καταστήσει. Κἀκείνου δὲ προνοήσεις ὥστε, εἴ τις τῶν τοὺς δημοσίους

Haec conservata apud te faciunt praesentem tibi cingulum diuturniorem et gloriosiorem: si quidem super alia neque armis uti non militantem aliquem permittes; haec te et deo et legibus et nobis carissimum constituunt. Sed et illud providebis ut, si

*cap. XV summarium habet B*ʃ *6, 3, 22 ex Theod.*

legitimum modum iis tradita sunt, ab alienis autem abstinere, nec vero aliis quidem prospicere, alios autem iniuria afficere et sibi impium inde lucrum comparare.

XV. *Tabulas vero imponere praediis alienis vel ergasteriis quae in civitatibus extant, suaque nomina inscribere ausuris adeo periculosum statues, ut sciant se si hoc fecerint sua ipsos bona fisco applicaturos esse. Nam si quis rem soli imperio et fisco datam arripere conetur, in suis bonis periculum agnoscat titulisque publicis in suis rebus impositis fiat ceteris exemplum continentiae, qui quidem si eadem mala aggrediantur, similibus poenis subiacebunt. Haec igitur omnia custodies, sciens nostra de te voluntas et sententia qualis quidem sit futura, si delinquas, qualis autem, si probatus sis et praeceptis nostris atque legibus obsequaris.*

XVI. *Simulac vero provinciam ingressus sis, convocatis omnibus qui in metropoli constituti sunt, deo carissimum episcopum dicimus et venerabilem clerum et primores civitatis, haec nostra sacra praecepta per actorum instrumenta manifesta reddes. Atque exemplum eorum publice propones non solum in metropoli sed etiam in reliquis provinciae civitatibus, mittens ea per officiales tuos sine dispendio: ut omnes cognoscant, qua condicione magistratum susceperis, videantque, num haec observes et nostro te dignum ostendas iudicio.*

XVII. *Haec enim si a te servabuntur, praesentem potestatem tibi et diuturniorem et clariorem efficient: si modo praeter cetera ne arma quidem gestare cuiquam nisi qui miles sit permittas: haec te deo et legibus et nobis carum reddent. Illud quoque prospicies, ut, si quando quis eorum qui publicos*

1 δέδοται *B* ‖ 2 ἐπέχεσθαι B^c | προνοεῖν] νοεῖν L^1 ‖ 6 καὶ *om. B* ‖ 9 τῷ δημοσίῳ *in ras.* B^c ‖ 10 πράγματα *L* ‖ 11 διδόμενα *L* ‖ πειρῶ••ο L^1 ‖ 13 γινέσθω *L*] γενέσθω *M* γίνεσθαι *B* ‖ 16 τῶν ἡμετέρων L^1 ‖ 17 περί σε] σὲ L^1 σοὶ L^2 ‖ 24 ἐντελεῖς L^2 ‖ 26 τὸ] τὸν *B* ‖ 28 ταῖς ἐπαρχίαις *L* ‖ αὐτῶν L^1 ‖ 29 ἅπαντες *L* ‖ 33 γὰρ *om. LBς* ‖ 36 θεῷ] et deo ς ‖ 37 κἀκεῖνο• *L*

3 sibimet et lucrum *VO* ‖ 6 subscribere *V* ‖ 7 constitues] consentiens R^1O^1 esse sciens O^2 esse scias (*suppl.* V^2 *in mg.*) R^2V ‖ 8 agnoscat *R* ‖ ipsi quidem suam *OT* ‖ 9 amplicabunt *V* ‖ fisco datam temptauerit si R^a ‖ solo V^1 ‖ 10 temptauerint V^1 ‖ arripere *vulg.* ‖ 11 et suis] suis et V^1 ‖ 12 alios R^1 ‖ 13 si iisdem *vulg.*, hisdem *RVOT* ‖ subdentur *om.* R^1 ‖ 15 uoluntatem circa te *V* ‖ sententiam] [••• V^1 ‖ quali V^1 ‖ 16 •ualis V^1 ‖ probato te V^2 ••ato V^1 ‖ nostram O^1 ‖ 17 consequente (consequentes R^2) *R* ‖ legis *libri* ‖ 21 *sq.* convocatis omnibus in metropoli constitutis *vulg.*] conuocans omnes in metropoli (metropolim *O*) constitutos *RVTO* ‖ 22 deo *R vulg.*] de *O om. V* ‖ 24 uestra R^1 ‖ praeceptorum subiectorum R^1 ‖ 25 prepones *O* praeponens *VT* ‖ reorum *V* ‖ 26 metropoli *V* metropolitis *T* ‖ et *addidi* (etiam *add. vulg.*) ‖ 27 prouintiis *VT* ‖ ea] eam *RVOT* ‖ 33 haec *VO*] et *R* et haec *T* ‖ 35 non — 36 deo *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 36 hoc *VT* ‖ clarissimum *V*

θορύβους ἀνιστάντων πειραθείη ποτὲ τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως ἀποφυγεῖν ἢ μόνος ἢ καὶ μεθ' ἑτέρων καὶ γενέσθαι κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἧς ἄρχεις, ἀνιχνεῦσαι τὰ περὶ τούτου καὶ ἐξετάζειν σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ καὶ ἐν ἀσφαλεῖ καθιστᾶν καὶ μηνύειν ἐνταῦθα, εἰ πολλάκις τῶν ἐπιζητουμένων εἴη προσώπων· ὥστε ἄγεσθαι κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν καὶ ποινὰς ὑπέχειν, ἃς ὁ νόμος ἐπὶ τῶν τοιούτων διέταξεν.

Dat. XVI. k. Mai. CP. Belisario v. c. cons. [a. 535.]

quis eorum, qui populum in turbas sollicitant, temptarit aliquando ab hac magna civitate fugere aut solus aut cum aliis et venire in provinciam cui praees, quatenus investigare de hoc et examinare cum omni subtilitate et cum cautela constituere et nuntiare hic, si forte dignae inquisitione sint personae et adduci ad hanc felicissimam civitatem et poenas sustentare, quas lex de talibus constituit.

Dat. k. Mai. CP. Belisario v. c. cons.

ΙΗ

ΩΣΤΕ ΤΗΝ ΝΟΜΙΜΟΝ ΜΟΙΡΑΝ ΤΩΝ ΠΑΙΔΩΝ ΕΙΝΑΙ, ΕΙ ΜΕΧΡΙ ΜΕΝ ΤΕΣΣΑΡΩΝ ΕΙΗΣΑΝ ΟΙ ΠΑΙΔΕΣ, ΟΥΓΚΙΑΣ ΤΕΣΣΑΡΑΣ, ΕΙ ΔΕ ΥΠΕΡ ΤΟΥΣ ΤΕΣΣΑΡΑΣ ΕΙΣΙΝ ΟΙ ΠΑΙΔΕΣ, ΟΥΓΚΙΑΣ ΕΞ. ΚΑΙ ΟΤΙ ΕΞ ΑΔΙΑΘΕΤΟΥ ΟΙ ΦΥΣΙΚΟΙ ΠΑΙΔΕΣ, ΓΝΗΣΙΑΣ ΜΗ ΥΠΟΥΣΗΣ ΓΟΝΗΣ, ΔΥΟ ΟΥΓΚΙΑΣ ΛΑΜΒΑΝΟΥΣΙ ΣΥΝ ΤΗ ΜΗΤΡΙ. ΚΑΙ ΟΤΙ ΚΑΙ ΕΚ ΔΙΑΘΗΚΗΣ ΚΑΙ ΕΞ ΑΔΙΑΘΕΤΟΥ ΑΡΜΟΤΤΕΙ Η ΣΥΝΕΙΣΦΟΡΑ, ΕΙ ΜΗ ΚΩΛΥΣΕΙ ΡΗΤΩΣ Ο ΤΕΣΤΑΤΩΡ. ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΡΕΣΕΩΣ ΓΙΝΟΜΕΝΗΣ ΑΠΟ ΓΟΝΕΩΝ ΕΙΣ ΠΑΙΔΑΣ. ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΡΝΟΥΜΕΝΟΥ ΤΗΝ ΙΔΙΑΝ ΣΥΓΓΡΑΦΗΝ. ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΕΤΕΡΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ.

Imp. Iustinianὸς *Αὔγουστος Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω* praetoriων *τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.*

⟨Προοίμιον.⟩ Ἤδη μὲν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ καὶ ὡς ἄν τις εἴποι καλῶς παρὰ θεοῦ συστάσῃ πολιτείᾳ, τῇ Ῥωμαίων φαμέν, πολλὰ περὶ διαθηκῶν διεσπούδασταί τε καὶ μεστὰ τὰ τῶν νόμων βιβλία τῶν τοιούτων καθέστηκε· καὶ οὐ μόνον οἱ πάλαι σοφοὶ ταῦτα γεγραφήκασιν οὐδὲ ἡ τῶν εὐσεβῶν μονάρχων ἐξουσία,

XVIII. Coll. III tit. 5

R DE TRIENTE ET SEMISSE ET SUCCESSIONIBUS FILIORUM ET NEPOTUM NATURALIUM VEL COLLATIONIBUS VEL DISTRIBUTIONIBUS, NEC NON LITTERARUM AUT ANNUMERATIONUM ATQUE RERUM EX QUIBUS DETINENT INFITIATIONIBUS R.

Imp. Iustinianus A. Iohanni pp.

⟨Praefatio.⟩ Iam quidem magnae huic et, ut ita quis dicat, bene a deo constitutae reipublicae, dicimus Romanorum, plurima de testamentis disposita sunt, et pleni legum codices de talibus consistunt, et non solum antiqui sapientes haec scripserunt aut piorum potestas imperatorum, sed etiam a nobis

Nov. XVIII (= Coll. III tit. 5: gloss.) Graece extat in ML, cap. 1—4, 6—11 in B variis locis. — Epit. Theod. 18, *Athanas.* 9, 2 (*cf. περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* § 12). *Iulian. const. XXXIV.*

---

tumultus excitant, ex hac magna urbe sive solus sive etiam cum aliis aufugere conetur et in provincia, cui praees, morari, investiges eum resque eius et cum omni diligentia examines et in custodia teneas atque huc denunties, si forte sit ex iis personis, quae requiruntur, ut ad hanc felicem urbem ducatur et poenas subeat, quas lex de talibus constituit.

XVIII.

UT LEGITIMA PORTIO LIBERORUM, SI USQUE AD QUATTUOR SINT LIBERI, QUATTUOR UNCIAE, SIN PLUS QUATTUOR SUNT LIBERI, SEX UNCIAE SINT. ET UT AB INTESTATO LIBERI NATURALES, SI SUBOLES LEGITIMA NON EXTAT, DUAS UNCIAS ACCIPIANT CUM MATRE. ET UT TAM EX TESTAMENTO QUAM AB INTESTATO COLLATIO COMPETAT, NISI TESTATOR EAM NOMINATIM PROHIBUERIT. ET DE DIVISIONE A PARENTIBUS INTER LIBEROS FACTA. ET DE EO QUI MANU PROPRIA SCRIPTA INFITIATUR. ET DE ALIIS CAPITIBUS.

Imp. Iustinianus A. Iohanni gloriosissimo praefecto sacro per Orientem praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Iam quidem ab hac magna et quod facile aliquis dixerit bene a deo constituta re publica, Romana dicimus, multa de testamentis agitata sunt, ac pleni sunt legum libri eiusmodi rebus. Neque antiqui solum prudentes haec conscripserunt aut piorum principum potestas, sed a nobis quoque

---

1 *ἀνιστάντων LB*ᶜ | 2 *ἢ καί*] *καί om. LB*(*ς*) | 3 *ἀνιχνεῦσαι M*] *ὥστε ἀνιχνεῦσαι LBς* | 6 *ὥστε M*] *καί LBς, ὥστε καί Scrimger* | 9 XVI k. mai. *M*] *καλανδῶν μαΐων Ath. ς μηνὶ μαΐῳ Theod., om. Iul.* | Bilimario *M* | 11 *sq. rubr. sim. ap. Theod., περὶ τοῦ τετραουγκίου καὶ ἐξαουγκίου· ἔχει δὲ καὶ ἄλλα κεφάλαια Ath.* (*cf. ς*) | 20 *τεστάτωρ M*] *διατιθέμενος L* | 21 *περὶ αἱρέσεως L*[1] | 23 *καὶ περὶ ἑτέρων κεφαλαίων post verba εἰς παῖδας* (22) *coll. ML, transposuit Haloander* | 25 *Ἰουστινιανὸς L* | 26 *ὑπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς αἰώας* (*εω s. v.*) *πραιτωρίων τὸ δεύτερον L* | 27 *πατρικίων M* | 31 *τὰ*] *τὸ L*[1] | 33 *γεγράφασιν L*[2]

1 sollicitant temptarit *vulg.*] sollicitare temptant (temptarat *T*) *RVT* | 3 solum *V*[1] | 4 hoc et] et *om. O* | 5 *constituere et] constiterit *libri* | 6 hoc *V*[2] *vulg.* | personis *O* | 9 *subscr. dedimus ex O et Bamb. II* ‖ datur *O* ‖ kal. mad. *Bamb.* | Constantinop. *O* Cap. *Bamb.* | Bisilario u. c. *O* Bilisiario uic. con. *Bamb.* ‖ 11 successoribus *R* | 12 nataiium *V*[1] ‖ 13 vel coll.] et coll. *vulg.* ‖ vel distr.] aut distr. *R* | 14 *sq.* nec non — inficiationibus *scripsit V*[2] *in ras. 2 versuum* | 14 aut *om. V* | adnumerationibus *V* | detinetur *V* | 25 pp.] pᵒm *V* | 29 si *ante* quis *add. R*[2], *del. R*[3] | dicat, bene] benedicat *V* | 32 aut priorum *R*

ἀλλὰ καὶ ἡμῖν ἤδη τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων οὐδενὸς ἐλάττους καταβέβληνται περὶ τούτου νομοθεσίαι. Τὸν δὲ θεὸν ἐννοοῦντες ἀεί, καὶ ὅπως ἂν ἀρεστοί τε αὐτῷ φαινοίμεθα καί τι τῶν εἰς ἡμᾶς ἀγαθῶν ἄξιον πράττοιμεν, πειρώμεθά τι προσεξευρίσκειν ἀεὶ τῇ φύσει τε ἀκόλουθον καὶ τὰ πρόσθεν ἐπανορθούμενον. Πολλάκις τοίνυν καὶ ἄλλοτε τεθαυμάκαμεν, ἀνθ᾽ ὅτου τοῖς γνησίοις καὶ εὐγνώμοσι τέκνοις, οἷς ἔχουσι χάριν οἱ γονεῖς, τὸ καταλιμπανόμενον, ὃ ἤδη καὶ χρέος καλοῦσι, μόνον τριούγκιον ὥρισαν ἐξ ἀνάγκης καταλιμπάνεσθαι, τὸ λοιπὸν δὲ ἐν τῇ γνώμῃ τῶν γονέων ἀπόκειται, καὶ λήψονται μὲν καὶ συγγενεῖς ἅπαντες καὶ οἵ γε ἔξωθεν καὶ μετ᾽ ἐλευθερίας οἰκέται, οἱ παῖδες δέ, εἰ καὶ πολλοὶ καθεστήκοιεν, εἰ καὶ μηδὲν προσκρούοιεν τοῖς γονεῦσι, καταιδοῦνται καὶ τὸ τριούγκιον διαιρήσονται μόνον, κἂν εἰ δέκα τυχὸν κἂν εἰ πλείους εἶεν, καὶ πένητες ἔσονται παῖδες πατρὸς ἕως ἔζη πλουτοῦντος.

iam non aliquo priorum principum minus legislationes prolatae sunt. Deum vero considerantes semper et quatenus ei placiti videamur et aliquid bonorum dignum in nobis agamus, nitimur aliquid adinvenire semper et naturae consequens et quod possit priora corrigere. Frequenter igitur et alia vice mirati sumus, quomodo legitimis et benivolis filiis, quibus agunt gratias parentes quibusque quod relinquitur iam etiam debitum vocant, solum triuncium definierunt ex necessitate derelinqui, reliquum vero iacet in voluntate parentum, et capiunt quidem cognati omnia et extranei vel cum libertate servi, filii vero, licet multi consistant, etiamsi nihil offenderint parentes, confunduntur et triuncium divident solum, vel si decem forte aut amplius fuerint, et pauperes erunt filii donec vixerint patres idonei.

CAPUT I.

Ταῦτα ἡμᾶς ἐκίνησεν ἐπανορθῶσαι τὸν νόμον, καὶ μὴ περιιδεῖν αὐτὸν μέχρι παντὸς ἐρυθριῶντα, ἀλλὰ τοιούτῳ διορίσαι τὸ πρᾶγμα τρόπῳ· ὥστε, εἰ μὲν ἑνός ἐστι παιδὸς πατὴρ ἢ μήτηρ ἢ δυοῖν ἢ τριῶν ἢ τεσσάρων, μὴ τριούγκιον αὐτοῖς καταλιμπάνειν μόνον, ἀλλὰ τὴν τρίτην τῆς ἑαυτοῦ περιουσίας, τουτέστιν οὐγκίας τέσσαρας, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ διωρισμένον μέτρον ἄχρι τοῦ ῥηθέντος ἀριθμοῦ. εἰ δὲ ὑπὲρ τοὺς τέσσαρας ἔχει παῖδας, τὴν ἡμίσειαν τῆς πάσης περιουσίας αὐτοῖς καταλιμπάνεσθαι μοῖραν, ὥστε ἑξαούγκιον εἶναι πάντως τὸ ὀφειλόμενον. ἑκάστου κατ᾽ ἴσον τὸ τετραούγκιον τυχὸν ἢ τὸ ἑξαούγκιον διαιρουμένου, καὶ τοῦτο οὐκ ἐν ἀδίκῳ περιστάσει πραγμάτων (εἰκὸς γὰρ κἀνταῦθα τοὺς ἄλλους ἀδικηθῆναι, τῶν μὲν τὰ καλλίονα, τῶν δὲ τὰ χείρονα λαμβανόντων)· ἀλλὰ τοῦτο δὴ τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστῳ διὰ πάντων ἴσον εἶναι ἐν ποιότητί τε καὶ ποσότητι, εἴτε τις αὐτὸ κατὰ τρόπον ἐνστάσεως εἴτε κατὰ πρεσβείου, ταὐτὸν δὲ ἔστιν εἰπεῖν καὶ φιδεϊκομμίσσου, καταλιμπάνει πρόφασιν. πάρεστι γὰρ αὐτῷ τὸ λοιπόν, ὀκταούγκιον τυ-

Haec nos moverunt corrigere legem, et non eam despicere semper erubescentem, talique modo determinare causam, ut, si quidem unius est filii pater aut mater aut duorum vel trium vel quattuor, non triuncium eis relinqui solum, sed tertiam propriae substantiae, hoc est uncias quattuor, et hanc esse definitam mensuram usque ad praedictum numerum. Si vero ultra quattuor habuerit filios, mediam eis totius substantiae relinqui partem, ut sexuncium sit omnino quod debetur, singulis ex aequo quadriuncium vel sexuncium dividendum, et hoc non sub iniusta circumstantia rerum (forsan enim etiam hic alii iniustitiam patiuntur, aliis quidem meliora aliis vero deteriora percipientibus), sed quod contigerit unumquemque per omnia aequum esse in qualitate et in quantitate, sive quis illud institutionis modo sive per legati (idem est dicere et fideicommissi) relinquat occasionem. Licebit enim ei reliquum octo-

cap. I, 21 (*θεσπίζομεν εἰ μὲν ἑνὸς .....*) — *IV extant B* 41, 4, 2 (*I,* 21 *θεσπίζομεν εἰ μὲν ... χωρεῖν* 129, 4; *III. IV τοῦ νομίμου δὲ τούτου μέρους* 129, 35 .... *γνησίων* 130, 31 *B*[e] *p.* 661 *Zach.*). — *cap. I argumentum adumbrant Prochiron* **32**, 1; *Epanagoge* **34**, 1.

---

non minus quam ab ullo eorum qui nos antecesserunt imperatorum de ea re propositae sunt legislationes. Dum autem deum semper intuemur atque quomodo et probati ei videamur et agamus quod dignum sit beneficiis in nos collatis, semper aliquid reperire insuper annitimur, quod et naturae conveniat et priora corrigat. Atque saepe etiam alias mirati sumus, quid sit cur legitimis et gratis liberis, quibus gratiam habent parentes, id quod relinquendum est (quod quidem etiam debitum vocant) quadrantem solum definiverint qui necessario relinquatur, reliquum vero in arbitrio parentum positum sit idque accipiant et cognati quidem omnes et extranei et servi libertate honorati, liberi vero, quamvis multi sint, quamvis nihil offenderint parentes, reprimantur et quadrantem solum inter se dividant, licet decem fortasse vel plures sint, ac pauperes futuri sint liberi patris, dum vivebat, divitis.

I. *Haec nos moverunt, ut legem corrigeremus neque in perpetuum eam sineremus erubescere, sed tali modo rem determinaremus: ut si quis unius sit vel duorum vel trium vel quattuor liberorum pater aut mater, non quadrantem solum iis relinquat, sed tertiam bonorum ipsius partem, hoc est quattuor uncias, eaque mensura definita sit usque ad eum quem diximus numerum. Sin vero plus quattuor habet liberos, dimidia pars totius substantiae iis relinquatur, ut semissis sit omnino quod debetur. Ac singuli ex aequo trientem forte vel semissem partiantur; idque non per iniustam rerum constitutionem (nam ita quoque iniuria reliquos affici par est, si alii meliora alii deteriora accipiant): sed id quod cuique competit per omnia aequale sit et in qualitate et in quantitate, sive quis illud per modum institutionis, sive legati seu quod idem valet fideicommissi nomine relinquat. Licet enim ei*

---

7 *ἄλλοστε M*[a] ‖ 12 *γονίων L* ‖ 13 *ἅπαντα Haloander cum* ς ‖ 15 *καὶ μηδὲν*] *καὶ om. L*[1] ‖ *καταιδοῦνται Haloander cum* ς] *καθεδοῦνται L καθευδοῦνται M; an leg. καθελοῦνται?* ‖ 19 *περὶ τοῦ φαλκιδίου rubr. ML in mg.* ‖ 20 *ἐρυθρυῶντα M* ‖ 24 *περιουσίας*] *μερίδα add. B*[e] ‖ 27 *ἔχει MB*[e]] *ἔχοι L*ς *ἔχουσι B* ‖ 29 *ἑκάστου M*] *ἑκάστῳ LB*ς ‖ 30 *τὸ om. L*[1] ‖ *τυχὸν om.* ς ‖ *διαιρουμένου M*] *διαιρούμενον LB* ‖ 31 *οἰκὸς L*[1] ‖ 32 *sq. τὰ — τὰ*] *κατὰ — κατὰ B*[e] ‖ 34 *δὴ*] *δεῖ L*[2] ‖ 35 *αὐτοῦ L* ‖ 36 *sq. ταὐτὸν — φιδεικομμ. om. B* ‖ 37 *φιδεικομίσσου M φιδεικομίσου L* ‖ 38 *αὐτῷ om. L* ‖ *τὸ om. B*ς ‖ *τυχὸν*] *λοιπὸν* (*del. L*[2]) *L*

1 legislationis prolatione prolati sunt *RVT* ‖ 2 semper considerantes *R* ‖ 5 naturae aliquid consequens *V* ‖ et *vulg.*] eo *RVT* ‖ 11 quidem *vulg.*] quidam *RVT* ‖ 15 paupes *R* ‖ 16 donec] sed donec *V* ‖ patris donec vixerit idonei *vulg.* ‖ 19 *rubr.* De legitima portine (*sic*) liberis a parentibus relinquenda *R mg.* ‖ 22 vel quattuor] et quattuor *V* ‖ 23 reliquis *V*[1] ‖ 24 hoc] haec *V* ‖ 26 habuerint *V* ‖ 27 substantiae totius *V* ‖ 29 sub iusta (al. sub iniusta *R*[2] *mg.*) *RV* ‖ 30 etiam *om. V* ‖ hinc *R* ‖ 31 patiantur *R* ‖ 32 quod] qui *V*[2] *om. V*[1] ‖ 33 in equalitate *V* ‖ 34 et *om. V*, in *om. vulg.* ‖ 35 relinquant *V* ‖ 36 enim *om. V* ‖ octouicium *V*[1] octouintium *V*[2] octauuncium *T*

χὸν ἢ ἑξαούγκιον, ἔχειν καὶ φιλοτιμεῖσθαι καθ᾽ ὅσον ἂν βουληθείη ἢ τοῖς παισὶν αὐτοῖς ἢ τισι τῶν ἔξωθεν, καὶ τῆς φύσεως πρότερον θεραπευθείσης τὰ εἰκότα οὕτως ἐπὶ τὰς ἔξω φιλοτιμίας χωρεῖν. τούτου κρατοῦντος ἐφ᾽ ἁπάντων τῶν προσώπων, ἐφ᾽ ὧν ἐξ ἀρχῆς ὁ τοῦ πάλαι τετάρτου τῆς de inofficioso *νενομοθέτηται λόγος.*

uncium forte aut sexuncium habere, et largiri sicut voluerit filiis ipsis aut cuilibet extraneorum, et natura primo curata competenter, sic ad extraneas largitates accedere. Hoc servando in omnibus personis, in quibus ab initio antiquae quartae ratio de inofficioso lege decreta est.

CAPUT II.

Ἐξῃρήσθω δὲ ἡμῖν ὁ περὶ τῶν βουλευτῶν ἀρτίως τεθειμένος νόμος, ὃς τοῖς παισὶ τοῖς βουλευταῖς ἢ καὶ ταῖς βουλευταῖς γεγαμημέναις θυγατράσιν ἐνναούγκιον πάντως δίδοσθαι βούλεται, τοῦ λοιποῦ τριουγκίου παρὰ τῶν γονέων κατ᾽ ἐξουσίαν διοικουμένου. πάντων τῶν ἄλλων τῶν περὶ τῆς de inofficioso *κειμένων νόμων καὶ μάλιστα τῶν ἡμετέρων ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν φυλαττομένων ἰσχύος ἐπί τε τῶν ἀχαρίστων παίδων ἐπί τε τῶν μὴ τοιούτων, πλὴν κατὰ μόνον τὸ ποσόν, ὅπερ κατὰ τὸ παρὸν ηὐξήσαμεν κατὰ πάντας τοὺς προκειμένους ὅρους.*

Excipiatur autem a nobis de curialibus nuper posita lex, quae filiis curialibus aut filiabus curialibus nubentibus noviuncium omnino dari vult, reliquo triuncio a parentibus secundum potestatem dispensando; omnibus aliis de inofficioso positis legibus et praecipue nostris in sua virtute servandis et de ingratis filiis et de non talibus, praeter solam quantitatem, quam ad praesens auximus, secundum omnes praedictas definitiones.

CAPUT III.

Κωλύομεν δὲ κἀκεῖνο, βαρύ τε ὂν καὶ ἔχον μέν τινα νόμιμον ἀφορμήν, εἰς δεινὴν δὲ ἐμπῖπτον ἀπήνειάν τε καὶ πικρίαν. ἴσμεν γάρ τινας διαθήκας, καθ᾽ ἃς οἱ τελευτῶντες οὐ πατρικῶς οὐδὲ ὡς ἄνδρας ἐχρῆν, ἀλλὰ σφόδρα μαλθακῶς καὶ ὑποκεκλιμένως ἐποιήσαντο τὰς ἐνστάσεις. ταῖς μὲν γὰρ γυναιξὶ πάντα κατέλιπον τῶν ἑαυτῶν πραγμάτων τὸν οὐσούφρουκτον, τοῖς δὲ παισὶ τὴν δεσποτείαν γυμνήν· ὥστε, οἶμαι, σπούδασμα εἶναι τῆς τοιαύτης διαθήκης τὸ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν δεσποτείαν προσλαβεῖν, τῶν παίδων ἴσως λιμῷ φθειρομένων. πόθεν γὰρ ἂν ἐν μέσῳ καὶ διοικοῖντο καὶ τὴν ἐφήμερον ἔχοιεν δίαιταν, οὐδενὸς αὐτοῖς καταλελειμμένου, γυναικείας ὀργῆς ἴσως καὶ ἀλόγου παρεμπιπτούσης, ἥτις αὐτῶν καὶ τὴν καθ᾽ ἡμέραν ἀφαιρεῖται διοίκησιν; Οὐκ ἐξέσται τοίνυν τὸ λοιπὸν οὐδενὶ παντελῶς παῖδας ἔχοντι τοιοῦτό τι πράττειν, ἀλλὰ πάντως αὐτοῖς τοῦ νομίμου τούτου μέρους, ὅπερ νῦν ἀφωρίσαμεν, καὶ τὴν χρῆσιν καὶ τὴν ἐπικαρπίαν πρὸς τῇ δεσποτείᾳ καταλιμπανέτω, εἰ βούλεται παίδων οὐκ εὐθὺς λιμῷ τελευτώντων, ἀλλὰ καὶ ζῆν δυναμένων καλεῖσθαι πατήρ. Καὶ ταῦτα πάντα φαμὲν οὐκ ἐπὶ

Prohibemus autem et illud grave existens et habens quidem aliquam legalem occasionem, in diram tamen incidens crudelitatem et amaritudinem. Novimus enim aliqua testamenta, secundum quae morientes non paterne nec ut viros oportebat, sed nimis molliter atque remisse fecerunt institutiones: uxoribus si quidem omnem reliquerunt suarum rerum usumfructum, filiis autem proprietatem nudam. Quamobrem arbitror studium esse huiusmodi testamentis uxorem etiam proprietatem acquirere, filiis forte fame peremptis. Unde enim in medio etiam gubernentur et cotidianum habeant cibum, nihil eis derelicto, uxoris ira forsan et irrationabili intercedente, quae etiam eis cotidianam gubernationem abripiat? Non licebit igitur de cetero ulli omnino filios habenti tale aliquid agere, sed modis omnibus eis huius legitimae partis, quam nunc deputavimus, et usumfructum insuper et proprietatem relinquat, si vult filiorum non repente fame morientium, sed vivere valentium vocari pater. Et haec omnia dici-

quod reliquum est, bessem scilicet vel semissem, habere et in quantum voluerit sive liberis ipsis sive extraneorum quibuslibet largiri, et naturae prius quae debentur praestitis inde ad extraneas largitiones procedere. Atque hoc valeat in omnibus personis, in quibus ab initio antiquae quartae ratio de inofficioso querellae constituta est.

II. *Excepta vero sit nobis lex de curialibus nuper lata, quae filiis curialibus vel etiam filiabus cum curialibus nuptis dodrantem omnino dari vult, ut de reliquo quadrante a parentibus pro arbitrio disponatur. Ac reliquae leges omnes, quae de inofficiosi querella latae sunt, et maxime nostrae in suo robore conserventur, tam de ingratis liberis quam de iis qui tales non sunt: excepta sola quantitate, quam in praesenti auximus secundum definitiones omnes propositas.*

III. *Prohibemus vero etiam illud, quod et grave est et, licet legitimam quandam causam habeat, tamen in duram iniquitatem et acerbitatem incidit. Novimus enim testamenta quaedam, in quibus defuncti non paterno animo neque ut viros decuit, sed admodum molliter et imbecille heredum institutiones fecerunt. Namque uxoribus suis omnem reliquerunt rerum suarum usumfructum, liberis vero nudam proprietatem: ut eiusmodi testamenti hoc, opinor, studium sit, ut mulier etiam proprietatem insuper accipiat, liberis fortasse fame perituris. Unde enim interim et re familiari utantur et victum cotidianum habeant, cum nihil iis relictum sit, cum adeo muliebris forte ira iniusta accidat, quae iis etiam cotidianum victum auferat? Itaque in posterum nemini omnino, qui liberos habet, tale quid facere licebit, sed utique iis legitimae huius partis, quam nunc definivimus, et usum et fructum una cum proprietate relinquat, si pater dici vult liberorum qui non statim fame pereant, sed etiam vivere possint. Atque haec omnia dicimus non*

2 ἢ *prius om.* ς ‖ αὐτοῦ *LB*[s] ‖ τισὶ τῶν] τοῖς *B*[s] ‖ 4 ἔξωθεν *B*[s] ‖ 5 ἐφ᾽ ἁπάντων τῶν προσώπων] in omnibus descendentium personis *Iul.* (*at vid. Athan.*; *cf. Heimbach* Ἀνέκδ. *I p. XCV*) ‖ 6 δεινοφφικιοσο *M*, μέμψεως *M s. v.*, *LB* ‖ 8 ἐξῃρήσθω — 12 διοικουμένου *om. B* ‖ 8 ἀρτίως τεθ. νόμος] *est novella XXXVIII* ‖ 9 τοῖς βουλευταῖς *M* ς *Iul.* (*cf. Theod.*)] τῶν βουλευτῶν *L* ‖ 10 τοῖς βουλευτοῦ γεγαμημένεις *L* ‖ ἕνα (ἕννα *L*[2]) ούγκιον *L* ‖ 13 δεινοφφικιοσο *M*, μέμψεως *LB* ‖ 14 ἡμετέρων] *Cod.* 3, 28, 30—37 ‖ 16 τοιοῦτον *L* ‖ 20 ἐμπίπτειν? *L*[1] ‖ 23 ἐποιήσαντα *L*[1] ‖ 24 πάντα] πᾶσαν *B* ‖ 25 τὸν οὐσούφρουκτον] τὴν χρῆσιν *B* ἤτοι πᾶσαν τὴν χρῆσιν *M s. v.* ‖ 26 οἶμαι *om. B* ‖ 32 αὐτὸν? *L*[1] ‖ 33 τοῦ λοιποῦ *L* ‖ 35 τούτου *om. B* ‖ ἀφωρίσαμεν ἢ καὶ *L* ἀφ. πάντως καὶ *B*[s] ‖ 36 πρὸς τὴν δεσποτείαν *L* (ς) ‖ 38 ζῆν] μεῖζω *L*[1] ‖ 39 πάντα *om. B*[s]

1 sicut] si *R*[1] ‖ 4 haec *V* ‖ seruantes *R*[a] ‖ 8 *rubr.* De filiis curialibus *R mg.* ‖ a *om. R* ‖ 10 noniuncium *vulg.* ‖ 13 seruatis *R* ‖ 14 *non talibus] naturalibus *libri* ‖ 19 *rubr.* Si liberis suis nudam proprietatem reliquerit *R mg.* ‖ 20 diram *RTV*[2]] duram *vulg.* dura *V*[1] ‖ 24 fuerunt *R*[1] ‖ 26 aut *V* ‖ 27 *leg.* testamenti? ‖ 30 gubernentur *vulg.*] gubernantur *RVT* ‖ habebunt *V* ‖ 31 ira *vulg.*] iure *RTV*[2] ui•• (uita?) *V*[1] ‖ 32 quae *V vulg.*] quod *RT* ‖ eis etiam *vulg.* ‖ 33 nulli *V*[1] ‖ 34 h̄nti *V*[1] ‖ 35 huius *om. V* ‖ 38 pater uocari *V*

πατρὸς μόνου, ἀλλὰ καὶ μητρός, καὶ πάππου καὶ προπάππου καὶ τῶν παρεζευγμένων ἑκάστῳ θηλέων προσώπων, μάμμης φαμὲν καὶ προμάμμης, εἴτε πρὸς πατρὸς εἴτε πρὸς μητρὸς εἶεν.

mus non in patre solo, sed et matre et avo et proavo et adiunctis unicuique feminarum personis, id est avia et proavia, sive paternae sive maternae sint.

CAPUT IV.

Οὐδὲ ἐκείνου φυλαττομένου τὸ λοιπὸν ἐπὶ τοῖς ἐγγόνοις καὶ προεγγόνοις, τοῖς οὐχὶ καὶ suois *καὶ ὑπεξουσίοις, ὥστε παρα τὸ τρίτον ἔχειν αὐτοὺς τῆς μοίρας, ἣν τοῖς αὐτῶν γονεῦσι περιοῦσιν ἔδει καταλιπεῖν τοὺς διαθεμένους. Οὐ γὰρ ἐξαιροῦμεν ἔτι τοὺς ἐγγόνους τοὺς ἀπὸ παιδὸς τοῖς πρὸς πατρὸς πάπποις γενομένους, ὥστε ἐκείνους μὲν τέλειον λαμβάνειν τὸ μέρος ὅσον ἂν ὁ αὐτῶν πατὴρ ἔλαβεν περιών, τοὺς δὲ ἐγγόνους τοὺς ἀπὸ τοῦ πάππου διὰ μέσης θυγατρὸς γενομένους ἢ τοὺς ἀπὸ τῆς μάμμης πρὸς πατρὸς ἢ πρὸς μητρὸς παρὰ τὸ τρίτον λαμβάνειν· ἀλλὰ μίαν τάξιν ἐφ' ἅπασι τίθεμεν ἐγγόνοις καὶ προεγγόνοις, οὐκ ἀνεχόμενοι τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος ἐν τοῖς τοιούτοις ἐλαττοῦν. οὔτε γὰρ τὸ ἄρρεν αὐτὸ καθ' αὐτὸ οὔτε τὸ θῆλυ μόνον πρὸς τεκνογονίαν αὔταρκες, ἀλλ' ὥσπερ ἑκάτερον συνήρμοσεν ὁ θεὸς πρὸς τὴν τῆς γενεσιουργίας χρείαν, οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν αὐτὴν ἑκατέρῳ φυλάττομεν ἰσότητα.*

1 *Ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τούτου στήσομεν τὸν νόμον. ταὐτὰ γάρ φαμεν καὶ ἐπ' ἐκείνων τῶν παίδων, οἵπερ ἐκ γάμων εἰσὶ γνησίων, εἰ καὶ μὴ προῖκες τοῖς γάμοις ἀκολουθήσαιεν, ἀλλὰ διάθεσις ὡμολογημένη καὶ σαφὴς μεταξὺ τῶν συνοικούντων οὖσα τοῖς παισὶ διδοίη τὸ γνήσιον. προῖκα μὲν γὰρ ἀποτελεῖ γάμος, γάμον δὲ προῖκες οὐ ποιοῦσιν, ἀλλ' ἡ τῶν συνοικούντων ἀμοιβαία διάθεσις. Ταὐτὸ δὲ κρατείτω καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ μεταγενεστέρας διαθέσεως μετὰ προικῴων κατὰ τὰς ἡμετέρας διατάξεις γενομένων γνησίων. Καὶ οὗτος μὲν ἔστω νόμος ταῖς γνησίαις γοναῖς.*

Neque illo de cetero servando in nepotibus et pronepotibus non suis et sub potestate, minus tertiam partem eos habere, quam eorum parentibus viventibus oportebat relinquere testatores. Non enim excepimus ulterius nepotes, qui ex filio paternis avis accrescunt, ut illi quidem integram accipiant partem, quantam eorum pater acciperet vivens, nepotes autem ab avo per mediam filiam venientes, aut avia paterna aut materna, minus tertiam accipiant: sed unum ordinem in omnibus ponimus nepotibus et pronepotibus, non ferentes feminam a masculo in talibus minui. Neque enim masculus ipse in se neque femina solum ad nativitatis propagationem sufficiens est, sed sicut utrumque coaptavit deus ad generationis opus, ita et nos eandem utrisque servamus aequalitatem.

1 Sed nec usque in hoc statuimus legem. Haec enim dicimus et in illis filiis, qui ex nuptiis sunt legitimis, licet non sint secutae nuptias dotes, sed affectus indubitatus et manifestus inter coniuges existens filios praestet esse legitimos. Dotem etenim celebrant nuptiae, nuptias autem dotes non faciunt, sed coniunctorum affectus. Hoc idem obtineat et in his, qui ex posteriore affectu cum dotibus secundum nostras constitutiones legitimi fiunt. Et haec sit sanctio legitimae soboli.

CAPUT V.

Βλέψωμεν δὲ δή τι καὶ πρὸς μόνην τὴν φύσιν φιλάνθρωπον. πολλοὶ γὰρ ἐνοχλοῦσιν ἡμᾶς ἀεί, καὶ ἱκετεῖαι συχναὶ καὶ δακρύοντες παῖδες· καὶ ἀεὶ μέν τι φιλάνθρωπον ὁρίζομεν, ἀλλ' ὅτι μὴ μετὰ νόμου τοῦτο

Consideremus autem aliquid et ad solam naturam clemens. Multi namque molesti sunt nobis semper, precesque crebrae et flentes filii: et semper equidem clemens aliquid definimus, sed quia non hoc cum

de patre solo, sed etiam de matre, et avo et proavo et coniunctis unicuique femininis personis, avia scilicet et proavia, sive eae paternae sive maternae sint.

IV. *Ne illud quidem in posterum in nepotibus et pronepotibus, qui non sui et in potestate sunt, observetur, ut minus tertia parte habeant eius portionis, quam parentibus eorum superstitibus relinquere testatores oportebat. Neque enim amplius excipimus nepotes, qui ex filio avis paternis nati sunt, ut illi quidem integram accipiant partem quantam pater eorum superstes accepturus esset, nepotes autem avi ex filia nati vel nepotes aviae paternae aut maternae minus tertia parte accipiant: sed unum ordinem in omnibus statuimus nepotibus et pronepotibus, nec patimur feminam in talibus mari cedere. Neque enim masculus per se ipse neque femina sola ad liberorum procreationem sufficit, sed sicut utrumque coniunxit deus ad generationis opus, ita nos quoque eandem utrique servamus aequalitatem.* 1 *Sed ne hoc quidem termino legem coercebimus. Eadem enim etiam de illis liberis dicimus, qui ex nuptiis legitimis nati sunt, etiamsi dotes nuptias secutae non sint, sed affectus manifestus et certus inter coniuges hoc liberis praestet, ut legitimi sint. Dotem enim nuptiae quidem constituunt, nuptias vero dotes non faciunt, sed coniugum mutuus affectus. Idem autem obtineat etiam in iis qui ex posteriore affectu per dotalia instrumenta secundum nostras constitutiones facti sunt legitimi. Et haec quidem lex sit legitimae proli constituta.*

V. *Iam vero consideremus aliquid, quod humanum sit in solam naturam. Multi enim negotia nobis semper facessunt, precesque crebrae et lacrimantes liberi: ac semper quidem aliquid humani decer-*

1 *μητρὸς*] *ἐπὶ μητρὸς* (*μητερας L*) *LB* ‖ 3 *sq.* *εἴτε — εἴτε*] *εἴτε καὶ — εἴτε καὶ* B^s ‖ 5 *sq. cf. Cod.* 6, 55, 9. 20, 19 ‖ 6 *καὶ* suois *M*] *γνησίοις M s. v., LB* ‖ 7 *τὴν μοῖραν* B^f ‖ 9 *διατιθεμένους* B^s ‖ *τοὺς om.* B^f ‖ 10 *τοῖς π. π. πάπποις MBς*] *τοῦ π. π. πάππου L* ‖ *γενομένοις* $L^a B^s$ ‖ 11 *λαμβάνην τέλειον L* ‖ *τὸ μέρος om.* B^f ‖ 12 *ἐλάμβανε B* ‖ 13 *μέσης τῆς θυγατρὸς L* ‖ *γενομένης* B^f ‖ 18 **οὐδὲ — οὐδὲ libri* ‖ *καθ' ἑαυτὸ B καταυτὸ L* ‖ 21 *τὴν τοιαύτην B* ‖ 23 **ταῦτα libri* ‖ 25 *προικ. τῶν γάμων* (*τῷ γάμῳ* L^2) *ἀκουλουθήσαιεν L* ‖ 26 *σαφῶς L* ‖ 27 *διδοίη* MB^s] *δοίη* B^f *δεδοίως* L^1 *δεδωκὼς* L^2 ‖ 28 *προικοποιοῦσιν* L^1 ‖ *ἀλλ' ἡ*] *ἀλλὰ* B^s ‖ 29 *ἀμοιβαδὸν* B^f ‖ *ταῦτα L* ‖ 29 *sq. In Iuliani epitoma his aliena substituta sunt (ex nov. CXVII potius deprompta, cf. Theod.)* ‖ 30 *προικέων* L^1 *προικῶν* L^2 ‖ 31 *διατάξεις*] *Cod.* 5, 27, 10. 11 ‖ 32 *νόμος ἔστω B* ‖ *γενεαῖς B* ‖ 34 *sq. cap.* 5 *om. LB*

1 sed et] set etiam in V^2 ‖ 2 personarum feminis R^1 ‖ id est] idē *RV* ‖ 5 *rubr.* Quemadmodum ab intestato liberi per femininum sexum descendentes suis parentibus succedere debeant *R mg.* ‖ 6 tertia parte *vulg.* ‖ 9 excipimus *vulg.* ‖ 13 aut materna *om. R* ‖ tertia *vulg.* ‖ 15 a *om.* R^1 ‖ 16 nec enim *V* ‖ 18 ad *om.* R^1 ‖ 19 eadem R^1 ‖ 22 Haec] hoc R^1 ‖ 23 et *puncto notat R* ‖ 24 dotes *om.* R^1 ‖ 25 consistens *V* ‖ 26 praestet esse] praeteresse R^1 ‖ 28 coniunctorum *R* ‖ affectus *om.* R^1 ‖ obtineant *V* ‖ 30 fuerint *V* ‖ 34 *rubr.* De naturalibus liberis *R mg.* ‖ ad *om.* V^1 ‖ 36 precesque nobis crebrae *V* ‖ equidem] quidem V^2 ‖ 37 haec *V*

πράττομεν, ἐρυθριῶμεν· ὥστε τῷ πράγματι καὶ νόμον προσθέντες αὐτοὶ μὲν ὄχλους ἀποσεισόμεθα, δώσομεν δὲ ἅπασιν ἔχειν τὴν ἐκ τοῦ νόμου βοήθειαν. Ὅτι μὲν γὰρ διατίθεσθαι τοῖς τῶν φυσικῶν παίδων πατράσι καὶ ἐπ' αὐτοῖς δεδώκαμεν γνησίας μὲν ὑπούσης γονῆς ἄχρι μιᾶς μόνης οὐγκίας, ἣν ἕξουσιν ἅμα τῇ μητρὶ (τοῦτο ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν ἦν), παίδων δὲ οὐκ ὄντων γνησίων καὶ μέχρι τοῦ ἡμίσεος τῆς περιουσίας ὅλης, τοῦτο λέγουσιν οἱ παρ' ἡμῶν τεθειμένοι νόμοι, οὐκ ἐν διαθήκῃ μόνον τοῖς πατράσιν ἐφιέντες τοῦτο πράττειν, ἀλλὰ κἂν ταῖς ἄλλαις φιλοτιμίαις, ἃς καὶ περιόντες δωροῦνται. τὸ δὲ δὴ παρὸν περὶ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου τι διαλέξεται καὶ ἐκ καινῆς ὑφηγήσεται νῦν. *Εἰ γάρ τις τελευτῶν γνησίας αὐτῷ παντελῶς γονῆς οὐχ ὑπούσης, παίδων φαμὲν ἢ ἐγγόνων ἢ τῆς ἐφεξῆς διαδοχῆς, οὐδὲ νομίμου γαμετῆς, εἶτα τελευτήσειε μὴ διαθέμενος τὴν οὐσίαν, καὶ ἀφίκοιτο συγγένεια τυχὸν ἢ καὶ ἐλευθερωτὴς ἴσως τὴν διακατοχὴν κατασείων τε καὶ ἐπανατεινόμενος, ἢ καὶ τὸ ἡμέτερον ταμιεῖον (οὐδὲ γὰρ ἐκείνου τόγε ἐπὶ τούτῳ φειδόμεθα), εἴη δὲ αὐτῷ κατὰ τὸν οἶκον ἕως περιῆν ἐλευθέρα τε γυνὴ ἐν παλλακῆς σχήματι συνοῦσα, καὶ παῖδες ἐξ αὐτῆς (τοῖς γὰρ τοιούτοις μόνοις ταῦτα νομοθετοῦμεν, ἔνθα παντελῶς ἀναμφισβήτητός ἐστιν ἥ τε τῆς παλλακῆς κατὰ τὸν οἶκον σχέσις ἥ τε των νόθων ἐκεῖσε γονή τε καὶ τροφή)· δίδομεν αὐτοῖς καὶ ἀδιαθέτων τῶν γονέων τελευτώντων δύο τῆς πατρῴας οὐσίας ἔχειν οὐγκίας, ἅμα τῇ μητρὶ μεριζομένας, ὁπόσοιπερ ἂν εἶεν οἱ παῖδες, ὥστε ἑνὸς παιδὸς πρὸς ἀναλογίαν καὶ τὴν μητέρα λαμβάνειν. *Καὶ ταῦτα φαμέν*, εἰ μιᾷ παλλακῇ συνοικοίη καὶ παῖδας ἐξ ἐκείνης σχοίη, ἢ καὶ προαπελθούσης τῆς παλλακῆς θανάτῳ τυχὸν ἢ χωρισμῷ οἱ παῖδες αὐτῷ κατὰ τὴν οἰκίαν εἶεν. τότε γὰρ δίδομεν αὐτοῖς τὴν ἐξ ἀδιαθέτου πρὸς τὸ διούγκιον κλῆσιν. *Εἰ δὲ* ἐκκεχυμένα τὰ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῷ γίνοιτο, καὶ ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ἐπεισαγάγοι τῇ προτέρᾳ παλλακάς, καὶ πλῆθος ἔχοι γυναικῶν πορνευομένων (οὕτω γὰρ εἰπεῖν κάλλιον), καὶ ἐξ αὐτῶν παιδοποιούμενος τελευτήσειε πολλὰς ὁμοῦ καταλιπὼν παλλακάς, μισητὸς μὲν ἡμῖν ὁ τοιοῦτος, πόρρω δὲ τοῦδε τοῦ νόμου καθάπαξ ἀπ-

lege agimus, erubescimus. Ideoque causae etiam legem adicientes ipsi quidem populos removebimus, dabimus autem omnibus habere ex lege remedium. Quia enim testari naturalium filiorum patribus etiam ipsis dedimus legitima quidem existente prole usque ad unam solam unciam, quam habebunt una cum matre (hoc quod etiam prius fuit), filiis autem non existentibus legitimis et usque ad medietatem totae substantiae, hoc dicunt a nobis positae leges, non in testamentis solum patribus concedentes hoc agere, sed etiam aliis munificentiis, quas et superstites donant. Praesens autem de his quae ab intestato sunt loquitur et novi aliquid introducit. Nunc enim si quis moriens legitima sibi penitus sobole non existente (filiorum dicimus aut nepotum aut ceterae successionis), neque uxore legitima, proinde moriatur non disposita substantia, et veniat cognatio forsan aut certe manumissor bonorum possessionem movens et insurgens, aut etiam nostrum aerarium (nec enim illi, quantum ad hoc, parcimus), sit autem ei domi, donec vivit, libera mulier in habitu concubinae cum eo degens, et filii ex ea (talibus enim solis haec sancimus, ubi omnino indubitata est sive concubina in domo habita sive naturalium ibidem prolis et nutrimentum), damus eis et intestato parentibus morientibus duas habere uncias paternae substantiae cum matre partiendas, quanticumque fuerint filii, ita ut pro portione unius filii et mater accipiat. Et haec dicimus, si uni concubinae cohabitaverit et filios ex ea habuerit, aut praediscedente concubina morte forsan aut divisione filii domi sint; tunc enim damus eis ab intestato duarum unciarum successionem. Si autem confusa concupiscentia ita fiat, et alias superinducat priori concubinas et multitudinem habeat concubinarum fornicantium (sic enim dicere melius est) et ex eis filios faciens moriatur, multas simul relinquens concubinas: odibilis quidem nobis iste qui talis est, procul autem omni-

14 *Εἰ μέντοι τελευτήσειέ τις γνησίας* — 132, 16 *τίθεμεν νόμον paucis mutatis repetuntur nov. LXXXIX*, 12 § 4. 5.

---

nimus, sed quia non per legem id agimus, erubescimus; itaque lege rei apposita ipsi et turbam removebimus et ut omnes ex lege praesidium habeant efficiemus. Etenim naturalium liberorum patribus nos concessisse ut pro iis quoque testentur, si quidem legitima suboles extet, usque ad unam solam unciam, quam illi una cum matre habituri sint (id quod etiam prius obtinebat), si vero legitimi liberi non sint, vel usque ad dimidiam totius substantiae partem, id quidem leges a nobis latae dicunt, quae patribus non solum in testamento id agere permittunt, sed etiam in reliquis largitionibus quas etiam superstites donant. Praesens autem constitutio de successione ab intestato aliquid disseret et de novo nunc introducet. Nam si quis moriens legitima subole omnino nulla relicta, liberis dicimus aut nepotibus aut reliqua successione, neque legitima coniuge, non testatus de substantia sua decedat, ac veniant cognati fortasse vel forte etiam manumissor, qui bonorum possessionem agitent atque intendant, vel etiam nostrum aerarium (nam ne illi quidem quantum ad hanc rem parcimus), ille vero domi dum vivebat et liberam mulierem concubinae habitu et liberos ex ea habuerit (talibus enim solis haec sancimus, ubi nulla omnino dubitatio est neque de concubina in domo habita neque de naturalibus liberis ibidem et procreatis et educatis): concedimus iis, ut etiam intestatis parentibus defunctis duas uncias paternae substantiae cum matre dividendas habeant, quotcumque fuerint liberi, ita ut pro rata unius filii mater quoque accipiat. Atque haec dicimus, si una concubina usus sit et ex ea liberos susceperit, vel etiam si cum prius discesserit concubina, morte puta aut separatione, liberi eius domi maneant. Tunc enim concedimus illis, ut ab intestato in duas uncias vocentur. Quodsi effusa libido eius fuerit, et alias super alias post primam adsciverit concubinas, et multitudinem habeat mulierum scortantium (ita enim dicere praestat), liberisque ex illis procreatis mortuus sit multis simul relictis concubinis: et odio dignus nobis est talis homo et procul ab

---

10 *νόμοι*] *Cod.* 5, 27, 8. 9 ‖ *διαθήκῃ*] testamentis ς ‖ 13 *ἐκ καινῆς*] novi aliquid ς ‖ 16 **τελευτήσοι libri* ‖ 20 *τούτῳ M in nov. LXXXIX*] *τούτου M h. l., L nov. LXXXIX* ‖ 24 *sq. ἤ τε — ἤ τε*] sive — sive (*i. e. εἴτε — εἴτε*) ς ‖ 25 *νόθων*] *παίδων LXXXIX* ‖ *τε om. LXXXIX* ‖ 28 *ὅσοιπερ LXXXIX* ‖ 29 *πρὸς om. LXXXIX* ‖ 31 *σχοίη*] *ἔχοι LXXXIX* ‖ 33 *αὐτῷ om.* ς ‖ 35 *αὐτῷ*] ita (*i. e. οὕτω*) ς ‖ 36 *ἐπ' ἄλλαις om.* ς ‖ 39 *ἡμῖν om. LXXXIX* ‖ 40 *τοῦδε om. LXXXIX* ‖ 40 *sq. καθάπαξ μετὰ τῶν τοιούτων παίδων καὶ παλλακῶν ἀπελαυνέσθω LXXXIX*

1 ideo *V* ‖ 3 ex lege] nostra *s. v. R*² ‖ 4 etiam] et in *Heimbach* ‖ 5 ipsi *V* ‖ 6 solam *om. R* ‖ 7 prius fuit] solam (*del. R*²) fuerit prius *R* ‖ aut *V* ‖ 8 totae *RT*] totius *V vulg.* ‖ 9 dicant *R* ‖ 15 filiorum] autem *add. R*² ‖ ceterae] *l.* certe *R*² *s. v.* ‖ 16 successiones neque uxores *R*¹ ‖ 18 certe] *leg.* forte? ‖ 19 autem *V*ᵃ ‖ errarium *R* ‖ 20 nec enim] nam nec *V* ‖ partimus *V*¹ ‖ 21 donec ei domi *R*¹ ei donec domi *R*² ei domi donec *R*³ ‖ 22 degens] agens *R*¹ ‖ 23 haec sancimus] sanctimus hoc *R* ‖ omnino non indub. *V*¹ ‖ *indubitatae (sunt *add. vulg.*) siue concubinae in (in *om. R*¹) domo habitae *libri* ‖ 25 proles *V*² ‖ 27 fuerint *scr. R*² *in ras.* 4—5 *litt.* ‖ 30 aut] et nos *R*¹ ‖ praediscedente *R*²] praediscente *R*¹ praedecedente *R*³ praecedente *V vulg.* ‖ 31 sint *vulg.*] sunt *RVT* ‖ 34 et] ut *R*² ‖ superinducat *vulg.*] inducat *R*² inducatur *R*¹ introducat *VT* ‖ 37 simili *V*ᵃ ‖ relinquens *om. R*¹

ἐλαυνέσθω. ὥσπερ γάρ, εἴ τις νομίμῃ συνοικοίη γυναικί, ἄλλας ἐπεισαγαγεῖν οὐκ ἂν δύναιτο τοῦ συνοικεσίου συνεστῶτος καὶ ἐξ αὐτῶν νομίμως παιδοποιεῖσθαι, οὕτως οὐδὲ μετὰ τὴν γνωριζομένην τῷ νόμῳ καθ᾽ ὃν εἰρήκαμεν τρόπον παλλακὴν καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνης παῖδας δώσομεν, εἰ καί τι πάρεργον ἡδονῆς ἄλλο ποιήσαιτο, καὶ τοῦτο εἰς τὴν διαδοχὴν εἰσάγεσθαι τὴν αὐτοῦ, εἰ τελευτήσειεν ἀδιάθετος. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο νομοθετήσαιμεν, ἀδιάκριτα μὲν ἔσται τὰ τῶν γυναικῶν, τίνος μᾶλλον ἢ τίνος ἔλαττον ἐρᾷ, ἀδιάκριτα δὲ τὰ τῶν παίδων. καὶ ἡμεῖς οὐ δίδομεν τοῖς ἀσελγαίνουσιν, ἀλλὰ τοῖς σωφρονοῦσι τὸ νόμιμον. Οὐ διαφερόμεθα δὲ περὶ τῶν παίδων, εἴτε ἄρρενες εἴτε θήλειαι καθεστήκοιεν. ὥσπερ γὰρ ἡ φύσις οὐδὲν περὶ τὰ τοιαῦτα τεχνολογεῖ, οὕτως οὐδὲ ἡμεῖς ἄλλον ἐπ᾽ ἀρρένων καὶ ἄλλον ἐπὶ θηλειῶν κατὰ τοῦτο τίθεμεν νόμον. Κρατήσει δὲ καὶ οὗτος ὁ νόμος ἡμῖν ἐπὶ τοῖς ἐφεξῆς, καὶ μάλιστα πάντων οὗτος· ἐπειδὴ [γὰρ] παρὰ τὸ κεκρατηκὸς οὐκ ὀρθῶς ἄνωθεν πολλά τε ἐπηνώρθωσε καὶ εἰσηγήσατο, καὶ τὸ προειληφὸς οὐκ ἂν ἐκ τοῦ μήπω γεγονότος κανονίζοιτο. Ταῦτα ἡμῖν περὶ τῶν εἰρημένων διαδοχῶν νενομοθετήσθω.

bus modis ab hac lege expellatur. Sicut enim si quis legitimae uxori coniunctus alias superinducere non poterit matrimonio consistente et ex eis legitime filios procreare, sic neque post cognitam, quemadmodum diximus, concubinam et ex illa filios dabimus, si et aliud opus libidinis egerit, etiam hoc ad successionem eius introduci, si mortuus fuerit intestatus. Nam si hoc non constituimus, erunt indiscretae mulieres, quam maius aut quam minus amaverit, indiscreti etiam filii: et nos non praebemus luxuriantibus, sed caste viventibus legem. Non autem distinguimus de filiis, sive masculi sive feminae sint. Sicut enim natura nihil circa haec arte ratiocinatur, ita nec nos alteram in masculis et alteram in feminis secundum hoc ponimus legem. Valebit itaque haec lex nobis in futuris, et maxime omnium haec, quoniam earum, quae dudum non recte tenebant, plurima et emendavit et explanavit, et quod praeteriit, non potest ab ea, quae nondum erat, regulis subici. Haec a nobis de praedictis successionibus sint sancita.

CAPUT VI.

Κἀκεῖνο δὲ καλῶς ἔχειν ᾠήθημεν τῷδε περιλαβεῖν τῷ νόμῳ. τῶν γὰρ ἔμπροσθεν νόμων βουλομένων ἐπὶ τῶν συνεισφορῶν, εἰ μὲν διαθήκης χωρὶς τελευτήσαιεν οἱ γονεῖς, τὰς συνεισφορὰς κατὰ τὴν αὐτῶν δύναμιν γίνεσθαι, εἰ δὲ ἐπὶ διαθήκαις, μηδὲν εἰπόντες περὶ αὐτῶν, μὴ χώραν ταῖς συνεισφοραῖς γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ πράγματα ἔχειν τὰ κατὰ προῖκα τυχὸν ἢ καθ᾽ ἕτερον τρόπον διδόμενα καὶ τῶν καταλελειμμένων ἀντιλαμβάνεσθαι· ἡμεῖς θεσπίζομεν, μὴ εἶναι παντελῶς τοιαύτην πρόληψιν· ἀλλ᾽ εἴτε τις ἀδιάθετος τελευτήσειεν εἴτε ἐπὶ διαθήκαις (ἐπειδήπερ ἄδηλόν ἐστι μή ποτε ἐκλαθόμενος τῶν δεδομένων ἢ ὑπὸ τῆς ἐν τῷ θανάτῳ ταραχῆς στενοχωρούμενος οὐκ ἐμνήσθη τούτου), πάντως εἶναι τὰς συνεισφορὰς καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἰσότητα κατὰ τὸ ἤδη διατεταγμένον· εἰ μὴ ῥητῶς ἐπισκήψειεν αὐτὸς βούλεσθαι μὴ γενέσθαι συνεισφοράν, ἀλλ᾽ ἔχειν τὸν ἀναγκαζόμενον ἐκ τοῦ νόμου συνεισενεγκεῖν καὶ τὸ ἤδη δεδομένον καὶ τοῖς

Illud quoque bene habere credimus hac lege complecti. Prioribus enim legibus volentibus in collationibus, si quidem sine testamento morerentur parentes, collationes secundum earum virtutem fieri, si vero testati, nihil dicentes de eis, locum non fieri collationibus, sed et res habere per dotem forte aut alio modo datas et quae sunt relicta defendere: nos sancimus non esse omnino talem opinionem, sed sive quispiam intestatus moriatur seu testatus (quoniam incertum est, ne forsan oblitus datorum, aut pro tumultu mortis angustatus huius non est memoratus), omnino esse collationes et exinde aequalitatem, secundum quod olim dispositum est: nisi expressim designaverit ipse, velle non fieri collationem, sed habere eum, qui cogitur ex lege conferre, et

cap. VI extat in B 41, 7, 37 (B^s p. 413 Zach.).

hac lege protinus depellendus. Quemadmodum enim si quis legitima utitur uxore, alias insuper adsciscere, dum constat matrimonium, et ex iis legitime liberos procreare nequit, ita ne post concubinam quidem lege, quemadmodum diximus, agnitam et liberos ex ea susceptos concedemus, si quod aliud praeterea libidinis opus protulerit, ut id quoque ad successionem eius admittatur, si intestatus decesserit. Nisi enim hoc sanciamus, nullum erit discrimen in mulieribus, quam magis quamve minus amaverit, nullum discrimen in liberis. Atque nos non iis qui luxuriose, sed qui caste vivunt, legitimum ius damus. Neque vero distinguimus in liberis, sive masculi sive feminae sint. Quemadmodum enim natura nihil circa talia argutatur, ita ne nos quidem aliam de masculis, aliam de feminis hac in re legem ferimus. Valebit autem haec quoque lex nobis in futurum, et omnium maxime haec: quoniam praeter id, quod olim non recte obtinuit, multa et emendavit et introduxit, neque id quod praeteriit ex eo quod nondum extitit, regulam accipere facile potest. Haec nobis de dictis successionibus sancita sint.

VI. *Illud quoque bene habere visum est nobis hac lege complecti. Cum enim priores leges de collationibus constituerint ut, si quidem intestati decesserint parentes, collationes secundum vim suam fierent, sin testamento facto sed ut nihil de illis dixerint, collationibus locus non fieret, verum et res dotis forte nomine vel alio modo datae retinerentur et relicta vindicarentur: nos sancimus, nullo modo talem praeceptionem fieri; sed sive quis intestatus decesserit sive testamento facto (quoniam incertum est, an oblitus eorum, quae data sunt, vel ob perturbationem morte instante in angustias compulsus mentionem eius rei non fecerit), omnino fieri collationes atque quae inde redundat aequalitatem secundum id quod iam constitutum est: nisi expresse ipse statuerit nolle se collationem fieri, sed eum, qui ex lege conferre*

1 *νομίμῳ LXXXIX* ‖ 2 *ἐπεισάγειν LXXXIX* ‖ 4 *τῷ νόμῳ om.* ς *et LXXXIX* ‖ 6 *τι πάρεργον*] opus ς ‖ 8 *εἴγε τελευτ. LXXXIX* ‖ 16 *αλλων* M^a ‖ 18 *γὰρ om.* ς ‖ 23 B̄ *s. v. M, id. in mg. περι συνεισφορας* ‖ 25 *διαθήκαις* M^a ‖ *τελευτήσαιεν* B^s] *τελευτήσοιεν* MB^f *τελευτήσειεν L* ‖ 27 *γίνεσθαι δύναμιν* B^s ‖ *διαθήκης* B^f ‖ 29 *τυχὸν*] *τύχην?* L^1 ‖ 30 *δεδομένα* B^f ‖ 32 *ἀλλ᾽ εἴ τις* B^f ‖ 34 *τὸν δεδομένον* B^f ‖ 36 *τῆς συνεισφορᾶς* M^a ‖ 37 *sq. εἰ μὴ ἄρα ῥητῶς* B^f ‖ 38 *γίνεσθαι* B^f

3 poterint *V* ‖ consistere R^1 ‖ 6 si et *Heimbach*] si aut R^a sicut R^b si R^2V *vulg.* ‖ 7 fuerit *om.* V^1, *post* intestatus *add.* V^3 ‖ 9 amauerint *V* ‖ 10 indiscrete *R* ‖ 12 destinguimus V^1 ‖ sunt (*ex corr.*) *V* ‖ 13 rationatur *V* ‖ 14 et *om. R* ‖ 15 secundum] set *V* ‖ hec V^1 ‖ 17 quoniam omnium earum *V* ‖ 19 ab] a ab *V* ‖ regulus R^1 ‖ 23 *rubr.* De collationibus *R mg.* ‖ credidimus *T* ‖ completi *V* ‖ 25 morientur R^1 ‖ 27 testari R^1 ‖ eis] eo R^1 ‖ 28 sed et] et *om. R vulg.* ‖ 30 non esse] defendere V^1 ‖ opinione *R* ‖ 32 certum *R* ‖ 33 angustatus R^1V] angustiatus R^2T ‖ non est] nomine R^1V^a ‖ 35 secundum] set *V* ‖ quod olim quod disp. R^1 ‖ 36 designauerint *V* ‖ ipse se uelle R^2

ἐκ τῆς διαθήκης χρῆσθαι δικαίοις. πάντων τῶν ἔμπροσθεν περὶ συνεισφορῶν ἡμῖν νενομοθετημένων ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν μενόντων ἰσχύος.

quod iam datum est, et ex iure testamenti; omnibus, quae prius de collationibus a nobis sancita sunt, in sua virtute manentibus.

CAPUT VII.

Καὶ τὸ πολλάκις δὲ ἡμῖν δικάζουσι παραστὰν ἀναγκαῖον ἐνομίσθη νῦν μέρος γενέσθαι τοῦ παρόντος νόμου. πολλάκις γάρ τινες πλειόνων παίδων καθεστῶτες γονεῖς, εἶτα δοκοῦντες εὐθὺς τὰ πράγματα διαιρεῖν, ὅπως ἂν ἀδελφικῆς αὐτοὺς ἀπαλλάξαιεν ἔριδος, εἰς μείζους ἔτι καὶ χαλεπωτέρας αὐτοὺς φιλονεικίας ἐξάγουσι. δέον γάρ, εἴπερ τοῦτο ἠβούλοντο, ῥητῶς ἅπαντα διελεῖν ἐν ταῖς διαθήκαις ταῖς ἑαυτῶν, ἢ εἰ μὴ τοῦτο, μερίδας γοῦν ποιήσασθαι καὶ ὑποσημήνασθαι ταύταις καὶ οὕτως ἀναμφισβήτητον δοῦναι τοῖς παισὶ τὴν διαίρεσιν, οἱ δὲ οὐ τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλὰ μέρος μὲν δι' ἑαυτῶν αὐτοὶ γράφουσι, καὶ οὐδὲ τοῦτο συνεχές, ἀλλ' ἴσως παρεγγεγραμμένον ἑτέρου τινὸς γράμμασι καὶ ἐν ἀπογραφῇ τινὶ παρερριμμένῃ καὶ φυλακῆς οὐδεμιᾶς ἠξιωμένῃ κείμενον, τὸ δὲ λειπόμενον μέρος οὐκ ἔτι τῆς ἐκείνων ἐστὶ χειρός, ἀλλ' ὑπογραφέως τινὸς ἴσως διαφθαρέντος ἢ καὶ τοῦ τυχόντος. κἀντεῦθεν αὐτοῖς δικῶν ἀφορμαὶ μυρίαι, πότερον ταῦτα γνώμῃ πέπρακται τοῦ πατρὸς ἤ τινός ἐστιν ἔριδός τε καὶ φιλονεικίας τεχνίτου ἐργάτου καὶ πρός τινος τῶν μερῶν χάριν γεγραφότος. Ταῦτα ἡμεῖς ἐνοχλεῖν τοῦ λοιποῦ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους οὐ βουλόμενοι θεσπίζομεν· εἴ τις βούλοιτο τὰ οἰκεῖα πράγματα τοῖς παισὶ διελεῖν, ἢ πάντα ἢ καί τινα τυχὸν καταλιπεῖν ἐξαίρετα, ταῦτα μάλιστα μέν, εἰ δυνατὸν εἴη, λεγέτω ἐν τῇ διαθήκῃ καὶ ἀναμφισβήτητον διδότω τοῖς παισὶ τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν. εἰ δὲ τοῦτο οὐ πράττοι διά τινας ἀνάγκας, αἳ πολλαὶ περιεστᾶσιν ἀνθρώπους, ἀλλ' ἔξεστι νεμήσεις ποιήσασθαι τῶν πραγμάτων, ἅπερ ἂν διανεμηθῆναι βουληθείη, καὶ ὑποσημήνασθαι πάσαις ἢ αὐτόν, ἢ τοὺς παῖδας ἅπαντας ὑπογράψαι παρασκευάσαι, ὧν μεταξὺ τὰ πράγματα διαιρεῖ, κἀντεῦθεν τῷ πράγματι δοῦναι πίστιν ἀναμφισβήτητον. καὶ τὸ κατὰ τοῦτο γινόμενον τὸ σχῆμα κύριόν τε ἔστω καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἑτέρας οὐ δεόμενον ἀσφαλείας. Εἰ δέ τις τοῦτο

fieri, in universa vero illa legum collectione per Codicem, qui a nobis nomen traxit, facta merito talia resecari iussimus, ne moles superflua in libris illis perscriberetur. In tertia vero constitutione de temporibus nihil adiecimus, cum omnibus apertissimum sit ea, quae per interpretationem adiciuntur, oportere de illis quoque valere, de quibus legibus interpretatis locus fit.

I. *Sed quoniam omnino extiterunt, qui de rebus adeo manifestis disceptare conarentur vel errarent, etiam hanc legem adicimus, sancientes, ut, quae in tribus quas diximus constitutionibus a nobis facta est legislatio valeat etiam de iis, quae expresse primae legi a nobis latae adscripsimus, hoc est, sive eiusmodi liberorum patres superstites esse contingat sive mortem obiisse, necdum vero eiusmodi causam aut sententia aut transactione finem accepisse, ut secundum hoc eiusmodi causae legibus a nobis latis subiciantur: exceptis illis causis, quaecumque ante quam leges a nobis latae sint sive sententia iudicum sive transactione iam decisae sunt.*

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram legem declarata sunt, tua sublimitas omnibus manifesta reddere studeat.

XX.

DE OFFICIIS MINISTRANTIBUS IN SACRIS APPELLATIONIBUS.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Iam quidem sacram tulimus legem de appellationibus disserentem, qui in iis modus

2 τῶν ἐπώνυμον *L* τῶν ἐπωνύμων *A* ‖ κωδίκων *A* ‖ 3 τὰ τοιαῦτα] ταῦτα *A* ‖ 4 τοῖς] τε *A* ‖ 5 περὶ τὸν χρόνον *A* ‖ 6 ὂν] ὧν *L*[1] ἐστιν ὂν *A* ‖ χρὴ *A* ‖ προστεθέντ•• *L*[1] ‖ 9 sq. ὅμως ἐφάνησάν τινες περὶ τούτων φανερῶς πλανώμενοι καὶ ἀμφισβητεῖν ἐγχειροῦντες *A* ‖ 12 ἐρημίαις *L*[1] ‖ 13 sq. νομοθεσίαν — προσεγράψαμεν] νόμῳ προσεγράψαμεν *mediis om. L*[1], νομοθεσίαν καὶ ἐφ' ὧν προσεγράψαμεν θεμάτων κρατεῖν *L*[2] ‖ ἐφ'] περὶ *A* ‖ καὶ ῥητῶς] θεοκρίτως *A* ‖ 14 παρ' ἡμῶν τεθέντι *A* 17 ἢ *prius om. A* ‖ 18 ὥστε *om.* ς ‖ κατὰ] καὶ τὰ *L*[1] ‖ 20 ἔφθησαν *M*] ἔφθασαν *LA* ‖ 21 πρὶν] πρὸς *L*[1] πρὸ τοῦ *L*[2] ‖ ἢ *om. A* ‖ ψῆφον *L*[1] ‖ 21 sq. ἢ διαλύσει δικαστῶν (ει δικαστῶν *in ras.*) *A* ‖ 25 *subscr.* dat. xvi k. arr. CP. post Bilisari uc. conss. *M* ἐγράφη πρὸ ιε' καλανδ. Ἀπριλ. μετὰ τὴν ὑπατίαν Βελισαρίου *Ath.* (*cf.* ς), ἐξεφωνήθη μηνὶ ἀπριλλίῳ μετὰ ὑπατείαν Βελισαρίου *Theod.* ‖ 29 ἐν τοῖς σάκροις *ML*[2]ς (*cf. Cuiacii expos. et nov. CXXVI pr.*)] ἐν τοῖς ἄκροις *L*[1] ταῖς ἄκραις *Ath.* (*rubr.* περὶ τῶν ταῖς ἐγκλήτοις ὑπουργούντων *Theod.*) ‖ 31 ἐπάρχῳ *Ath.*] ὑπάρχῳ *ML* ‖ 33 θεῖον *om. Theod.* ‖ νόμον] *est nov. XXIII* ‖ 34 ἐφέσεων *M*] ἐκκλήτων *L*

2 abscedere *R*[1] ‖ 3 *leg.* inscriberetur. In tertia? ‖ 6 quae *om. R*[1] ‖ 7 quibus] qui *V*[1] ‖ et *om. vulg.* ‖ interpretati *V*[1] ‖ 10 et *om. V* ‖ 12 fac•• *R*[1] ‖ 14 s•peresse *V*[1] ‖ 15 patres *in ras. R*[2] ‖ modī *V*[1] ‖ 17 tale *V*[1] ‖ 23 placuerunt nobis *R*] nobis placuerunt *V vulg.* ‖ et in praesente *V* ‖ 26 *subscr. dedimus ex Orielensi et Bamb. II* datur xv kkl. *Oriel.*, dat. xv kal. *Bamb.* (dat. xii kal. *ed. pr.*) ‖ Cap. *Bamb.* ‖ ē. Bilisario uic. c. *Bamb.*, Bilisario cons. *Oriel.* ‖ 31 pp.] pbrm *V* ‖ 32 sacram *et* 33 quem *om. R* ‖ t. reseruari *R*[2]

λάττεσθαι τρόπον ἐπ᾽ αὐταῖς, καὶ ὅθεν εἰς τίνας φέρεσθαι τὰς ἐκκλήτους· ὃν πρός τε τὴν σὴν ὑπεροχὴν πρός τε τὸν ἐνδοξότατον ἡμῶν κατεπέμψαμεν κοιαίστωρα. Ἐπειδὴ δὲ πολλὴ γέγονεν ἀμφισβήτησις περὶ τῶν ὑπηρετουμένων ταύταις ὀφφικίων, τῶν μὲν ἐκ τοῦ θείου τῶν ἐπιστολῶν σκρινίου τὰς τῶν spectabili*ων δικαστῶν οἰκειουμένων ἐν ταῖς ἐκκλήτοις ὑπηρεσίας, τῶν δὲ ἐκ τοῦ θρόνου τῆς σῆς ὑπεροχῆς μέγιστα δηλούντων ἠδικῆσθαι, εἰ μεταβεβλημένου τοῦ σχήματος οὐκέτι μόνοι ταῖς ἐκκλήτοις ὑπηρετήσουσι ταῖς ἀπὸ τῶν λαμπροτάτων τῶν ἐπαρχιῶν ἀρχόντων ἐρχομέναις εἰς μόνον τὸ σὸν δικαστήριον, καθάπερ πρότερον ἦν, ἡνίκα ἐν θείῳ μὲν καὶ αὐτὸς ἠκροῶ δικαστηρίῳ, ὑπηρετεῖτο δὲ ἡ τάξις ἡ σή, ἀλλὰ διὰ τὸ τῶν σπεκταβιλλίων σχῆμα ἐν τάξει θείου ἀκροατηρίου τῆς ὑποθέσεως κινουμένης, καὶ συνακροωμένου τῇ σῇ ὑπεροχῇ καὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἡμῶν κοιαίστωρος, καὶ ἑκατέρου μέρους τὸ πᾶν οἰκειουμένου, καὶ συναχθέντων παρά τε τῇ σῇ ὑπεροχῇ καὶ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἡμῶν κοιαίστωρι πολλάκις τῶν τε ἐκ τῶν θείων σκρινίων, οἵπερ ταῖς ἐφέσεσιν ὑπηρετοῦνται, τῶν τε ἐκ τῆς τάξεως τοῦ θρόνου τοῦ σοῦ· τέλος εἴς τινα τύπον τὸ πρᾶγμα περιέστη, ὃν ἀγράφως εἰς ἡμᾶς ἠγάγετε. τὸ πρᾶγμα δὲ καὶ ἡμῖν οὐκ ἀπὸ τρόπου γεγονὸς ἔδοξε. Καὶ τέως, ἐπειδήπερ Παφλαγονία καὶ Ὀνωριάς, διῃρημέναι πρότερον εἰς ἄρχοντας δύο, εἰς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν περιέστησαν τὸ τοῦ πραίτωρος ὄνομα προσλαβόντα, τοῦτο ἀναμφισβητήτως ἔδοξε τὸ σχῆμα τῇ σῇ προσήκειν ἀρχῇ. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ποτὲ δύο Πόντων, τουτέστιν Ἑλενοπόντου τε καὶ Πόντου Πολεμωνιακοῦ· κἀκεῖσε γὰρ δύο καθεστώτων ἔμπροσθεν ἀρχόντων, νῦν δὲ ἑνὸς τοῦ μοδεράτωρος γεγονότος, κεκοσμημένου καὶ αὐτοῦ τῇ τῶν περιβλέπτων ἀξίᾳ, πάλιν ταῦτα συνέβαινε καὶ εἰς τὸ σὸν μόνον δικαστήριον φέρεσθαι τὰς ἀπὸ τῶν ἐκκλήτων δίκας ἐχρῆν, κατὰ μέντοι τοὺς ὅρους τῆς περὶ τῶν ἐκκλήτων διατάξεως.*

modum super eis, et unde ad quos ferri appellationes, quamque tam ad tuam celsitudinem quam ad gloriosissimum misimus quaestorem. Quia vero plurima facta est dubitatio de ministrantibus eis officiis, cum ii, qui ex sacro quidem epistolarum scrinio sunt, spectabilium iudicum vindicarent sibi appellationis ministerium, qui vero ex sede tuae sunt celsitudinis, maxime dicerent se laedi, si mutato schemate nequaquam soli appellationibus ministrarent his quae a clarissimis provinciarum iudicibus veniunt ad solum tuum iudicium — sicut prius erat, dum in divino quidem et ipse audires consistorio, ministraret vero officium tuum —, sed propter spectabilium schema in ordine sacri auditorii negotio moto et pariter audiente tua celsitudine cum gloriosissimo nostro quaestore utriusque partis totum sibimet applicarent, congregatisque et apud tuam celsitudinem et gloriosissimum nostrum quaestorem saepius et his, qui ex sacris scriniis appellationibus ministrant, et qui ex tuae sedis officio: novissime ad quandam formam causa perducta est, quam ex non scripto ad nos deduxistis. Causa vero nobis non incongrua visa placuit. Et interim, quoniam Paphlagonia et Honorias, divisae prius in iudices duos, in unum eundemque reductae sunt praetoris nomen suscipientem, hoc indubitate placuit schema tuo competere cingulo. Hoc idem etiam in duobus aliquando Pontis, hoc est Helenoponto et Ponto Polemoniaco: nam et illic duobus constitutis prius iudicibus, nunc autem uno moderatore facto et decorato etiam ipso spectabilium dignitate, rursus hoc proveniebat et ad tuum solummodo iudicium ferri appellationum lites oportebat, secundum terminum tamen constitutionis de appellationibus.

CAPUT I.

Συνήρεσε τοίνυν ἅμα μὲν τοῖς ὑπουργοῦσιν ἑκατέρᾳ τῶν ἀρχῶν, ἅμα δὲ ὑμῖν ἀμφοτέροις, καὶ πρός γε καὶ ἡμῖν ὀρθῶς ἔδοξεν ἔχειν τὸ παραστὰν ἡμῖν,

Complacuit igitur simul quidem officiis utriusque administrationis, simul autem vobis ambobus, insuper et nobis, et recte se habere visum est nobis, solum

observandus et unde ad quosnam appellationes deferendae sint; quam et ad tuam sublimitatem et ad gloriosissimum nostrum quaestorem misimus. Quoniam autem magna de officiis quae illis ministrent dubitatio orta est, cum et qui ex sacro scrinio epistularum sunt, ministeria spectabilium iudicum in appellationibus sibi vindicarent, et qui de sede tuae sublimitatis sunt maximam sibi iniuriam factam demonstrarent, si mutata forma non iam soli appellationibus, quae a clarissimis praesidibus provinciarum ad solum tuum iudicium deferuntur, ministraturi essent, sicuti antea fiebat cum et ipse in sacro iudicio causas cognosceres et officium tuum ministraret, sed propter spectabilium formam causa in ordine sacri auditorii mota, et una cum tua sublimitate etiam gloriosissimo nostro quaestore cognoscente, cum utraque pars sibi totum vindicaret, atque saepius et apud tuam sublimitatem et apud gloriosissimum nostrum quaestorem congregarentur tam qui ex sacris scriniis sunt, qui appellationibus ministrant, quam qui sunt ex officio sedis tuae: postremo res in formam quandam est redacta, quam non scriptam ad nos detulistis. Quae res ne nobis quidem inopportune fieri visa est. Atque interim quoniam Paphlagonia et Honorias prius in duos praesides distributae iam ad unum eundemque, qui praetoris nomen accepit, concesserunt, haec forma sine dubio ad tuam potestatem pertinere visa est. Idemque hoc etiam in duobus qui olim erant Pontis, hoc est Helenoponto et Ponto Polemoniaco: nam ibi quoque cum antea duo praesides instituti essent, nunc vero unus factus sit moderator, ornatus et ipse spectabilium dignitate, eadem rursus evenerunt, et ad tuum iudicium solum causas ex appellationibus, secundum terminos nimirum constitutionis de appellationibus latae, deferri par fuit.

I. *Probatum igitur simul et iis, qui utrique magistratui ministrant et vestrum utrique est atque insuper nobis quoque recte se habere visum, quod nobis propositum est: ut solum officium tuae sublimitatis*

1 *ὅθεν εἰς Mς*] *ὅθεν καὶ εἰς L* ‖ 3 *ἡμῶν om. ς* ‖ 6 *σκ∙∙νίου* L^1 ‖ *τὰς τῶν περιβλέπτων βιλίων* (*βικαρίων* L^2) *δίκας οἰκειουμένων ἐκ* (*ἐν* L^2) *ταῖς τῶν ἐκκλήτων ὑπηρεσίαις L* ‖ 9 *ἀδικεῖσθαι L* ‖ 14 *διαυτὸ L* ‖ 15 *τ∙ξει* L^1 ‖ 19 *τῷ* (*τοῦ s. v.*) *ἐνδοξ∙τ^τ ἡμῶν κοιαίστωρι* (*κοιαίστωρος?* M^a) *M* ‖ *ἡμῶν om. L* ‖ 20 *σκ∙∙νίων* L^1 ‖ 25 *Ὀνωριὰς* B^c *ὠνοριας L ὀνορία M* ‖ 26 *ἀρχὰς* B^a ‖ 28 *τούτω* L^1 ‖ *cf. nov. XXIX* c. 5 ‖ 29 *προσῆκον L* ‖ 31 *δύον* L^1 ‖ 33 *καὶ κοσμημένου M* et decorato ς ‖ 34 *cf. nov. XXVIII* c. 8 ‖ *ταῦτα* ML^2B^c] *ταύτα* L^1 *ταὐτὰ* B^f (hoc ς) ‖ 39 *καὶ om. L* ‖ 40 *τὸ παραστᾶν* (*παριστᾶν* L^2) *ML, om. ς* ‖ *ὑμῖν L*

1 his *R* ‖ 2 quam *vulg.* ‖ tam *om.* R^1 ‖ 3 gloriosimum *V* ‖ 5 hii *RV* ‖ qui *om.* V^1 ‖ 6 iudicum] sunt *add.* R^a ‖ uendicarent *R* uindicarint *V* ‖ appellationum V^a ‖ 11 ad solitum iudicium (tuum *add.* R^2) *R* ‖ 12 et *VT*] *om. R vulg.* ‖ 17 congregatisque] tisque *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 18 et quod gloriosissimum V^1 ‖ 20 nouissimo V^1 ‖ 21 non ex scripto *V* ‖ 23 plagonia (*sequitur spatium* 4 *litt.*) *V* flagonia R^1 plaphagonia R^2T ‖ 24 honorarias *R* ‖ in *om. V* ‖ iudices duos] d∙∙∙ dicef ∙∙ os V^1 ‖ 25 reducte sunt] e sunt V^2 *in ras.* ‖ suscipientes *V* ‖ 27 cingulo] congrulo R^a ‖ Pontis *Beckius*] positis *libri* ‖ 28 *elesponto *RVT* ‖ 32 iuditium referri *V* ferri iudicium *R* ‖ 33 secundum] set *V* ‖ tamen] tantum *V* ‖ 38 simul his (iis *T*) quidem *T vulg.* ‖ 39 aut *V* ‖ uobis *om.* R^1

ὥστε μόνην τὴν τάξιν τῆς σῆς ὑπεροχῆς ταῖς τοιαύταις ὑπηρετεῖν ἐκκλήτοις, καθάπερ καὶ πρότερον ἦν, εἰ καὶ ἐν σχήματι θείου ἀκροατηρίου λέγοιντο καὶ παρείη καὶ ὁ ἐνδοξότατος ἡμῶν κοιαίστωρ καὶ μετέχοι τῶν πραττομένων.

officium tuae celsitudinis talibus ministrare appellationibus, sicut et prius fuit, si et in schemate sacri auditorii dicantur et adsit gloriosissimus noster quaestor et particeps sit gestorum.

CAPUT II.

Ἀλλὰ μὴν ἐπείπερ ὁ τῆς πρώτης Καππαδοκίας ἡγούμενος πρότερον εἰς τὴν σὴν ἀρχὴν ἑώρα μόνην κἀκεῖσε τὸ τῶν ἐφέσεων ἐφέρετο, νῦν δὲ εἰς τὸ τοῦ περιβλέπτου ἀνθυπάτου μεταβέβληται σχῆμα, οὐδὲν ἧττον προσῆκόν ἐστι, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης ἔφεσιν δεχομένης καὶ ἀναπεμπομένης τῆς δίκης ἐνταῦθα, κατὰ τὴν θείαν ἡμῶν διάταξιν ἐν τάξει θείου ἀκροατηρίου αὐτὴν ἀγωνίζεσθαι, συνόντος καὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἡμῶν κοιαίστωρος καὶ συνακροωμένου τῆς ὑποθέσεως, μόνης δὲ τῆς τάξεως ὑπηρετουμένης τῆς σῆς, ἐπειδὴ καὶ πρότερον τοῦτο νενόμιστο. Εἰ γὰρ καὶ ὁ περίβλεπτος κόμης τῶν οἰκιῶν συνανεμίχθη νῦν τῇ ἀρχῇ, ἀλλ' οὖν οὔτε πρότερον πολλαί τινες ἐκινοῦντο δίκαι παρ' αὐτῷ οὔτε ἐκ τοῦ δικαστηρίου τοῦ κατ' αὐτὸν ἐφέρετό τις σχεδὸν ἔφεσις ἐνταῦθα. νῦν δὲ δὴ καὶ τὰ περὶ τὰς ταμιακὰς διοικήσεις καὶ ἑτέροις τισὶ παρεδώκαμεν, καὶ οὐ δεῖ παρὰ τοῦτο ἐλαττωθῆναι τὸν σὸν θρόνον, ἀλλ' ὁμοίως τὴν σὴν ὑπηρετεῖσθαι τάξιν μόνην ταῖς ἐνταῦθα φερομέναις ὑποθέσεσι.

Sed etiam quoniam primae Cappadociae praeses prius ad tuum cingulum respiciebat solum, et ibi appellationes ferebantur, nunc autem in spectabilis proconsulis figuram mutatus est, nihilo minus competens est, et illa administratione appellationem suscipiente et mittente litem hic, secundum sacram nostram constitutionem in ordine sacri auditorii eam examinari, praesente quoque gloriosissimo nostro quaestore et pariter audiente negotium, solo officio ministrante tuo, quoniam et prius hoc solitum erat. Nam etsi spectabilis comes domuum permixtus est, tamen neque pridem multae quaedam movebantur causae apud eum neque ex iudicio eius ferebatur aliqua paene appellatio hic. Nunc autem quae circa aerarii dispensationem sunt, et aliis haec quibusdam tradidimus et non oportet ob hoc minui sedem tuam, sed similiter tuum ministrare officium solum hic delatis negotiis.

CAPUT III.

Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ τῆς Ἀρμενίας ἀνθυπάτου, ἐπειδὴ πρότερον ἀρχὴν αὐτὴν ὀρδιναρίαν [ἔμβαθμον] ποιήσαντες νῦν οὐδὲν αὐτῇ προσθέντες εἰς τὸ τῆς ἀνθυπατείας μετηγάγομεν σχῆμα. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ταῖς ἐκεῖθεν δίκαις ἡ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ὑπηρετήσεται τάξις, τῆς δίκης μὲν ἐν τάξει θείου ἀκροατηρίου, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, κινουμένης, παρ' ἀμφοτέροις δὲ ὑμῖν ἐξεταζομένης, οὐδὲν δὲ ἧττον τῆς τάξεως τῆς σῆς ὑπηρετουμένης τῷ πράγματι, καθάπερ καὶ πρότερον ἦν, ἡνίκα μόνον τὸ τῆς ἀρχῆς τῆς καλουμένης ὀρδιναρίας εἶχε σχῆμα μείζονα τάξιν οὐ προσλαβοῦσα.

Hoc ipsum etiam in Armeniae proconsule, quoniam prius administrationem eam ordinariam facientes et nunc nihil ei addentes in proconsulis figuram mutavimus. Etenim inde venientibus litibus tuae celsitudinis ministrabit officium, lite quidem in ordine sacri auditorii, sicut praediximus, movenda, apud ambos autem vos examinanda, nihilominus autem officio tuo ministrante causae, sicut prius fuit, dum solum administrationis ordinariae haberet schema maiore ordine non suscepto.

CAPUT IV.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ Λυκαονίαν καὶ Πισιδίαν καὶ Ἰσαυρίαν ὑπὸ ἄρχουσι πρότερον τεταγμένας καὶ τὰς ἐκ-

Quoniam et Lycaoniam et Pisidiam et Isauriam sub iudicibus primitus constitutas et appellationes

---

talibus appellationibus ministraret, quemadmodum etiam antea fiebat, etiamsi in forma sacri auditorii agantur et gloriosissimus noster quaestor adsit et particeps sit eorum quae geruntur.

II. *Iam quoniam qui primae Cappadociae praeest antea ad solum tuum magistratum respexit atque illuc appellationes deferebantur, nunc vero in spectabilis proconsulis figuram mutatus est, nihilominus par est, ubi et ille magistratus appellationem suscipiat et causa huc transmittatur, secundum sacram nostram constitutionem illam in ordine sacri auditorii disceptari, ut intersit etiam gloriosissimus noster quaestor et una causam cognoscat, solum vero officium tuum ministret, quandoquidem etiam prius hoc usu venerat. Nam etsi spectabilis comes domorum ei magistratui nunc admixtus est, tamen neque antea multae lites apud eum movebantur neque a iudicio illius ulla fere appellatio huc deferebatur. Nunc vero et quae ad aerarii administrationes pertinent aliis quoque quibusdam commisimus, nec propterea tua sedes imminuenda est: sed similiter tuum officium solum causis huc delatis ministret.*

III. *Atque hoc idem etiam in Armeniae proconsule: quoniam qui eam prius potestatem ordinariam reddidimus, nunc nihil ei addentes in proconsulatus formam mutavimus. Etenim etiam iis quae inde veniunt causis tuae sublimitatis officium ministrabit: ut causa in ordine sacri auditorii, quemadmodum ante diximus, moveatur, apud utrumque autem vestrum examinetur, nihilominus vero officium tuum rei ministret, sicut etiam antea erat, cum solam potestatis ordinariae quae vocatur speciem haberet maiore ordine non acquisito.*

IV. *Quoniam vero et Lycaoniam et Pisidiam et Isauriam, quae sub praesidibus antea constitutae*

---

4 **παρῇ* *libri* ‖ *ἡμῶν* *om.* B^c ‖ *μετέχει* *M* ‖ 8 *τὰ τῶν* *B* ‖ 9 *cf. nov. XXX* ‖ 13 *αὐτοῖς* *L* ‖ 14 *συνακροασαμένας* *L* ‖ 15 *δὲ* *om.* ς ‖ 16 *καὶ ο πρότερον* *L* ‖ *νενόμιστο* *libri*] *ἐνενόμιστο* *Heimbach* ‖ 17 *οἰκιῶν* *M*ς] *οἰκείων* *L*B^c (*cf. Cod.* 12, 5, 2 *cum Cuiacii comm.*) ‖ *νῦν τῇ ἀρχῇ* *om.* ς ‖ 18 *sq.* *οὐδὲ — οὐδὲ* *libri* ‖ *δίκαιον* L^a ‖ 19 *αὐτῷ*] *αὐτῶν* *L* ‖ 20 *νῦν δὲ δὴ καὶ*] nunc autem ς ‖ 21 *τὰ*] *τὰς* *L* ‖ *ταμειακὰς* *B* ‖ *ἑτέροις τισὶ*] aliis haec quibusdam ς ‖ *παραδεδώκαμεν* *L* ‖ 22 *τὸν θρόνον τὸν σὸν* *L* (*B*') ‖ 26 *πρότερον τὴν ἀρχὴν* B^c ‖ *ἔμβαθμον* *M*, *om.* *LB*ς ‖ 27 *cf. nov. XXXI c.* 1 ‖ *νῦν αὐτὴν οὐδὲν αὐτῇ* *L* ‖ 29 *ὑπηρετήσει* B^c ‖ 30 *θείας* *L* ‖ 32 *δὲ* *om.* B^c ‖ 33 *τῷ* *om.* *L* ‖ 35 *καλουμένης* *om.* ς ‖ 37 *δὲ* *om.* B^c ‖ 38 *ἐγκλήτους* *M*

2 si R^2V^2] set R^1 scio V^1, *om. vulg.* ‖ 4 et particeps sit gestorum *om.* R^1 ‖ 6 capadotie *RV* ‖ 7 solum et ibi] m et ibi V^2 *in ras.* ‖ 10 illam administrationem (amministratione *V*) appellationem suscipientem et mittentem *libri, corr. Beck* ‖ 11 *sq.* nostram constitutionem sacram *RT* ‖ 12 ordine V^1 *vulg.*] ordinem RV^2T ‖ 16 praemixtus V^1 ‖ 17 tantum *R* ‖ cause mouebantur *R* ‖ 18 causa *V* ‖ 19 aut *V* ‖ 20 errarii *RVT* ‖ sunt dispensationem *R* ‖ haec *del. Beck* ‖ 22 delatis] detalis V^1 de V^2 ‖ 25 etiam] et R^1 ‖ 26 aministratione *V* ‖ 27 figura *VT* ‖ 28 aduenientibus *V* ‖ 29 celsitudinibus R^a ‖ ordinem *R* ‖ 30 mouendam *V* ‖ 31 apud omnes ambos V^1 ‖ 37 licaoniam *R* liconiam *V* ‖ pisoidiam *V* psidiam *R* ‖ hisauriam *RVT* ‖ 38 et appellationes] constitutas *add.* R^a

κλήτους ἀναπεμπούσας εἰς τὸν θρόνον τὸν σὸν νυνὶ κοσμηθῆναι τῇ τῶν πραιτώρων ἀρχῇ συμβέβηκεν (εἰ καὶ δοκεῖ πως συναναμεμίχθαι τις αὐτῇ καὶ στρατιωτικὴ τάξις, ἐπειδὴ πρότερον καὶ δοὺξ ἐφ' ἑκάστης τούτων ἐπαρχίας ἦν), ἀναγκαίως ἡμῖν ἔχειν ἔδοξε διὰ τὸν καινισμὸν τοῦτον μόνῳ δὴ τῷ θρόνῳ τῷ σῷ καὶ τῷ ἐνδοξοτάτῳ κοιαίστωρι παραδοῦναι τὴν τῶν ἐφέσεων ἐξέτασιν, δοῦναι δὲ φιλανθρωπότερον τῇ τάξει τῇ σῇ καὶ τοῖς ἐπὶ τούτῳ πραττομένοις ὑπηρετεῖσθαι. ὥστε, εἴ τι γέγονε τοιοῦτον ἔμπροσθεν ἢ καὶ ὕστερον γένηται, τὴν αὐτὴν τῷ πράγματι τάξιν ὑπεῖναι θεσπίζομεν.

destinantes ad sedem tuam nunc decorari praetorum cingulo contingit, licet videatur quodammodo permixtum quoddam ei etiam militare officium, quoniam prius et dux in utraque harum provincia fuit, necessarie nobis se habere placuit propter novitatem soli sedi tuae et gloriosissimo quaestori tradere appellationum examinationem, cedere quoque et clementius tuo officio, ut his, quae super hoc aguntur, ministrent. Unde si quid factum est tale prius sive etiam postea fiat, eundem causae ordinem imponi sancimus.

CAPUT V.

Ἐπειδὴ δὲ δύο καθαρῶς ἦσαν ἀρχαὶ τοῦ τε κόμητος τῆς Ἑῴας τοῦ τε ἄρχοντος αὐτῆς τῆς πρώτης Συρίας, καὶ αἱ μὲν τῆς πολιτικῆς ταύτης ἀρχῆς ἐφέσεις εἰς τὸν σὸν ἐφέροντο θρόνον, τῆς τάξεως ὑπηρετούσης μόνης τῆς σῆς, αἱ δὲ τοῦ κόμητος τῆς Ἑῴας, οἷα σπεκταβιλίου, κατὰ τὸ τῶν θείων ἀκροατηρίων σχῆμα εἴς τε τὸν θρόνον τὸν σὸν εἴς τε τὸν ἐνδοξότατον κοιαίστωρα, μόνων τῶν ἐκ τῶν θείων σκρινίων ὑπηρετουμένων· (VI) *ἀλλὰ τοῦτο ***· ἐν τούτῳ τῷ μέρει καλῶς ἡμῖν ἔδοξεν ἔχειν ἐπὶ ταύτης δὴ τῆς ἀρχῆς κοινὴν δοῦναι τὴν ὑπουργίαν τοῖς τε ἐκ τοῦ τῶν θείων ἐπιστολῶν σκρινίου τοῖς τε ἐκ τῆς τάξεως τῆς σῆς ὑπεροχῆς. Τὸ γὰρ δὴ τῶν πρόσθεν δύο βικαρίων τῆς τε Ποντικῆς τῆς τε Ἀσιανῆς παντελῶς καινισθὲν καὶ εἰς τὴν ἀρχὴν μόνης ἐπαρχίας μιᾶς μεταστάν, Γαλατίας φαμὲν καὶ Φρυγίας Πακατιανῆς, φοιτάτω μὲν πρός τε τὴν σὴν ὑπεροχὴν πρός τε τὸν ἐνδοξότατον κοιαίστωρα, μόνην δὲ τὴν ὑπηρεσίαν δεχέσθω τῆς τάξεως τοῦ θρόνου τοῦ σοῦ.*

Quia vero duae fuerunt administrationes pure et comitis Orientis et iudicis eius primae Syriae, et civilis quidem huius administrationis appellationes ad tuam referebantur sedem, officio ministrante solummodo tuo, comitis autem Orientis, utpote spectabilis, in sacrarum auditionum figura ad sedem tuam et gloriosissimi quaestoris veniebat, solis qui ex sacris sunt scriniis ministrantibus: (VI) Sed hoc in hac parte nobis bene se habere visum est, in hac videlicet administratione commune dare ministerium et his qui ex sacrarum epistolarum scrinio sunt et qui ex officio tuae celsitudinis. Quod enim prius duorum vicariorum fuit Ponticae et Asianae et omnino innovatum est et in unius administrationem solius provinciae mutatum — dicimus autem alind Galatiae, alind Frigiae Pacatianae —, veniat quidem tam ad tuam celsitudinem quam ad gloriosissimum quaestorem, solum vero ministerium suscipiat officium sedis tuae.

CAPUT VII.

Κἀκεῖνο μέντοι θεσπίζομεν, ὥστε ἐπὶ τούτων δὴ τῶν ἀρχῶν τῶν νῦν παρ' ἡμῶν ἐξευρεθεισῶν καὶ μεταβαλουσῶν τὸ ἀρχαῖον σχῆμα, εἴτε αὐτόθεν κατὰ τὴν φύσιν τῆς οἰκείας δικάσαιεν ἀρχῆς εἴτε καὶ ἐκ παραπομπῆς ἡμετέρας, ταὐτὸ φυλάττεσθαι σχῆμα·

Illud tamen sancimus, ut ex administrationibus nunc a nobis adinventis et mutantibus antiquum schema, sive hoc ipsum secundum naturam propriae iudicent administrationis sive etiam ex delegatione nostra, idem servetur schema: et ubi so-

---

erant et appellationes ad sedem tuam transmittebant, nunc praetorum potestate decorari contigit (etsi ei militare quoque aliquod officium fere admixtum esse videtur, quia prius etiam dux erat in unaquaque earum provinciarum), necesse nobis esse propter hanc innovationem visum est iam soli sedi tuae et gloriosissimo quaestori examen appellationum tradere, et clementius concedere officio tuo, ut iis quoque quae hac in re aguntur ministret. Itaque si quid eiusmodi antea factum est sive etiam postea fiet, eundem ordinem negotio subesse sancimus.

V. *Quoniam vero duae aperte potestates erant comitis Orientis et praesidis ipsius primae Syriae, et appellationes quidem a civili hac potestate ad tuam sedem deferebantur solo ministrante tuo officio, a comite vero Orientis, utpote spectabili, secundum sacrorum auditoriorum formam et ad tuam sedem et ad* (VI) *gloriosissimum quaestorem, solis iis qui ex sacris scriniis sunt ministrantibus, hoc vero ***: in hac parte bene habere nobis visum est de hoc quidem magistratu commune ministerium dare tam iis, qui ex sacrarum epistularum scrinio sunt, quam qui ex officio tuae sublimitatis. Nam quod in duobus quondam vicariis et Ponticae et Asianae plane iam innovatum est et in magistratum unius provinciae solius translatum, Galatiae dicimus et Phrygiae Pacatianae, procedat quidem et ad tuam sublimitatem et ad gloriosissimum quaestorem, solo vero ministerio utatur officii sedis tuae.*

VII. *Verum illud quoque sancimus, ut in his quidem magistratibus, qui nunc a nobis inventi sunt ac veterem formam mutarunt, sive ultro secundum naturam propriae potestatis sive etiam ex delegatione nostra iudicent, eadem servetur forma. Et ubi solum ministrare officium tuae sublimitatis sanximus,*

---

1 *νῦν LB* | 2 *πραιτωρίων B^c προτέρων M. Cf. nov. XXV. XXIV. XXVII* | 3 *πως*] *αὐτῇ s. v. add. L²* | *συναμεμίχθη τῆς αὐτῇ L¹* | 4 *ἐπειδὴ καὶ πρότερον B^c* | 5 *ἦν B^c* | 6 *μόνον B^c* | 8 *δὲ*] quoque et, 9 *om. καὶ ς* | 10 *εἴ τι M*] *εἴτε τι LB* (*cf. ad ς*) | *ἢ MB*] *ἤτε* (*pro εἴτε*) *L* sive *ς* | 13 *cf. nov. VIII c. 5* | *δύον L* | 14 *τοῦ τε ἄρχοντος — 17 ἑῴας om. M* | *τῆς om. B^c* | 17 *αἱ δὲ*] *ἤδη L ἡ δὲ B^c* (*ς, cf. v.* 19) | 18 *σπεκταβιλλίου L*] *σπεκταβιλλία M περιβλέπτου L s. v., B^f περίβλεπτος M s. v., B^c* | *τῶν om. B^c* | 19 *σχῆμα εἴ τε L* | 20 *σκηρνίων L* | 21 *hiatum statuit Zachariae ita fere explendum: ἀλλὰ τοῦτο ⟨νυνὶ ἐκαινίσθη ὥστε ἀμφοτέρας μίαν ἀρχὴν εἶναι⟩· ἐν τούτῳ κτλ.* | 24 *σκηρνίου τῆς τε L* | 25 *cf. nov. VIII c. 2. 3* | *τῶν*] *τῆς L* | 27 *ἀρχὴν*] *ἐπαρχὴν L* | 28 *Γαλατίας — Πακατιανῆς*] *discrepat ς* | *πακατιανῆς B^c* | 31 *τῆς τάξεως*] officium *ς* | 32 *ἐπὶ Hombergk*] *ἐκ libri* | *τούτων om. ς* | 33 *τῶν ante νῦν om. L^a* | *ἡμῖν M* | 34 *μεταβαλούσης L* | *αὐτόθεν*] hoc ipsum *ς* | 35 *οἰκείας*] *ἀρχαίας B^c* | 36 *τὸ αὐτὸ LB^c*

2 contigit *R²* | 3 quodam *R¹* | 4 prouintiarum *V* | necessario *vulg.* | 5 propter hanc nouitatem *T vulg.* (*Gr.*) | 6 sedis *V* | appellationem *V* | 9 ministret *Beckius* | si quid *R*] siue aliquid *V vulg.* | 14 iudices *R¹* | civilis *vulg.*] ciuiles *RT* ciuile *V* | 15 āministrationes *R¹* | 16 ministrante *R*] administrante *V vulg.* | 18 sacrum *R* | figuram *R²* | 19 et *om R* | veniebant *vulg.* | 20 sunt *om. V* | 23 ministerium *in ras. V²* | 25 quod *in ras. V²* | ducorum *V* | Ponticae *Heimbach*] pontica *libri* | 27 administrationis *RVT* | 28 gallie *R* | aliud *V*] aliud autem *R vulg.* | pacatione *V* | 29 quidam *V* | 30 vero] ūm (= uerum?) *V* | 33 a] ad *V* | 35 iudicent] uidetur *R* | 36 ubi *R*] ibi *V vulg.* | solu *V*

και ἔνθα μόνην ὑπηρετεῖν τὴν τάξιν τῆς σῆς ὑπερ- (VIII) οχῆς ἐθεσπίσαμεν, ὁμοίως [εἴτε ἐκ παραπομπῆς] εἴτε ἐκ τῆς τοῦ δικαστηρίου φύσεως ἡ ἔφεσις ἀνέλθοι, τὴν τάξιν τῆς σῆς ὑπεροχῆς ὑπηρετεῖσθαι ταῖς ἐφέσεσι θεσπίζομεν, εἴτε ἐκ παραπομπῆς ἡμετέ- (IX) ρας, ὁμοίως τῆς τάξεως ἔσται τῆς σῆς. Ἐφ' οἷς τε κοινὴν εἴπομεν τήν τε τῶν ⟨σῶν⟩ τάξεων τήν τε ἐκ τῶν θείων σκρινίων ὑπουργίαν, ὁμοίως τὴν κοινότητα φυλάττομεν, εἴτε ἐκ παραπομπῆς εἴτε κατὰ τὸ τεταγμένον ἐν τῷ δικαστηρίῳ γένοιτο τὰ τῆς ἐξετάσεως. Ἐπ' ἐκείνων μέντοι τῶν δικῶν, ἃς οὐ σπεκταβίλιοι δικασταὶ κρίνουσιν, ἀλλὰ συνήγοροι μόνον, ἐφ' ὧν ἐφέρετο τὰ τῆς ὑποθέσεως εἴς τε τὸν θρόνον τὸν σὸν εἴς τε τὸν ἐνδοξότατον ἡμῶν κοιαίστωρα, τῶν καθωσιωμένων λιβελλησίων ὑπηρετουμένων αὐταῖς, ἐπειδὴ μηδὲν παντελῶς ἐπὶ ταύταις κεκαίνισται, τὸ παλαιὸν φυλάττομεν σχῆμα. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν οὐ καινισθέντων τὰ τῆς παλαιᾶς ὑπουργίας μένειν ἐφ' ἑαυτῶν διατάττομεν, οὐδενὸς νεωτέρου γενομένου. ὁ γὰρ ἐπισυμβὰς καινισμὸς ἀλλοῖον πως χρῆναι γενέσθαι καὶ τὸ τῶν ὑπουργούντων ὑπέδειξε σχῆμα.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω.

Dat. xv. k. April. Constantinopoli post cons. Belisarii v. c.

lum ministrare officium tuae celsitudinis sancivimus, (VIII) similiter sive ex delegatione sive ex cinguli natura appellatio veniat, officium tuae celsitudinis ministrare appellationibus sancimus; sive etiam ex delegatione nostra, similiter officii erit tui. (IX) In quibus autem commune diximus et tuorum officiorum et sacri scrinii ministerium, similiter communionem servamus, sive ex delegatione sive, secundum quod dispositum est, in iudicio fiat examinatio. Super illis tamen litibus, quas non spectabiles iudices iudicant, sed advocati solum, referatur negotium tam ad sedem tuam quam ad gloriosissimum quaestorem, devotissimis libellensibus ministrantibus eis: quoniam, dum nihil omnino super istis innovatum sit, antiquam servamus figuram; sicut etiam in aliis omnibus non innovatis antiqua ministeria manere in semet ipsis disposuimus, nulla novitate facienda. Accedens namque novatio aliter quodammodo oportere fieri etiam ministrantium ostendit figuram.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo omnibus faciat manifesta, edictis destinatis a se, ut omnes cognoscant, quae nobis sunt placita.

[a. 536] Dat. x. k. April. CP. p. c. Belisarii v. c.

ΚΑ

ΠΕΡΙ ΑΡΜΕΝΙΩΝ ΩΣΤΕ ΚΑΙ ΑΥΤΟΥΣ ΕΝ ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΑΚΟΛΟΥΘΕΙΝ ΝΟΜΟΙΣ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἀκακίῳ τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ ἀνθυπάτῳ Ἀρμενίας.

⟨Προοίμιον.⟩ Τὴν Ἀρμενίων χώραν τελείως εὐνομεῖσθαι βουλόμενοι καὶ μηδὲν τῆς ἄλλης ἡμῶν δι-

XXI.

℞ DE ARMENIIS UT IPSI PER OMNIA SEQUANTUR ROMANORUM LEGES ℞.

Imp. Iustinianus A. Acacio proconsuli Armeniae.

⟨Praefatio.⟩ Armeniorum regionem bene legibus gubernari volentes et nihil ab alia nostra differre

Nov. XXI Graece extat in ML, cap. 1 in B 45, 6, 1. *Latine legitur inter extravagantes Auth.* (*R f.* 74, *Vf.* 184 *post nov. XIII, eademque in R ab alia manu scripta* (= *r*) *f.* 91 *post nov. LXV*). — *Epit. Theod.* 21 (*inde* B^{Σ} *l. c.*)

(VIII) *similiter [sive ex delegatione] sive ex iudicii natura appellatio prodeat, ut officium tuae sublimitatis appellationibus ministret sancimus, sive ex delegatione nostra, similiter id officii tui erit.* (IX) *Et in quibus commune diximus esse et officiorum et sacrorum scriniorum ministerium, similiter communionem servamus, sive ex delegatione sive secundum id quod constitutum est in iudicio fiat examinatio. In illis tamen litibus, quas non spectabiles iudices, sed advocati tantum diiudicant, in quibus causae tam ad sedem tuam quam ad gloriosissimum quaestorem nostrum deferebantur ita, ut devotissimi libellenses iis ministrarent, quoniam nihil omnino in his innovatum est, antiquam formam servamus. Quemadmodum etiam in reliquis omnibus, quae innovata non sunt, ut antiqui ministerii ratio maneat neve quid novi fiat, constituimus. Nam quae supervenit innovatio diversam aliquo modo ministrantium quoque formam fieri oportere monstravit.*

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram legem declarata sunt, tua sublimitas operi effectuique tradere festinet.

XXI.

DE ARMENIIS, UT IPSI QUOQUE PER OMNIA ROMANORUM LEGES SEQUANTUR.

Idem Augustus Acacio magnificentissimo proconsuli Armeniae.

Praefatio. Armeniorum regionem cum bonis plane legibus instrui nec quicquam a reliqua nostra

2 *εἴτε ἐκ παραπομπῆς secludenda iudicavit Heimbach. Aut haec delenda aut v.* 5 *vv. εἴτε — τῆς σῆς* ‖ 5 *εἴτε*] sive etiam ς ‖ 7 *σῶν addidit Haloander cum* ς ‖ 8 *σκιρνίων L* ‖ 11 *οὐ πεκταβίλιοι M οἱ* (*οὐχ οἱ* L^2) *σπεκταβίλιοι L οὐ περίβλεπτοι B* ‖ 13 *φέρεται* B^c ‖ 14 *ἡμῶν om.* ς ‖ 15 *λιβελλισίων MB λιβελισίων L* ‖ 18 *τῶν οὐ*] *τῶν om. M* ‖ 19 *διατάττομεν*] disposuimus ς ‖ 20 *ἀλλοῖον MB*] *ἀλλοῖ L ἄλλως Haloander* (*Bf*) aliter ς ‖ 21 *χρὴ L* ‖ *τὸ*] *τῶ L* ‖ 22 *ὑπέδειξας L* ‖ 25 *ἔργῳ — σπευσάτω*] *Diversam clausulam habet* ς ‖ 26 *subscr.* dat. xv. k. April. Constantinuπολι^τ' post Bilisario uo. cons. *M, ἐγράφη πρὸ ιε' καλανδῶν Ἀπριλλίων μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Ath., ἐξεφωνήθη μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου μηνὶ Ἀπριλίῳ Theod.*, dat. III N̄N̄. Ianuarias cons. uilisarii *Iul.*[b] (*cf. nov. XXIII*) dat. post cons. uilisarii *Iul. codd. al.* ‖ 29 *rubr. Περὶ Ἀρμενίων Theod.* ‖ 33 *τῷ*] *τῶν L*

1 tuum *V* ‖ sancivimus — 3 celsitudinis *om. R* (4 ministrare appellationibus *del.* R^2) ‖ 3 tuae *om. V* ‖ 7 sacris scriniis *T*; *leg.* ex sacris scriniis? ‖ communionem *T vulg.*] communem *V* commune *R* ‖ 9 quod *om. V* ‖ 10 tantum *RV* ‖ 11 dicant *V* ‖ 16 misteria *R* ‖ 18 namque *om. V.* nouatio aliter quodam| *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 19 etiam] etiam et *RT* et *V* ‖ 20 figura *V* ‖ 26 agnoscant *R* ‖ 27 *subscr. dedimus ex VO* ‖ x *V, om. O* ‖ Cap. *VO* ‖ Bisilario uo. conṡ *O* Basiliario uicit consul. *V* ‖ 29 Armeniis *R vulg.*] Armenis *Vr* ‖ ut — 31 leges *Rr*] *om. V vulg.* ‖ 33 *inscr. om. r* ‖ Armeniae *om. R* ‖ 35 regione *r* ‖ 36 nostre *R*

εστάναι πολιτείας ἀρχαῖς τε Ῥωμαϊκαῖς ἐκοσμήσαμεν, τῶν προτέρων αὐτὴν ἀπαλλάξαντες ὀνομάτων, σχήμασί τε χρῆσθαι τοῖς Ῥωμαίων συνειθίσαμεν, θεσμούς τε οὐκ ἄλλους εἶναι παρ' αὐτοῖς ἢ οὓς Ῥωμαῖοι νομίζουσιν ἐτάξαμεν. Καὶ ᾠήθημεν χρῆναι ῥητῷ νόμῳ κἀκεῖνο ἐπανορθῶσαι τὸ κακῶς παρ' αὐτοῖς ἁμαρτανόμενον, καὶ μὴ κατὰ τὸ βαρβαρικὸν ἔθος ἀνδρῶν μὲν εἶναι τὰς διαδοχὰς τῶν τε γονέων τῶν τε ἀδελφῶν τοῦ τε ἄλλου γένους, γυναικῶν δὲ οὐκ ἔτι, μηδὲ χωρὶς προικὸς αὐτὰς εἰς ἀνδρὸς φοιτᾶν μηδὲ ἀγοράζεσθαι παρὰ τῶν συνοικεῖν μελλόντων, τοῦτο ὅπερ βαρβαρικώτερον μέχρι τοῦ νῦν παρ' αὐτοῖς ἐνομίσθη· οὐκ αὐτῶν μόνων ταῦτα ἀγριώτερον δοξασάντων, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων ἐθνῶν οὕτως ἀτιμασάντων τὴν φύσιν καὶ τὸ θῆλυ περιυβρισάντων, ὡς οὐ παρὰ θεοῦ γενόμενον οὐδὲ συντελοῦν τῇ γενεσιουργίᾳ, ἀλλ' ὡς εὐτελές τε καὶ ἠτιμασμένον καὶ πάσης ἔξω προσήκον καθεστάναι τιμῆς.

republica, et administrationibus eam Romanis ornavimus, prioribus eam liberantes nominibus, et figuris uti Romanorum assuevimus, sanctionesque non alias esse apud eos quam eas, quas Romani nominant, disposuimus. Et aestimavimus oportere expressa lege illud quoque corrigere, quod male apud eos delinquebatur, et non secundum barbaricam gentem virorum quidem esse successiones tam parentum quam fratrum et alterius generis, mulierum vero nequaquam, neque sine dote eas ad viros venire, nec emi a maritis futuris, quod barbarice hactenus apud eos servabatur; non ipsis solummodo haec ferocius sentientibus, sed etiam aliis gentibus ita exhonorantibus naturam et femineum iniuriantibus genus, tamquam non a deo sit factum nec serviat nativitati, sed tamquam vile et exhonorandum et extra omnem competentem consistens honorem.

CAPUT I.

Θεσπίζομεν τοίνυν διὰ τοῦδε τοῦ θείου νόμου, ὥστε καὶ παρὰ Ἀρμενίοις τὰ αὐτὰ κρατεῖν ἅπερ καὶ παρ' ἡμῖν προφάσει τῆς τῶν θηλειῶν διαδοχῆς, καὶ μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν ἄρρενός τε καὶ θηλείας. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς ἡμετέροις νόμοις τέτακται, κατὰ ποῖον μὲν σχῆμα κληρονομοῦσι γονεῖς, ἤγουν πατέρα καὶ μητέρα, καὶ πάππον καὶ μάμμην, καὶ τοὺς ἔτι ποῤῥωτέρω, ἢ καὶ τοὺς μετ' αὐτούς, τουτέστιν υἱὸν καὶ θυγατέρα, ὅπως τε αὐτοὶ κληρονομοῦνται· οὕτως καὶ παρὰ Ἀρμενίοις εἶναι καὶ μηδὲν τὰ Ἀρμενίας νόμιμα τῶν Ῥωμαίων διεστάναι. Εἰ γὰρ τῆς ἡμετέρας πολιτείας εἰσὶ δουλεύουσί τε ἡμῖν μετὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν καὶ πάντων ἀπολαύουσι τῶν ἡμετέρων, οὐ δήπου μόναι παρ' αὐτοῖς αἱ θήλειαι τῆς παρ' ἡμῖν ἰσότητος ἐκβληθήσονται· ἀλλὰ πᾶσιν ἐν ἴσῳ τὰ τῶν ἡμετέρων ἔσται νόμων, ὅσα τε ἐκ τῶν παλαιῶν συνηθροίσαμεν καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἐτάξαμεν ἰνστιτούτοις τε καὶ διγέστοις ὅσα τε ἐκ τῆς βασιλικῆς νομοθεσίας τῶν τε ἔμπροσθεν αὐτοκρατόρων καὶ ἡμῶν [τε] αὐτῶν ἀπογέγραπται.

Sancimus itaque per hanc sacram legem, ut et apud Armenios haec ipsa tenere quae etiam apud nos occasione successionis feminarum, et nullam esse differentiam masculi aut feminae: sed sicut et in nostris legibus dispositum est, secundum quam figuram heredes existant parentum, hoc est patris et matris, et avi et aviae, et adhuc longius, et eorum qui post ipsos sunt. hoc est filii et filiae, et quemadmodum ipsi hereditatem transmittant: ita et apud Armenios esse et nihil Armeniorum leges a Romanorum differre. Si enim nostrae reipublicae sunt serviuntque nobis cum aliis gentibus et omnibus nostris fruuntur, nequaquam solae apud eos feminae nostra aequitate repellentur, sed omnibus sub aequitate nostrae erunt leges, quascumque ex veteribus collegimus et in nostris posuimus Institutis atque Digestis et quaecumque ex imperiali legislatione tam priorum imperatorum quam nostra conscriptae sunt.

CAPUT II.

Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα κρατεῖν εἰς τὸν ἅπαντα θεσπίζομεν χρόνον, ἀρχόμενα ἐκ προοιμίων τῆς παρού-

Haec igitur omnia valere per omne sancimus tempus, incipientia a principiis praesentis quartae de-

re publica differre velimus, et magistratibus Romanis ornavimus prioribus nominibus liberatam, et Romanorum specie uti consuefecimus, neque leges ut aliae apud eos essent nisi quas Romani colunt constituimus. Atque existimavimus expressa lege illud quoque corrigendum esse, in quo male apud eos peccatur, nec barbarorum more viris quidem successiones in bona et parentium et fratrum et reliquae cognationis competere, feminis vero non item, neque sine dote eas in matrimonium duci neque emi ab iis qui consuetudinem earum habituri sunt, id quod magis etiam barbare usque adhuc apud illos usu venit: cum non ipsi solum ferocius ita sentirent, sed etiam aliae gentes naturam adeo contemnerent atque femininum genus contumelia afficerent, quasi quod a deo profectum non esset, neque ad generis procreationem una valeret, sed tamquam vile et contemptum et quod omnis honoris expers esse deberet.

I. *Sancimus igitur per hanc sacram legem, ut apud Armenios quoque eadem obtineant quae apud nos successionis feminarum nomine, neve ullum sit discrimen inter masculum et feminam. Sed quemadmodum in nostris legibus constitutum est, quo ordine succedant parentibus, patri scilicet et matri, et avo et aviae, et qui remotiores sunt, vel etiam iis qui ipsos sequuntur, id est filio et filiae, et quomodo ipsis succedatur: ita etiam apud Armenios sit, neve quicquam Armeniae leges a Romanorum differant. Nam si nostri imperii sunt inserviuntque nobis cum reliquis gentibus atque omnibus quae nostra sunt fruuntur, non sane solae inter eos feminae ab aequalitate, quae apud nos est, repellentur, sed ad omnes aequaliter leges nostrae pertinebunt, tam illae quascumque ex antiquis collegimus et in nostris Institutionibus et Digestis collocavimus quam illae quaecumque ex imperiali legumlatione et anteriorum imperatorum et ipsa nostra perscriptae sunt.*

II. *Haec igitur omnia ut in omne tempus valeant, sancimus, initio capto a principio praesentis*

1 *cf. nov. XXXI* c. 1 ‖ 5 **νομίζουσιν*] *ὀνομάζουσιν libri* ‖ 7 *ἔθος*] gentem (*i. e. ἔθνος*) ς ‖ 12 *τοῦ om. L* ‖ 13 *μόνον L* ‖ 21 *τῆς om. L* ‖ 23 *ὥσπερ*] sicut et ς ‖ *νόμοις om. L* ‖ 24 *ἤγουν M*] *τουτέστι BL* ‖ 26 *καὶ prius om. L* ‖ 27 *κληρονομούνταις* L^1 ‖ *οὕτω* L^2 *οὔτε* L^1 ‖ 28 *Ἀρμενίας*] Armeniorum ς ‖ 29 *τῆς*] *τοῖς L* ‖ 36 *τε καὶ*] *καὶ L* ‖ 38 *τε ML, om. B* ‖ 39 *cap. II derogatur Edicto III a.* 535 *de eodem argumento scripto* ‖ 40 *ἐκ τῶν προοιμίων L*

1 ordinauimus *R* ‖ 2 eanu r^a ‖ numinibus *RVr* ‖ 3 uti] uiro *r* ‖ 4 eos] eas V^a ‖ nominat *R* uocant *r* ‖ 6 quod] qui *R* ‖ delinquebantur R^1 ‖ 7 et] ut *R* ‖ secundum] set *R* ‖ barbararicam *V* barbari causam *r* ‖ 8 successores *R* ‖ parentium *V* ‖ 10 nequoque *r* ‖ eos *R* ‖ 11 a *r vulg.*] *om.* *RV* ‖ margaritis *R* ‖ 12 apud eos] eos apud eos *r* ‖ ipsi *R* ‖ haec *om. r* ‖ 13 ferocis *Rr* ‖ sentientibus *vulg.*] sequentibus *RVTr* ‖ 14 exhonerantibus *V* ‖ femine ut iniur. *r* ‖ 15 non adhesit factum R^1 nana deo olõ fit actum *r* ‖ nec] ne *V* ‖ 16 exhonerandum R^1 honerandum *V* ‖ et *vulg.*] ut *RVTr* ‖ 19 ut et *del.* R^3, ut *om. vulg.* ‖ 20 Armenios VR^2] Armenos R^1r ‖ quae] quiue *RV* ‖ 21 occasionem *V* ‖ et *om. R, ante* occasione *add.* R^3 ‖ 22 aut *RVr*] et *vulg.* ‖ sicut et in *V*] et sicut in *r* sicut etiam *R* sicut in *vulg.* ‖ 23 uestris *r* ‖ 24 extiterat *r* ‖ 25 et eorum] vel eorum *vulg.* ‖ 26 filie et filii *R* filius et filia *r* ‖ 27 transmutatur *R* ‖ 29 romẽrum *r* ‖ nostrae *om. r* ‖ 31 femina R^1 ‖ 32 equitate nostra *r* ‖ repelluntur *R* repellantur *r* ‖ 33 ex] et ex *r vulg.* ‖ 34 collegibus R^1 colligimus *Vr* ‖ et in] et *om. r* ‖ 35 imperialis legislationem *r* ‖ 36 piorum R^1V ‖ conscripta *Rr*

σης τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως καὶ αὐτῆς, καθ' ἣν τόνδε γράφομεν τὸν νόμον. τὸ γὰρ καὶ τὰ παλαιότερα περιεργάσασθαι καὶ πρὸς τοὺς ἄνω χρόνους ἀνελθεῖν συγχύσεως μᾶλλον ἢ νομοθεσίας ἐστίν· ἀλλ' ἐκ τῶν χρόνων, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, τῆς παρούσης τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως καὶ αὐτῆς καὶ κατὰ τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον αἱ διαδοχαὶ μενέτωσαν ὅμοιαι, τῶν ἐκ πάσης αἰτίας εἰς διαδοχὰς φερομένων ὁμοίως μὲν ἐπὶ γυναικῶν, ὁμοίως δὲ ἐπὶ ἀνδρῶν τοῦ λοιποῦ φυλαττομένων. Τὸ δὲ ἔμπροσθεν γενόμενον ἅπαν μένειν ἐπὶ τοῦ προτέρου σχήματος ἐῶμεν, εἴτε ἐπὶ γενεαρχικῶν εἴτε ἐπὶ τῶν ἄλλων γέγονεν, οὐδ' ὁτιοῦν ἐπικοινωνούντων τῶν θηλειῶν προσώπων ἐπὶ τοῖς ἤδη διανεμηθεῖσι γενεσιαρχικοῖς χωρίοις ἢ ταῖς γενομέναις διαδοχαῖς μέχρι τῆς τρισκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως καὶ αὐτῆς· ἀλλ' ἐκ τοῦ ῥηθέντος χρόνου, τουτέστιν ἀπὸ τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως, κρατεῖν τὰ παρ' ἡμῶν νομοθετηθέντα θεσπίζομεν.

⟨*Ἐπίλογος.*⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια καὶ οἱ μετ' αὐτὴν τῆς ἀρχῆς ἀντιληψόμενοι παραφυλάττειν εἰς τὸ διηνεκὲς σπουδασάτωσαν. Dat. xv. k. April. CP. post cons. Belisarii v. c. [*a.* 536]

cimae indictionis tantum, secundum quam hanc conscripsimus legem. Nam etiam antiquiora perscrutari et ad superiora tempora ascendere confusionis magis quam legislationis est; sed ex temporibus, sicut praediximus, praesentis quartae decimae indictionis tantum et in subsequenti universo tempore successiones maneant similes, et ex omni causa, quae in successionibus relata est, similiter in mulieribus, similiter in viris de cetero servandae. Quod autem prius factum est omne manere in priori figura sancimus, sive in progenitoralibus sive in aliis factum est, nihil omnino communicantibus femineis personis super iam divisis progenitoralibus praediis aut factis successionibus usque ad tertiam decimam indictionem tantum; sed ex memorato tempore, hoc est quarta decima indictione, valere quae a nobis sunt legislata sancimus.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram legem declarata sunt, tua magnificentia et qui post eam administrationem susceperint, in perpetuum custodire festinet.

K̄B̄

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΓΑΜΟΥΝΤΩΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨*Προοίμιον.*⟩ Πολλοὶ μὲν ἤδη καὶ ποικίλοι τέθεινται νόμοι παρ' ἡμῶν καὶ ἑκάστῳ μέρει τῶν πρότερον ἡμῖν νομοθετηθέντων ἢ διαταχθέντων μέν, δοξάντων δὲ ἡμῖν ἔχειν οὐκ ὀρθῶς τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω

XXII. Coll. IV tit. 1

R DE NUPTIIS R.

Imp. Iustinianus A. Iohanni pp.

⟨Praefatio.⟩ Plurimae quidem iam variaeque positae sunt leges a nobis unicuique parti prius a nobis sancitorum aut dispositorum quidem, visorum autem nobis habere non recte, ad meliora dantes

Nov. XXII (— *Coll. IV tit.* 1: *gloss.*) *Graece extat in ML, maior pars in B* (27, 7 *et* 28, 4 *sqq.*) *variis locis.* — *Epit. Theod.* 22, *Athanas.* 10, 2 (*cf.* περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων § 13 *p.* 195 *Heimb.*). *Iulian. const. XXXVI.*

---

decimae quartae indictionis ipsius, qua hanc legem scribimus. Antiquiora enim curiose scrutari et ad superiora tempora redire confusionis potius quam legislationis est: sed inde a tempore, uti antea diximus, praesentis decimae quartae indictionis ipsius atque in omne deinceps tempus successiones maneant aequales, ut quae quavis de causa ad successiones referantur, aequaliter tam in feminis quam in masculis in posterum observentur. Quod vero antea factum est omne manere in priore statu sinimus, sive in genearchicis sive in reliquis factum est: ut femininae personae nullam omnino partem habeant in genesiarchicis praediis iam divisis aut in successionibus quae fuerunt usque ad decimam tertiam indictionem ipsam: verum ex praedicto tempore, hoc est a quarta decima indictione, ut quae a nobis constituta sunt valeant sancimus.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram legem declarata sunt, magnificentia tua et qui post eam suscepturi sunt istam potestatem observare in perpetuum studeant.

XXII.

DE IIS QUI SECUNDAS NUPTIAS CONTRAHUNT.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Multae quidem iam ac variae a nobis latae sunt leges, quae et singulis partibus eorum, quae a nobis prius sancita erant vel constituta nec tamen recte se habere nobis visa sunt, viam ad

---

7 *μενέτωσαν Mς*] *μὲν ἔστωσαν L* ‖ 14 *διανε*[μ]*θήσιν* (*sic*) *L* ‖ 16 *αὐτοῖς L* ‖ 23 *subscr. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἀπριλίῳ ἰνδ. ιδ' μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.* ‖ post Bilisario uc. cons. *M* ‖ 26 *τῶν M Ath.*] *om. L* (*rubr. περὶ λύσεως γάμων καὶ περὶ δευτερογαμιῶν Theod.*, de secundis nuptiis *Iul.*, *ἡ περὶ γάμων νεαρά cit. Nomoc. XIV tit.* 13, 2. 4) ‖ 28 *ἐπάρχῳ Ath.*] *ὑπάρχῳ ML* ‖ 32 *τῶν*] *τὸ L*[1] ‖ 33 *μὲν om. M* ‖ 34 *κρίττον L*[1]

1 inditionis *RV* ‖ hanc quam *R* ‖ 2 scripsimus *r vulg.* ‖ legem *om. R* ‖ etiam *Rr*] et *V vulg.* ‖ 4 legelationis *r* ‖ 5 indicionis *R* ‖ 6 tempore uniuerso *R* ‖ 7 et ex *RV*] ex *r vulg.* ‖ 8 est, sumitur in *V* ‖ 9 seruandae. Quod] seruande sunt *V* ‖ aut *RV* ‖ 10 omnem *r* ‖ prioris *RV* ‖ sancimus] sinimus *vulg.* (*Gr.*) ‖ 11 progenitoribus (praegen. *R*[a]), *omissis verbis* sive in — 13 progenitoralibus *RV* ‖ progenitorialibus sive in aliis *vulg.*, progenitor aliis *r* ‖ 13 super iam] superbiam *r* ‖ progenitorialibus *vulg.* ‖ praesidiis *r* ‖ 14 andictionem *V* inducerem *R* ‖ 15 tantum *ante* tempore *coll. R* ‖ tempus *V* ‖ 16 inditione *R* ‖ 17 legislationis *R* ‖ 21 declarata sunt legem *r vulg.* ‖ 22 qui] quae *RV om. r*[a] ‖ susceperit *r* ‖ in] et in *RV* ‖ 23 festinent *vulg.* ‖ 25 *sq.* K̄B̄ XXII de nuptiis *V* ‖ 28 Iohannis *V* ‖ 33 sa•••torum *V*[1] ‖ visorum] iusuisorum horum *R*[1] iussorum *T* ‖ 34 nobis] a nobis *RV* ‖ habere] se *add. V*[2]

διδόντες ὁδὸν καὶ ὑφηγούμενοι τοῖς ὑπηκόοις ὃν προσήκει διαζῆν τρόπον. Τὸ δὲ δὴ νῦν τοῦτο τὸ παρ' ἡμῶν γινόμενον νόμος τίς ἐστι κοινός, τῷ πάντων καιριωτάτῳ τῶν πραγμάτων τὴν προσήκουσαν τάξιν ἐπιτιθείς. Εἰ γὰρ ὁ γάμος οὕτως ἐστὶ σεμνόν, ὡς τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει δοκεῖν ἀθανασίαν ἐπιτεχνητὴν εἰσηγεῖσθαι, καὶ ἐκ τῆς παιδοποιΐας ἀνανεούμενα τὰ γένη μένει διηνεκῆ, τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας καθ' ὅσον ἐστὶ δυνατὸν τῇ καθ' ἡμᾶς τὸ ἀθάνατον χαριζομένης φύσει, εἰκότως ἡμῖν περισπούδαστα τὰ περὶ τῶν γάμων ἐστί. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῶν νομοθετηθέντων οὐ πᾶσι προσήκει οὔτε ἀνθρώποις οὔτε πράγμασιν οὔτε καιροῖς, τὸ δὲ περὶ τῶν γάμων σπούδασμα πάσης ἐστίν, ὡς εἰπεῖν, τῆς ἀνθρωπίνης γονῆς, ἐξ οὗ καὶ ἀνανεοῦται μόνου, καὶ πλείονος τῶν ἄλλων φροντίδος καθέστηκεν ἄξιον. Ἡ μὲν οὖν παλαιότης οὐ σφόδρα τὰ περὶ τῶν προτέρων ἢ τῶν δευτέρων περιειργάζετο γάμων, ἀλλ' ἐξῆν καὶ τοῖς πατράσι καὶ ταῖς μητράσι καὶ εἰς πλείους ἀφικνεῖσθαι γάμους καὶ κέρδους οὐδενὸς ἀφαιρεῖσθαι, καὶ τὸ πρᾶγμα ἦν ἐν ἁπλότητι συγκεχυμένον. Ἐκ δὲ τῶν τοῦ μείζονος Θεοδοσίου χρόνων πλείων φροντὶς γέγονε τῆς περὶ ταῦτα τεχνολογίας, ἕως περιελθοῦσα διὰ τῶν ἐφεξῆς βασιλέων εἰς Λέοντα τὸν τῆς εὐσεβοῦς μνήμης ἀφίκετο, ἄνδρα γενναίως τε καὶ ἀνδρικῶς καὶ τὰ περὶ τούτων κατὰ τὸ πλεῖστον νομοθετήσαντα. Ἡμεῖς δέ γε ἐν τῇ τῶν διατάξεων συνθήκῃ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα περὶ τούτων διωρίσαμεν, ᾠήθημεν δὲ χρῆναι νῦν, βουλαῖς τελειοτέραις τὸ πρᾶγμα κατασκεπτόμενοι, καί τινα ἐπανορθῶσαι οὐ τῶν ἄλλοις μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν παρ' ἡμῶν αὐτῶν νομοθετηθέντων. οὐ γὰρ ἐρυθριῶμεν, εἴ τι κάλλιον καὶ ὧν αὐτοὶ πρότερον εἴπομεν προσεξεύροιμεν, τοῦτο νομοθετεῖν καὶ τὴν προσήκουσαν τοῖς πρότερον δευτέραν ἐπιτιθέναι διόρθωσιν οἴκοθεν, ἀλλὰ μὴ παρ' ἑτέρων ἀναμένειν ἐπανορθωθῆναι τὸν νόμον.

viam et exponentes subiectis, quo competat degere modo. Hoc autem quod nunc a nobis fit, lex quaedam est communis, omnibus propria rebus competentem ordinem ponens. Si enim matrimonium sic est honestum, ut humano generi videatur immortalitatem artificem introducere, et ex filiorum procreatione renovata genera manent iugiter, dei clementia, quantum est possibile, nostrae immortalitatem donante naturae, recte nobis studium de nuptiis est. Alia namque omnia, quae sancita sunt, non omnibus competunt nec hominibus nec rebus neque temporibus, studium vero nuptiarum totius est, ut ita dicatur, humanae sobolis, ex quo etiam renovatur solo, et ampliori quam alia sollicitudine dignum est. Antiquitas equidem non satis aliquid de prioribus aut secundis perscrutabatur nuptiis, sed licebat et patribus et matribus et ad plures venire nuptias et lucro nullo privari, et causa erat in simplicitate confusa. Maioris autem Theodosii temporibus amplior sollicitudo facta est circa huius rei tractatum, donec circuiens per ceteros imperatores in Leonem piae memoriae pervenit, virum fortiter atque viriliter etiam de istis plerumque sancientem. Nos autem in constitutionum compositione multa quidem et alia de istis decrevimus, aestimavimus autem oportere nunc, consiliis perfectioribus causam considerantes, etiam quaedam corrigere non aliorum solummodo, sed iam etiam quae a nobis ipsis sancita sunt. Non enim erubescimus, si quid melius etiam horum quae ipsi prius diximus adinveniamus, hoc sancire et competentem prioribus imponere correctionem nec ab aliis expectare corrigi legem.

CAPUT I.

Δύο τοίνυν ταῦτα προειρήσθω τοῦδε τοῦ νόμου. Καὶ πρῶτον ἐκεῖνο, τὸ πάντα μὲν ὁπόσα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν νενομοθέτηται εἴτε παρ' ἡμῶν εἴτε παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν, ταῦτα κρατεῖν ἕκαστον κατὰ τοὺς οἰκείους χρόνους, οὐκ ἔχοντα οὐδένα ἐκ τοῦ παρόντος

Duo igitur haec praemittantur huic legi. Et primum illud, ut omnia quidem, quaecumque in prioribus sancita sunt sive a nobis sive a prioribus nostris, haec valeant singula secundum propria tempora, non habentia ullam ex praesenti lege novitatem, sed etiam

meliora facerent et subditis praeciperent, quo modo vivere deceret. Hoc vero quod nunc a nobis fit, lex quaedam est communis, quae rei omnium gravissimae ordinem convenientem imponat. Nam siquidem matrimonium res est adeo sancta, ut videatur humano generi artificialem immortalitatem conferre, atque ex liberorum procreatione renovata genera manent perpetua, ut dei clementia, quoad fieri potest, immortalitatem naturae nostrae largiatur, merito nobis magnum est de nuptiis studium. Cetera enim, quae legibus sancita sunt, non omnibus conveniunt neque hominibus neque rebus neque temporibus; quod vero de nuptiis est studium ad totum, ut ita dicamus, genus humanum spectat, e quo etiam solo hoc renovatur, ac maiore quam cetera cura dignum est. Atque antiquitas quidem quae ad priores aut secundas nuptias pertinent non nimis curiose perscrutata est: sed licebat tam patribus quam matribus et ad plures nuptias venire neque ullo lucro privari, ita ut res in ipsa simplicitate confusa esset. A temporibus autem Theodosii maioris amplior fuit cura hanc rem cum arte tractandi, donec per sequentes deinceps imperatores agitata ad Leonem piae memoriae pervenit, qui vir egregie et viriliter etiam quae ad haec spectant magna ex parte lege constituit. Nos autem cum in constitutionum compositione alia multa de his definivimus, tum nunc re consiliis perfectioribus considerata quaedam emendanda esse existimavimus non solum eorum quae ab aliis, sed iam eorum quoque quae a nobis ipsis sancita fuerunt. Neque enim erubescimus, si quid pulchrius vel illis, quae ipsi antea diximus, reperiamus, id lege sancire et prioribus secundam quae conveniat correctionem sponte adferre, nec vero ut ab aliis lex emendetur expectare.

I. *Duo quidem haec praemittantur huic legi. Atque primum illud, ut omnia quidem, quaecumque prioribus temporibus sive a nobis sive ab iis qui nos praecesserunt sancita sunt, secundum sua quodque tempora valeant, utpote quae nullam habeant ex praesenti lege innovationem, sed in suis casibus valeant*

1 *ὁδὸν καὶ Mς*] *ὀρθῶς L* ‖ *προσήκειν L* ‖ 2 *δὴ*] *δεῖ L* ‖ 4 *καιριωτάτω* ML^2] *κοιριωτάτω* L^1 *κυριωτάτῳ Haloander* (propria ς) ‖ 8 *μένειν coni. Zachariae* ‖ 9 *τῇ*] *τῶν* L^1 ‖ *χαριζομένοις L* ‖ 19 *μητράσι καὶ Lς*] *μητράσιν M* ‖ 21 *συγκεχυμένον M* ‖ 22 *Θεοδοσίου*] *cf. Cod.* 5, 9, 1 *sq.* ‖ *πλεῖον* L^2 ‖ 23 *ὑφεξῆς L* ‖ 24 *Λέοντα*] *cf. Cod.* 5, 9, 6 ‖ 26 *τοῦτον L* ‖ *Ἡμεῖς κτλ.*] *cf. Cod.* 5, 9, 8 *sqq.* ‖ 28 *νῦν χρῆναι L* ‖ 31 *ἀλλὰ δὴ L* ‖ 34 *τὴν*] *τοῖς* L^1 ‖ *δευτέραν* L^2] *δευτέροις* ML^1, *om.* ς ‖ 35 *οἴκοθεν om.* ς ‖ 39 *παρὰ τῶν Lς*] *παρὰ om. M*

μένου ἢ ὁ πατρωὸς ἢ ἡ μητρυιὰ παραλήψονται. Εἰ δὲ ἄνισα τὰ καταλελειμμένα τυγχάνοι, τοσοῦτον ἀνάγκη μόνον εἰς τὴν μητρυιὰν ἢ τὸν πατρωὸν ἔρχεσθαι ἐξ οἱασδήποτε φιλοτιμίας τοῦ γονέως, εἰς ὅσον ὁ τὸ ἔλαττον ἔχων παῖς ἐκ τῆς ἐκείνου περιουσίας λαμβάνει ἢ ἀπὸ τελευταίας βουλήσεως καταλειφθὲν ἢ καὶ ἐν ζωῇ δεδομένον· δηλαδὴ τῆς πρώην τετάρτης, νυνὶ δὲ τρίτης ἢ ἡμισείας κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον μοίρας πάντως τῷ παιδὶ καταλιμπανομένης ἢ διδομένης, εἰ μὴ πάλιν ὁ τῆς ἀχαριστίας ἐναντιῷτο λόγος. Ταὐτοῦ τούτου φυλαττομένου καὶ ἐπὶ πάππου καὶ μάμμης, καὶ προπάππου καὶ προμάμμης, καὶ ἐγγόνων ἀρρένων ἢ θηλειῶν καὶ προεγγόνων ὁμοίως, εἴτε ὑπεξούσιοι τυχὸν εἴτε ἐμαγκιπάτοι καθεστήκοιεν, ἐκ τῆς πατρῴας ἢ μητρῴας κατιόντες σειρᾶς. Καὶ τοῦτο διορίσας ὀρθῶς ἐπήγαγεν, ὅτι τὸ πλέον τοῦ καταλειφθέντος ἢ δοθέντος ὅλως ἢ τῇ μητρυιᾷ ἢ τῷ πατρωῷ ὡσανεὶ μήτε γραφὲν μήτε καταλειφθὲν ἢ δοθὲν ἢ δωρηθὲν ἁρμόσει τοῖς παισὶ καὶ μεταξὺ τούτων μόνων ἐξίσης διαιρεθήσεται. Τὸ γὰρ δεῖν καὶ τοὺς ἐκ τοῦ δευτέρου γάμου παῖδας μετέχειν καὶ τούτων γέγραπται μὲν ἐπί τινος διατάξεως, οὐ μὴν καὶ νῦν ἡμῖν ἀρέσκει. Ἀλλὰ τοῖς ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παισί, δι' οὓς καὶ παρατετήρηται, διδόσθω μόνοις· οὐδεμιᾶς μηχανῆς οὔτε δι' ὑποβολιμαίων προσώπων οὔτε κατ' ἄλλην αἰτίαν παραλαμβάνεσθαι δυναμένης. Τοῦτο δὲ τὸ περιττὸν διαιρήσονται πρὸς ἀλλήλους οἱ κεχαρισμένοι παῖδες τοῖς γονεῦσιν, οὐχ οἱ ἀχάριστοι περὶ τούτους δεικνύμενοι καὶ ἀχαριστίας τοιαύτης ὑπεύθυνοι καθεστῶτες, ὁποίαν οἱ νόμοι ζητοῦσι. τοὺς γὰρ τοιούτους καὶ τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας ἀφαιρούμεθα, μήποτε τῆς ἐλπίδος ὑποφαινομένης τῆς ἐντεῦθεν κτήσεως κατὰ τῶν γονέων χωροῖεν καὶ θρασύνοιντο καὶ τοὺς τῆς φύσεως ἀτιμάζοιεν νόμους. πρόδηλον δὲ ὡς κἀνταῦθα, εἴ τις τούτων τελευτήσειεν, εἰς οὓς τὸ περιττὸν ἐφέρετο, παίδων ὑπόντων, οἱ τοῦ τελευτήσαντος παῖδες τοῦτο λήψονται κατὰ μὲν τὸ οἰκεῖον πλῆθος, πρὸς δὲ τὸ τοῦ τελευτήσαντος μέρος.

percipiant. Si vero inaequalia quae relinquuntur fuerint, tantum necesse est solum ad novercam aut vitricum venire ex quacumque largitate parentis, in quantum qui minus habet filius ex illius substantia percipit aut ex novissima voluntate dimissum aut in vita datum: quippe dudum quarta, nunc autem tertia aut media secundum nostram legem portione omnino filio relinquenda aut danda; nisi rursus ingratitudinis ratio contradicat. Hoc idem observando et in avo et in avia, et proavo et proavia, et nepotibus masculis aut feminis, et pronepotibus similiter, sive sub potestate forsan sive emancipati consistant, ex paterna vel materna linea descendentes. Et hoc decernens recte intulit quia, quod plus est in eo quod relictum aut datum est omnino aut novercae aut vitrico, ac si neque scriptum neque relictum aut datum vel donatum competat filiis et inter eos solos ex aequo dividitur. Ut oporteat namque ex secundis nuptiis filios participari etiam horum, scriptum quidem in quadam constitutione est, non tamen etiam nunc nobis placet, sed ex priori matrimonio filiis, propter quos et observatum est, detur solis, nulla machinatione neque per suppositas personas neque per aliam causam interponi valente. Hoc autem quod plus est divident adinvicem grati filii parentibus, non ingrati circa hos approbati et ingratitudine huiusmodi obnoxii constituti, qualem leges quaerunt. Tales namque etiam hac utilitate privamus, ne forte propter spem huius possessionis contra parentes accedant et protervi sint et naturae iniurientur leges. Palam quoque est quoniam et hic, si quis horum moriatur, ad quos quod plus est deducebatur filiis existentibus, defuncti filii hoc accipient secundum propriam quidem multitudinem, ad defuncti vero partem.

ros esse. Sin vero inaequalia forte sint ea quae relicta sunt, tantum ad novercam vel vitricum ex quacumque liberalitate parentis solum perveniat necesse esse, quantum filius, qui minorem portionem habet, ex bonis illius sive ex ultima voluntate derelictum sive etiam inter vivos datum accipiat, ita nimirum ut quarta quae olim fuit, nunc vero tertia vel dimidia pars secundum nostram legem filio omnino relinquatur aut detur; nisi rursus ingratitudinis ratio obstet. Idemque hoc custodiendum etiam in avo et avia, et proavo et proavia, et nepotibus neptibusve pariterque in pronepotibus, sive in potestate forte sive emancipati sint, ex paterna vel materna linea descendentes. Atque hoc definito recte adiecit ut id, quod plus sit relictum vel datum omnino vel novercae vel vitrico, tamquam neque scriptum neque relictum vel datum vel donatum liberis competat et inter hos solos ex aequo dividendum sit. Nam etiam ex secundo matrimonio natos liberos in horum partem vocandos esse quamquam scriptum est in quadam constitutione, tamen nobis iam non placet. Sed liberis ex priore matrimonio natis, propter quos id etiam observatum est, detur solis: ita quidem ut nulla machinatio neque per interpositas personas neque ex alia causa adhiberi possit. Hoc vero quod abundat qui grati fuerunt erga parentes liberi inter se divident, non qui ingrati adversus eos probantur atque eiusmodi ingratitudini obnoxii facti qualem leges requirunt. Tales enim etiam emolumento quod inde redundat privamus, ne forte spe affulgente bonorum inde acquirendorum contra parentes surgant et procacius se gerant atque naturae leges despiciant. Manifestum vero est hic quoque, si quis eorum, ad quos id quod abundat deferebatur, defunctus sit liberis extantibus, liberos defuncti et pro numero suo et secundum defuncti portionem id accepturos esse.

5 *ἐλάχιστον* B | 7 *καὶ* om. $LB^l\varsigma$ ‖ *διδέμενον* B^l ‖ 8 *νόμον*] nov. *XVIII* c. 1 | 9 *μοίρας post διδομένης* coll. B^s | *τοῖς παισὶ* B^s | *ἢ διδομένης* om. B^f | 10 *λόγος ἐναντιοῦται* B^s | 11 *τούτου*] *τον|ουτου* L^1 | 13 *ἢ*] *καὶ* L *τε καὶ* B^s | 14 *ἐμαγκιπάτοι* M] *αὐτεξούσιοι* LB ‖ 16 *τὸ*] *τοῦτο* B^f om. B^l | *πλεῖον* Scrimger ‖ 18 *μήτε καταλειφθὲν μήτε γραφὲν* B | 19 *τοῦτον μόνον* L^1 | 20 *δεῖν*] *δῆ* L^1 | 21 *τοῦ* MB^l] om. LB^f | *παῖδας* — 23 *γάμου* om. L^1 | *καὶ* om. B | 22 *διατάξεως*] Cod. 5, 9, 9 pr. | 23 *τοῦ* om. B^f | *τῶν προτέρων γάμων* L(2) | 24 *δίδοσθαι* B^f | 26 *δυναμ•••* L^1 | 27 *τὸ* om. L^1 | 28 *οἱ*] *ὁ* L^1 | 32 *ὑποφαινομένης* om. ς | 35 *δὲ* om. L | 36 *ὑπόντων* — 38 *πρὸς δὲ τὸ* om. M | *ὑπόντων* LB^l] *ὑπαρχόντων* B^f

1 relinquantur V | 3 patris R | 4 illius] illi ut R^1 | 5 percipit R] percepit V *vulg.* | 6 quartam *et* terciam R^1 (quarta *et* tercia *restituit* R^3) | 7 nostram] miās R^1 | portione R^3 *vulg.*] portiones R^1 portionem R^2V ‖ 8 relinquenda R^3V *vulg.*] relinquendi R^1 relinquendam R^2 | dandam R^1 | 10 et proavo] et *om.* RV ‖ nepotibus] pronepotibus R^1 | 15 donatum est R^1 | 17 competit *vulg.* | eos] nos V^1 | soles R^1 | 19 participare R^2 | 20 quidem] qui? R^1 | 21 priore R *vulg.* | 22 filio R^s | 23 neque per *prius om.* R^1 | 24 ualent R^1 | 25 aut R^1 | quod *om.* V^1 | grati adinuicem V | filii praesentibus parentibus RV | 26 non] nam R | 27 huiusmodo R | quales V ‖ legem R^s | 28 talem R | namque etiam] namque et T namque ex R leges (*del.* V^3) V | 29 eius R^1 | 30 propterui sint V propteruissint R^1 | 34 multitudine V

CAPUT XXVIII.

Ἐπειδὴ δὲ τοῖς μέχρι νῦν νόμοις ἀδιάκριτόν ἐστι, πότε προσήκει τὸ πλεῖον θεωρεῖν, ἆρα κατὰ τὸν τῆς ἐπιδόσεως καιρὸν ἢ κατὰ τὸν τῆς τοῦ γάμου διαλύσεως, κράτιστον ἡμῖν ἔδοξεν εἶναι τὸν τῆς τελευτῆς τοῦ δευτερογαμήσαντος γονέως παρατηρεῖν καιρόν. γράφουσι μὲν γὰρ ἄνθρωποι καὶ ὧν ἔχουσι πλείονα, γράφουσι δὲ καὶ ἐλάττονα· αἱ δὲ ἐπισυμβαίνουσαι τύχαι τὰς ἐναντίας ἐκβάσεις ὡς ἐπίπαν ἐργάζονται. Ὥστε ἵνα μὴ περὶ ταῦτα πλανώμεθα, τὸν καιρὸν ἐκεῖνον σκεπτέον καθ᾽ ὃν ὁ δευτερογαμήσας τελευτᾷ, καὶ τὴν ἀναλογίαν τὴν ἐκεῖθεν ληπτέον, καὶ πρὸς ἐκείνην τὸ πλεῖον σκοποῦντας ἀφαιρεῖσθαι τὸ ὑπερβαῖνον προσήκει καὶ τοῖς παισὶ προσνέμειν· ἐπὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις οὐ τῆς ἐξ ἀρχῆς δόσεως ἢ γραφῆς θεωρουμένης, ἀλλὰ τοῦ καλουμένου eventu σκοπουμένου.

Quia vero hactenus legibus indiscretum est, quando conveniat quod plus est inspicere, utrum secundum oblationis tempus an certe matrimonii solutionis, optimum nobis visum est esse mortis binubi parentis observari tempus. Scribunt itaque homines et horum quae habent amplius, scribunt autem et minus, evenientes autem fortunae contrarios eventus saepius operantur. Unde ut non circa haec erremus, tempus illud considerandum est, secundum quod binubus moritur, et portionem inde sumendam, et secundum eam quod plus est contemplantes auferre quod transcendit oportet et filiis applicare: in omnibus talibus non ab initio datione aut scriptura respicienda, sed qui vocatur eventus considerandus est.

CAPUT XXIX.

Ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐκεῖνο ἡμῖν παραλειπτέον, ὅπερ ὀρθῶς ἔχειν Θεοδόσιος ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ὁ νέος διετάξατο, φήσας ὅτιπερ, ἐὰν γυνὴ παιδοποιησαμένη πρὸς δεύτερον ἔλθοι γάμον κἀκεῖθεν αὐτῇ γένοιντο παῖδες ἕτεροι, εἶτα καὶ ὁ δεύτερος ἀνὴρ τελευτήσειε, τὰ μὲν αὐτῆς οἰκεῖα πράγματα οἱ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν γάμων παραλήψονται παῖδες ἀδιαθέτου τῆς μητρὸς τελευτώσης ἐξ ἴσης καὶ ὁμοιοτάτης διανεμήσεως· τὴν μέντοι πρὸ γάμου δωρεὰν ἑκατέρα γονὴ τὴν τοῦ οἰκείου λήψεται πατρός, καὶ ἐξ ὁλοκλήρου μὲν οἱ τοῦ πρώτου γάμου παῖδες τὴν ἐκείνου κερδανοῦσι δωρεάν, ἐξ ὁλοκλήρου δὲ οἱ ἐκ τῶν δευτέρων φύντες σπερμάτων τῆς παρ᾽ ἐκείνου γενομένης ἀπολαύσουσι φιλοτιμίας, κἂν εἰ μὴ πρὸς τρίτον ἐκείνη συνοικέσιον ἦλθε. τί γὰρ τοῦτο τοὺς προτέρους ὀνήσει; τί δὲ βασκαίνουσιν οἱ πρότεροι παῖδες τοῖς δευτέροις, εἰ μὴ κἀκεῖνοι τρίτοις ὑβρίσθησαν γάμοις; Καὶ ἁπλῶς ἑκάστη γονὴ τὴν τοῦ οἰκείου γονέως λαμβανέτω προγαμιαίαν δωρεάν, καὶ ὅλως τῶν πρώτων παίδων διὰ τὴν δευτερογαμίαν λαβόντων ⟨καὶ⟩ οἱ δεύτεροι πάντως αὐτὴν ἐχέτωσαν, κἂν εἰ μὴ τρίτοις ὡμίλησεν ἡ δευτερογαμήσασα γάμοις· ὥστε μὴ δοκεῖν

Nec illud quoque nobis relinquendum est, quod recte habendum Theodosius piae memoriae iunior constituit, dicens quia, si mulier filiis procreatis ad secundas veniat nuptias et exinde ei nascantur filii ⟨alii⟩, deinde etiam secundus vir moriatur, eius quidem proprias res ex ambobus matrimoniis percipient filii intestata matre moriente ex aequa et simillima divisione, antenuptialem vero donationem utraque soboles proprii percipiet patris, et ex solido quidem prioris matrimonii filii illius lucrabuntur donationem, ex solido quoque ex secundis nati seminibus ab illo facta fruentur munificentia, licet non ad tertium illa matrimonium venerit. Quid enim hoc prioribus prosit? quid autem invideant priores filii secundis, si non et illi tertiis iniuriam passi sunt nuptiis? Et absolute unaquaeque soboles proprii parentis accipiat sponsaliciam largitatem, et omnino prioribus filiis propter secundas nuptias accipientibus et secundi liberi modis omnibus eam habeant, quamvis quae secundas contraxerit nuptias, ad tertia minime

---

XXVIII. *Quoniam vero legibus hactenus latis non distinctum est, quando id, quod plus est, spectari debeat, num tempore dationis an solutionis matrimonii, optimum nobis visum est tempus mortis parentis, qui secundas nuptias contraxit, observari. Scribunt enim homines iis quas habent plura, scribunt vero etiam pauciora: at qui incidunt casus contrarios ut plurimum exitus efficiunt. Itaque ne de iis erremus, illud tempus considerandum est quo is qui secundas nuptias contraxit moritur, et quae inde oritur proportio sumenda, ac secundum illam quod plus sit considerantes auferre id quod excedit liberisque tribuere decet: neque in talibus omnibus datio aut scriptura ab initio facta spectanda, sed eventus qui vocatur considerandus est.*

XXIX. *Sed ne illud quidem nobis praetermittendum est, quod ita ut recte haberet Theodosius iunior piae memoriae constituit dicens, si mulier liberis susceptis ad secundas nuptias transierit indeque ei liberi alii nati sint, deinde etiam secundus maritus decesserit, propria illius bona liberos ex utroque matrimonio natos accepturos esse matre intestata defuncta ex pari atque aequabilissima divisione; ante nuptias donationem vero sui utramque subolem patris capturam, et in solidum quidem primi matrimonii liberos donationem illius lucraturos, in solidum autem ex secundo semine oriundos largitate ab illo profecta fruituros, licet illa ad tertium coniugium non migraverit. Quid enim hoc prioribus proderit? aut quid priores liberi secundis invideant, si non illi quoque tertiis nuptiis iniuriam passi sunt? Et ad summam sui quaeque suboles patris ante nuptias donationem accipiat, et utique cum eam primi liberi propter secundas nuptias acceperint, secundi quoque omnibus modis eam habeant, licet quae secundo nupsit ad tertias nuptias non transierit: ut in hac re non videantur fratri-*

---

2 πότερον L ‖ 7 γράφουσι δὲ καὶ ἐλάττονα *om.* B^l ‖ 8 ἐκβάσεις] τύχας B ‖ 12 πλέον B^l πλεῖστον L ‖ 13 ἐπὶ] ἐν B^l ‖ 15 euentu M] ἀποτελέσματος M *s. v.*, LB ‖ 16 παραλειπτέον B^lς] παραληπτέον (παραλιπτέον L^1) MLB^f ‖ 17 Θεοδόσιος] *Cod.* 5, 9, 4 ‖ 18 παῖδας ποιησαμένη B ‖ 19 ἔλθῃ B^l ‖ αὐτοὶ B^l ‖ 22 ἀδιαθέτου τῆς LBς] ἀδιαθέτου δὲ τῆς M ‖ 23 τελευτησάσης B ‖ διανεμήσεως Bς] διανεμήσεως ἔσται ML ‖ 24 πρὸς γάμον L ‖ 26 πρώτου MLB] prioris ς ‖ 29 προ L^1 ‖ ἐκείνη *om.* M ‖ 34 πρώτων] prioribus ς ‖ 35 καὶ *add. Haloander ex* ς ‖ 37 ὥστε — 171,1 ἐλαττοῦσθαι *om.* ς

---

1 *rubr.* Cuius temporis computatio spectanda sit. et quomodo superflua quantitas distribui debeat *R mg.* ‖ uero *om.* V ‖ 3 *solutione *libri* ‖ 7 aut fortunae R^1 ‖ euntus R^1 ‖ 8 operantur] Quod plus est tempore mortis binubi inspicitur *add.* R^1 ‖ ut] et R^1 ‖ 9 *sq.* quod secundum V ‖ 10 porciones R^1 portio *vulg.* ‖ sumenda *vulg.*; *leg.* sumendum? ‖ 13 datione VT] donatione (*s. v.* al. datio) R^2 *vulg.*, donationes R^1 ‖ 14 considerandum R^1T ‖ 17 haben R^1 ‖ 18 quia *om.* R^1 ‖ 20 alii filii *vulg.*, alii *om.* RVT ‖ 21 ex] eius R^1 ‖ 22 ex qua et simili R^1 ‖ 24 soboles *om.* R^1 ‖ quidem — 26 ex solido *om.* R^1 ‖ 26 natis R^2 ‖ 27 tertio R^1 ‖ 28 Quid] Quod VR^1 ‖ 29 quod V ‖ 30 tertiis iniuriam] in tertiis iniuriam R^2 *in ras.* ‖ 31 unaquaque R ‖ 33 filiis prioribus V ‖ 34 eam *om.* R^1, *post* habeant *add.* R^2 ‖ habent VT ‖ quamuis quam secundas contrauerit nuptias concipientibus ad tercia R^1

κατὰ τοῦτο τῶν ἀδελφῶν ἐλαττοῦσθαι. Ἐκ δὲ τῆς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας ταὐτὸ καὶ ἐπὶ πατέρων ἔστω δευτερογαμούντων, καὶ φυλαττέσθω τοῖς μὲν ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παισὶ διὰ τὴν δευτερογαμίαν ἡ κερδανθεῖσα προίξ, τοῖς δὲ δευτέροις τὰ ἐκ τῶν δευτέρων, κἂν εἰ μὴ πρὸς τρίτους ὁ πατὴρ ἀφίκετο γάμους.

1 Τὰ δέ γε λοιπά, ὁπόσα ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐκέρδανεν ἢ ὁ πατὴρ ἢ ἡ μήτηρ ἐκ τῆς δευτερογαμίας, ἢ κατὰ ληγάτον τυχὸν ἢ φιδεϊκόμμισσον, οὐ μὴν εἰς τρίτους ἐληλύθασι γάμους, ταῦτα συνανακραθέντα τῇ αὐτῶν περιουσίᾳ καὶ ὑπὸ τρίτων οὐ σαλευθέντα γάμων μενέτω παρ' αὐτοῖς ἀκίνητα, καὶ εἰς τὰς αὐτῶν ὡς οἰκεῖα διαδοχὰς ἀφικνείσθω, καὶ παρὰ περιόντων ὃν βούλονται διοικείσθω τρόπον.

vota migraverit. Ex rerum vero consequentia hoc ipsum et in patribus sit secundo nuptias facientibus, et servetur ex priori quidem matrimonio filiis propter secunda vota lucrata dos, secundis quoque ⟨ex secundis⟩, licet non ad tertia pater venerit vota.

1 Reliqua vero quaecumque in talibus lucratus est pater aut mater ex secundis nuptiis, aut per legatum forsan seu fideicommissum, non tamen ad tertias venerunt nuptias, haec commixta eorum substantiae et a tertiis non mutilata matrimoniis maneant apud eos inmota et ad eorum velut proprias successiones perveniant, aut etiam superstitibus quo volunt disponantur modo.

CAPUT XXX.

Ἐπειδὴ δὲ τὰ κέρδη πανταχοῦ κατὰ τὴν τοῦ λόγου συνέχειαν εἰς τὰς ἀπὸ τελευτῆς διαζεύξεις ἐνομοθετήσαμεν, βραχεῖ τινι λόγῳ κἀκεῖνο προστίθεμεν ὡς, ὁπόσα κερδάναιεν οἱ γονεῖς ῥεπουδίῳ διαλυθέντος τοῦ γάμου, εἴτε bona gratia σταλέντι εἴτε καὶ ἄλλως, εἴτε κατὰ προικὸς εἴτε κατὰ προγαμιαίας δωρεᾶς πρόφασιν, ταῦτα κατὰ μίμησιν τῶν ἀπὸ τελευτῆς κερδῶν ἅπαντα φυλαττέσθω τοῖς παισί. ταὐτοῦ τούτου φυλαττομένου καὶ ἐπὶ τῶν ἀπροίκων γαμετῶν, ἔνθα ἡ παρ' ἡμῶν τεθεῖσα διάταξις τὴν προπέτειαν ἐτιμωρήσατο. Καὶ οὐ διαφερόμεθα, παρὰ τίνος αἰτίαν ὁ γάμος τῷ ῥεπουδίῳ διαλέλυται. ὁπωσδήποτε γὰρ ἂν ἔχοι τὸ πρᾶγμα, φυλάττεται καὶ ἐπ' ἐκείνων τὸ κερδανθὲν τοῖς ἐκ τῶν γάμων ἐκείνων παισίν, ἐξ ὧν προῆλθον οἱ παῖδες, εἴτε οἱ πρῶτοι διελύθησαν γάμοι ῥεπουδίῳ εἴτε καὶ οἱ δεύτεροι, κἂν εἰ τρίτος οὐκ ἠκολούθησε γάμος.

Quia vero lucra ubique secundum rationis frequentiam in disiunctiones ex morte sancivimus, brevi quodam sermone et illud adicimus, quia quaecumque lucrati fuerint parentes repudio soluto matrimonio, sive bona gratia misso sive etiam aliter, sive per dotis sive per sponsaliciae largitatis occasionem, haec ad instar ex morte lucrorum omnia serventur filiis. Hoc idem custodiendo etiam super indotatis uxoribus, ubi a nobis posita constitutio procacitatem punivit. Et non discernimus, ex cuius culpa matrimonium repudio sit solutum. Quocumque enim modo se habeat causa, servatur et super illis quod lucratum est ex illis nuptiis filiis, ex quibus processerunt filii, sive prima soluta sint matrimonia repudio sive etiam secunda, licet tertiae non secutae sint nuptiae.

CAPUT XXXI.

Τὰ δὲ περὶ αὐξήσεων ἢ μειώσεων προικῶν ἢ προγαμιαίων δωρεῶν εἴρηται μέν τισι τῶν ἔμπροσθεν νόμων, ἡμῖν δὲ ἐξείργασται τελειότερον, οἵ γε καὶ συνεστώτων τῶν γάμων τὰς διὰ τὸν γάμον δωρεὰς οὐκ αὔξεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς δίδοσθαι

De augmentis autem aut deminutionibus dotium aut antenuptialium donationum dictum quidem est aliquibus prioribus legibus, a nobis autem perscrutatum perfectius est, qui etiam consistentibus matrimoniis propter nuptias donationes non augeri solum,

bus inferiores esse. Ex rerum vero consequentia idem etiam de patribus secundas nuptias ineuntibus obtineat, serveturque liberis quidem ex priore matrimonio natis propter secundas nuptias dos lucrifacta, secundis vero liberis quae ex secundis nuptiis redundant, licet ad tertium matrimonium pater non venerit.

1 *Reliqua vero, quaecumque in talibus pater vel mater ex secundis nuptiis vel per legatum forte vel fideicommissum lucrati sunt, nec tamen ad tertias transierunt nuptias, haec bonis eorum commixta neque per tertium matrimonium concussa apud ipsos immota maneant, et tamquam propria ad ipsorum successores perveniant, atque dum supersunt quo voluerint modo administrentur.*

XXX. *Quoniam vero de lucris secundum orationis continuitatem omni ex parte in disiunctionibus, quae per mortem fiunt, sanximus, brevi mentione hoc quoque addimus: ut, quaecumque parentes matrimonio per repudium soluto, sive bona gratia misso sive etiam aliter, aut dotis aut ante nuptias donationis nomine lucrati sint, haec ad imitationem lucrorum quae per mortem obveniunt omnia liberis serventur. Atque hoc idem etiam servetur in indotatis uxoribus, ubi constitutio a nobis lata temeritatem punivit. Nec distinguimus, ex cuius culpa matrimonium repudio solutum sit. Utcumque enim se res habeat, in illis quoque id, quod lucrifactum est, liberis illius matrimonii, unde liberi illi procreati sunt, servatur, sive primae nuptiae repudio solutae sint sive etiam secundae, licet tertium matrimonium secutum non sit.*

XXXI. *De augendis vero aut deminuendis dotibus vel ante nuptias donationibus dictum quidem est in quibusdam legibus antea latis, a nobis vero res perfectius elaborata est, quippe qui etiam constante matrimonio ut propter nuptias donationes non solum augeantur, sed etiam ut ab initio fiant prae-*

2 πραγμάτων] προγάμων M ‖ 3 μὲν *om.* B' ‖ 5 τοῖς δευτέροις δὲ B^1 ‖ τῶν δευτέρων] τοῦ δευτέρου? *Zachariae* ‖ 6 εἰ] ἢ L^1 ‖ 9 ἢ *prius om.* LBς ‖ 10 φιδεικόμμισσον M φιδικόμμισσον B' φιδεικόμμισον L ‖ 12 οὐ *om.* B ‖ 14 οἰκεῖα MB'] οἰκείας B'ς οἰκίας L^2 εἰκίας L^1 ‖ καὶ] aut etiam ς ‖ παρὰ *om.* B'ς, *del.* L^2 ‖ περὶ ὄντων L^1 περὶ ὧν τὸν L^2 ‖ 18 βραχὺ L ‖ 19 κερδάναιεν M] κερδάνειεν LB ‖ ῥεπουδίῳ M] διαζυγίῳ LB (*idem v.* 13. 17) ‖ 20 βοναγρατία L ἀγαθῇ χάριτι L *s. v.*, B ‖ σταλέντι *Heimbach*] σταλέντος *libri* ‖ 22 τῶν] τὴν L ‖ 23 ταὐτοῦ — 26 ἐτιμωρήσατο *om.* LB ‖ 25 διάταξις] *Cod.* 5, 17, 11 (*cf. supra cap.* 18) ‖ 30 οἱ] εἰ L^1 ‖ 31 διεληλύθησαν L ‖ 35 τελειότερον B'

1 vero *om.* V ‖ 2 secundas *vulg.* ‖ 3 et *om.* R ‖ 4 uota secunda R ‖ lucta R^1 ‖ ex secundis *addidit Berkius* ‖ 8 *rubr.* Si legatum uxori maritus reliquerit uel contra R *mg.* ‖ 11 uenerit V ‖ substantiae — 23 super indotatis mulieribus (*sic*) *scr.* R^2 *in ras.* 7 *versuum* ‖ 13 propria *vulg.* ‖ 14 superstitibus RV^1] a superstitibus V^2 *vulg.* ‖ 16 *rubr.* Si repudio matrimonium solutum sit, quid statui oporteat de lucris nuptialibus R *mg.* ‖ ubi V ‖ frequentiam] *an leg.* consequentiam? ‖ 18 addicimus V ‖ 20 per *om.* V^a ‖ 21 largitatis] donationis T ‖ 24 pacacitatem R^1 ‖ 28 *sq.* filiis — filii *post* super illis (*v.* 27) *coll.* V ‖ 30 secunde V^1 ‖ non] nec R ‖ sunt R ‖ 33 *rubr.* De augenda uel diminuenda dote uel propter nuptias donatione *mg.* ‖ 37 augere R^1

προσετάξαμεν, καὶ ὥσπερ αὔξεσθαι συνεχωρήσαμεν, οὕτω καὶ μειοῦσθαι τῶν συνελθόντων βουλομένων ἐφήκαμεν. Ἀλλὰ τοῦτο, τὸ τῆς μειώσεως φαμέν, εἰ δεύτερος γένοιτο γάμος, οὐκ ἐφήσομεν (ἵνα μή τι τῇ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως προσκρούσωμεν διατάξει), ἡνίκα παῖδες ἐκ τοῦ προτέρου γένοιντο γάμου. Εἰ γὰρ ἄμετρον ἐπιδοίη τὴν προῖκα ἢ τὴν προγαμιαίαν δωρεὰν ὁ γονεὺς ἢ ἕτερόν τι φιλοτιμήσαιτο, εἶτα συναισθόμενος, ποῖ φέρεται τὰ τοῦ νόμου, συστείλειε τὸ γενόμενον καὶ ἐλαττώσειε τὴν προῖκα ἢ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, οὐκ ἔτι κέρδος ἔσται τοῖς παισὶ τὸ δοθέν, ἀλλ' ἐξέσται κερδαίνειν ἢ τῷ πατρωῷ ἢ τῇ μητρυιᾷ, τῶν παίδων κατὰ τοῦτο ἀδικουμένων.

sed etiam a principio dari praecepimus, et sicut augeri permisimus, ita quoque minui contrahentibus volentibus concessimus. Sed hoc, quod de deminutione dictum est, si secundae fiant nuptiae, non percimus (ut non aliquo modo Leonis piae memoriae offendamus constitutionem), cum filii ex prioribus fuerint nuptiis. Si enim immensam obtulerit dotem aut antenuptialem donationem parens aut aliud aliquid largiatur, deinde sentiens, quo ferat lex, abbreviet quod factum est et deminuat dotem aut antenuptialem donationem, nequaquam lucrum erit filiis quod datum est, sed licebit lucrari aut vitricum aut novercam, filiis secundum hoc laesis.

CAPUT XXXII.

Εἰ δὲ μόνον οὐσούφρουκτον πραγμάτων ἢ ὁ ἀνὴρ τῇ γαμετῇ ἢ ἡ συνοικοῦσα τῷ γήμαντι κατὰ τελευταίαν δοίη βούλησιν, ὁ μὲν πρὸ ἡμῶν ἔλεγε νόμος, εἰ πρὸς δευτέρους ἀφίκοιντο γάμους ἢ ὁ πατὴρ ἢ ἡ μήτηρ, αὐτίκα τῆς καταλειφθείσης χρήσεως ἐκπίπτειν, ὥσπερ πρότερον ἐξέπιπτον τῆς δεσποτείας, καὶ παραχρῆμα τοῖς παισὶν αὐτὴν ἀποκαθίστασθαι, εἰ δὲ ἄνηβοι τυχὸν οἱ παῖδες εἶεν, καὶ μετὰ τῶν ἐν μέσῳ καρπῶν· τοῦτο γὰρ ἐδόκει τῷ νόμῳ. Ἡμῖν δὲ οὐ σφόδρα τοῦτο ἤρεσεν, ἀλλὰ βουλόμεθα, κἂν ἡ χρῆσις δοθείη, ἢ κατὰ φιλοτιμίαν ἢ μόρτις καῦσα δωρεᾶς γενομένης ἢ καὶ inter vivos *ἐν οἷς ἔξεστι καὶ δωρεῖσθαι, ἢ καταλειφθείη, καὶ ὁ λαβὼν εἰς δευτέρους ἀφίκοιτο γάμους, μένειν καὶ οὕτω τὴν χρῆσιν, ἄχρις οὗ περιῇ ὁ τοῦτον ἔχων τὸν οὐσούφρουκτον· εἰ μὴ ῥητῶς αὐτὸς ὁ τὴν δωρεάν, ὡς εἴρηται, πεποιημένος ἢ ὁ τοῦτον καταλιπών, εἴτε ἄρρην εἴτε θήλεια, φήσειε βούλεσθαι πρὸς δευτέρους ἀφικνουμένου γάμους τοῦ τὸν οὐσούφρουκτον λαβόντος λύεσθαί τε αὐτὸν καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπαναστρέφειν δεσποτείαν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τῶν κατὰ φιλοτιμίαν δεδομένων φαμέν.*

Si vero solum usumfructum rerum aut vir uxori aut coniux marito per novissimam dederit voluntatem, ante nos quidem dicebat lex, si ad secundas venirent nuptias aut pater aut mater, statim relicto usu cadere, sicut prius cadebant proprietate, et repente filiis illum restitui, si vero impuberes forsan filii fuissent, etiam cum medii temporis fructibus. Hoc enim videbatur legi; nobis autem non satis hoc placuit: sed volumus, vel si usus detur per largitatem aut mortis causa donationem factam, et inter vivos, in quibus licet etiam donari, si relinquatur, et accipiens ad secundas veniat nuptias, manere sic quoque usum, donec supersit qui hunc habet usumfructum, nisi expressim ipse qui donationem, sicut dictum est, fecit aut hunc reliquit, sive masculus sive femina, dixerit velle ad secundas veniente nuptias eo, qui usumfructum accepit, solvi eum et ad suam reverti proprietatem. Sed haec quidem de his quae per largitatem dantur dicimus.

cap. XXXII—XXXIV decurtata exhibet B[e] p. 197 Zach.

ceperimus, et quemadmodum ut augeantur concessimus, ita etiam ut deminuantur, si coniuges voluerint, permiserimus. Verum hoc (de deminutione loquimur), si secundum matrimonium factum sit, non permittemus (ne quid Leonis piae memoriae constitutionem offendamus), ubi liberi ex priore matrimonio nati sunt. Nam si immodicam dotem vel ante nuptias donationem parens dederit vel aliud quid largitus sit, deinde animadvertens, quo tendat ratio legis, contraxerit quod actum est et dotem vel ante nuptias donationem deminuerit, non iam quod datum est liberis lucro erit, sed vel vitrico vel novercae lucrari licebit, ut liberi in hac re laedantur.

XXXII. *Si vero solum usumfructum bonorum aut vir uxori aut coniux marito per ultimam voluntatem dederit, quae ante nos erat lex dicebat, si vel pater vel mater ad secundas nuptias venerint, eos statim relicto usufructu privari, quemadmodum antea dominio privabantur, et illum confestim liberis restitui, si vero impuberes forte liberi essent, etiam cum fructibus medii temporis; hoc enim legi videbatur. Nobis vero hoc non admodum placuit, sed volumus, etiamsi ususfructus datus sit sive ex largitate sive mortis causa donatione facta sive etiam inter vivos, quatenus donare licet, sive relictus sit, et qui eum accepit ad secundas nuptias venerit, etiam sic usumfructum manere quoad superstes sit qui hunc usumfructum habet: nisi ipse qui donationem, uti dictum est, fecit vel illum reliquit, sive masculus sive femina, expresse dixerit velle se ut, si ad secundas nuptias transierit qui usumfructum accepit, ille et solvatur et ad proprium dominium revertatur. Sed haec quidem de iis dicimus quae ex largitate data sunt.*

1 *προσετάξαμεν κτλ.*] *Cod.* 5, 3, 19. 20 ‖ 3 *τὸ om. M* ‖ 4 *ἐφήσομεν*] pepercimus (*i. e. ἐφεισάμεθα*) *ς* ‖ *τι om. B[l]* ‖ 5 *Λέοντος*] *τοῦ Λέοντος B* ‖ 6 *διατάξει*] *Cod.* 5, 9, 6 ‖ 10 *γινόμενον B* ‖ 11 *οὐκ ἔσται κέρδος B[l]* ‖ 12 *ἐξέσται*] *ἔξεστ.. L[1] ἐξέσθω L[2]* (*in marg. ἀλλὰ κερδήσει μὲν ..... τὸ τὴν ὑπόσχεσιν δεξ[άμενον] πρόσωπον· ἀναγκα[σθήσεται?] δὲ τῷ παιδὶ τῷ ἔλατ[τον] ἔχοντι τοσοῦτον διδ[όναι] add. L[2]*) ‖ *τῶν πατρῴων L[1]* ‖ 15 *οὐσούφρουκτον πραγμάτων M*] *χρῆσιν καρπῶν ἢ πραγμάτων L χρῆσιν πραγμάτων B* ‖ 16 *τῇ γυναικὶ B[e]* ‖ 17 *νομος*] *Cod.* 5, 10, 1 ‖ 18 *ἀφίκοιτο L[1]* ‖ 19 *ἐκπίπτῃ L* ‖ 20 *ὥσπερ καὶ* (*καὶ τὸ B[f]*) *πρότερον B* ‖ 22 *εἶεν οἱ παῖδες B* ‖ *τῶν ἐμμέσῳ L* ‖ 24 *ἢ*] *εἰ B[f], om. L* ‖ 25 *ἢ κατὰ*] *ἢ om. ς* ‖ *μόρτις καῦσα M*] *θανάτου αἰτίᾳ LB* ‖ 26 *γινομένης B* ‖ *ἢ καὶ*] et *ς* ‖ inter *σιυοɣ M ἐν ζωῇ LB* ‖ 27 *ἢ L*] *εἰ B[f]ς, om. M* (*cf. Iulian. cap.* 150 *in.*) ‖ 29 *ταύτην B* ‖ *ἔχων τὴν χρῆσιν LB* ‖ 30 *αὐτὸς*] *αὐτῇ L, om. B[e]* ‖ *ὡς εἴρηται om. B[e]* ‖ *πεποιηκὼς B[f]* ‖ 31 *ταύτην B* ‖ *φήσοι MLB* ‖ 32 *sq. τοῦτον οὐσού τον χρῆσιν φρούκταν L[1] τοῦ τὴν χρῆσιν L[2]B* ‖ 33 *αὐτὴν B* ‖ 35 *διδομένων LB* (*cf. ς*)

1 praecepimus *vulg.*] praecipimus *RVT* ‖ et] set et *R[1]* ‖ 3 concessibus *R[1]* ‖ de diminutione *V* deminutionem *R* ‖ 6 constituciones *R[1]* ‖ 8 aliud *om. V*, aliquid *om. R* ‖ 9 abbreuiat *R[1]* ‖ 10 aut *om. R[1]* ‖ 11 neque lucrum (luctum *R[1]*) *R* ‖ 12 dictum est *V* ‖ 15 *rubr.* De usufructu uxori a marito relicto relicto (*sic*) uel contra *R mg.* ‖ vir] ei in *R[1]* ŭ•••ıt *V[1]* ‖ 16 coniunx *R[2]V[2]* ‖ 18 ueniret *R vulg.* ‖ 20 impubere *R[1]* ‖ 23 vel] ut (sit *V[2]*) *V* ‖ ususfructus *vulg.* ‖ 24 donationes *R[1]* ‖ et] aut *Beckius*, aut et *Heimbachius* ‖ 25 si *om. vulg.* ‖ relinquatum *R[1]* ‖ 28 expressum *R[1]* ‖ 29 est *om. R[1]* ‖ 31 nuptias ueniente eo *R* ‖ solua *R[1]* ‖ 32 Sed] *rubr.* Si ususfructus dotis nomine vel propter nuptias donationis causa constituatur *R mg.* ‖ 33 his quae] hisque qui *R[1]* his qui *R[2]*

CAPUT XXXIII.

Εἰ μέντοι ἐν προικὶ ἢ προγαμιαίᾳ δωρεᾷ πραγμάτων οὐσουφρουκτος δοθείη, οὐδὲν παντελῶς καινίζομεν, ἀλλὰ τὰ ἤδη νενομοθετημένα κρατείτω, καὶ μενέτω παρὰ τοῖς εἰληφόσιν ἄχρις οὗ περιῶσιν, κἂν εἰ μυριάκις ἐναντίον τι βουληθεῖεν οἱ τελευτήσαντες. τὸ γὰρ ἐκ τοῦ νόμου δεδομένον κέρδος ἰδιώτης ἀφελέσθαι παντάπασιν οὐκ ἰσχύσει.

Si autem in dote aut in sponsalicia largitate rerum ususfructus detur, nihil penitus innovamus, sed dudum sancita teneant, et maneat apud accipientes donec vivunt, licet decies milies contrarium aliquid velint morientes. Quod enim ex lege datum est lucrum privatus auferre modis omnibus non valebit.

CAPUT XXXIV.

Ἐπειδὴ δὲ ὅλως εἰς μνήμην τῶν περὶ τοῦ οὐσουφρούκτου νόμων ἀφικόμεθα, κἀκεῖνο προσαναμίξαι τῷ νόμῳ καλόν, ὅπερ τισὶν ἔμπροσθεν εἴρηται διατάξεσιν, ὡς πάντων ὁ πατὴρ τῶν εἰς τοὺς παῖδας ἀφικνουμένων εἴτε ἐκ μητρῴας σειρᾶς εἴτε ἐκ γαμικῆς τῶν παίδων αἰτίας εἴτε ἀλλαχόθεν τὸν οὐσούφρουκτον ἔχει, κἂν εἰ πρὸς δευτέρους ἔλθοι γάμους. τὴν γὰρ χρῆσιν αὐτῷ ἄχρις οὗ περιῇ μένειν ἀδιάπτωτον καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν ἅπαντες βούλονται νόμοι καὶ ἐπὶ τοῖς μητρῴοις καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, καὶ ἡμεῖς σύμφαμεν. ὁ δὲ τῶν castrensi*ων καὶ* quasicastrensi*ων πεκουλίων ἐξῃρήσθω λόγος*

Quoniam omnino ad memoriam de usufructu legum venimus, illud quoque misceri legi bonum est, quod tribus pridem dictum est constitutionibus: quia omnium pater horum, quae ad filios veniunt sive ex materna linea sive ex nuptiali filiorum causa sive aliunde, usumfructum habet, licet ad secundas veniat nuptias. Usum namque eorum, donec vivunt, manere sine casu etiam ante nos omnes volunt leges et in maternis et in aliis omnibus, et nos simul dicimus. Castrensium vero et quasicastrensium peculiorum excipiatur ratio.

CAPUT XXXV.

Μήτηρ μέντοι δωρησαμένη τι τῷ παιδὶ τῶν οἰκείων εἴπερ εἰς δευτέρους ἔλθοι γάμους, οὐκ ἂν δύναιτο κατὰ πρόφασιν ἀχαριστίας τὸ δεδομένον ἀνατρέπειν. οὐ γὰρ ἐκ καθαρᾶς δοκεῖ γνώμης τὴν ἀχαριστίαν εἰσάγειν, ἀλλὰ τὸν δεύτερον γάμον ἐννοοῦσα ἐπὶ ταύτην ἐλθεῖν τὴν σκῆψιν προειληπται. πλὴν εἰ μὴ καθαρῶς ὁ παῖς ἢ περὶ τὴν ζωὴν αὐτὴν ἐπιβουλεύων τῇ μητρὶ ἢ χεῖρας ἐπιβάλλων ἀσεβεῖς ἢ περὶ τὴν τῆς οὐσίας ὅλης ἀφαίρεσιν πράττων τι κατ᾽ αὐτῆς ἀποδεικνύοιτο.

Mater tamen donans aliquid filio de suo si ad secundas venerit nuptias, non poterit per occasionem ingratitudinis revocare quod datum est. Non enim ex pura videtur voluntate ingratitudinem introducere, sed secundas nuptias considerans ad hanc venisse cogitationem putabitur. Nisi tamen aperte filius aut circa vitam ipsam insidians matri aut manus inferens impias aut circa substantiae totius ablationem agens adversus eam aliquid declaretur.

CAPUT XXXVI.

Οὐ μὴν συγχωροῦμεν ταῖς γυναιξὶ πρὸς δεύτερον ἀφικνουμέναις γάμον ἔτι βούλεσθαι ταῖς τῶν πρό-

Non tamen permittimus mulieribus ad secundas venientibus nuptias adhuc velle priorum maritorum

cap. XXXIV Πάντων τῶν (11) .... ex B excerptum extat in tractatu de peculiis (Heimbach Ἀνέκδ. II. p. 253)

XXXIII. *Si tamen in dotem vel ante nuptias donationem rerum ususfructus datus sit, nihil plane innovamus, sed quae iam sancita sunt obtineant, et apud eos, qui eum acceperunt, maneat quoad superstites sunt, etsi sescenties contrarii quid voluerint defuncti. Lucrum enim ex lege datum privatus auferre nullo pacto valebit.*

XXXIV. *Quoniam vero omnino ad mentionem legum quae de usufructu agunt delati sumus, illud quoque admiscere legi par est, quod anterioribus quibusdam constitutionibus dictum est: ut pater rerum omnium, quae ad liberos sive ex materna linea sive ex nuptiali causa liberorum sive aliunde pervenerunt, usumfructum habeat, etiamsi ad secundas venerit nuptias. Usumfructum enim ei quamdiu superstes est manere integrum tam in maternis quam in ceteris omnibus et omnes ante nos latae leges volunt et nos consentimus. Castrensium tamen et quasicastrensium peculiorum ratio excipiatur.*

XXXV. *Mater tamen quae filio ex suis rebus aliquid donavit, si ad secundas venerit nuptias, non poterit sub praetextu ingratitudinis quod datum erat revocare. Neque enim ex puro consilio ingratitudinem allegare videtur, sed secundas nuptias respiciens ad hunc praetextum venisse praesumitur. Nisi vero manifesto probetur filium vel ipsi matris vitae insidias struere vel manus impias ei inferre vel ad substantiam universam auferendam aliquid contra ipsam moliri.*

XXXVI. *Neque vero concedimus mulieribus ad secundas nuptias transeuntibus, ut priorum mari-*

---

1 *προικίου L¹* ‖ 2 *οὐσούφρουκτος M*] *χρῆσις ἢ καρπῶν L χρῆσις B* ‖ *δοθῇ B*ᵃ ‖ *οὐδενὶ LB*ᶠ ‖ 4 *περιῶσι*] *περίεισι B*ᶠ *περίεστι B*ˡ ‖ 7 *ἰσχύσει M*ᵇς] *ἰσχύει M*ᵃ*LB* ‖ 8 *τοῦ οὔσου ἤγουν τῆς χρήσεως φρούκτου L τῆς χρήσεως B* ‖ 10 *τισὶν*] tribus (i. e. *τρισὶν*) ς ‖ *διατάξεσιν*] *Cod.* 6, 61, 6 § 1 (*cf. ib.* 8). 60, 4 ‖ 12 *εἴτε καὶ ἐκ μητρῴας L* ‖ 13 *τὴν χρῆσιν B* ‖ 14 *ἔλθῃ B*ᵃ ‖ 15 *αὐτῷ*] *αὐτῶν L*ς ‖ *περιῇ*] vivunt ς ‖ 18 *καν*stresi*ων καὶ* quasi*κανςρεσίων M καστρενσίων καὶ κουάσι καστρενσίων Ath., κανστρεσίων καὶ ὡσανεὶ (κουάσι B*Σ*) κανστρεσίων Theod., B*Σ *ἰδιοκτίτων καὶ κουασικαστρένσι L ἰδιοκτήτων καὶ οἱονεὶ ἰδιοκτήτων B*ᶠ *ἰδιοκτήτων B*ᵃ ‖ 19 *λόγος*] *καὶ ἑτέρων τινῶν add. LB* ‖ 20 *Ἡ μήτηρ B* ‖ 24 *τὸν om. L*ᵃ ‖ 25 *σκέψιν B* ‖ 26 *περὶ*] *παρ L¹* ‖ 27 *ἐπιβαλὼν B*ˡ ‖ 28 *αὐτῆς*] *ταύτης L* ‖ 29 *ἀποδείκνυται B*ˡ *ἐπιδεικνύοιτο B*ᶠ ‖ 31 *πρύτερον MB*ᶠ] *προτέρων LB*ᶠ

3 sanctitas *R¹* ‖ et maneat *R¹*] et maneant *R²T vulg.*, *om. V* ‖ 4 uiueret *R¹* uiuerent *R²* ‖ milium *V* ‖ aliquid *om. V* ‖ 5 morientes] Si qua suscepta legitimorum (legatorum *R*ᵃ) naturaliumue tutela contra sacramentum secundo nubit, subiacebit penis inflictis et illi quam (*sic*) nubit infra tempus luctu praestitutum *add. R¹* ‖ Quid *R¹* ‖ legem *R¹* ‖ 8 *rubr.* De rebus maternis uel nuptialibus lucris quae ad filiosfamilias peruenerunt. et de castrensi et quasicastrensi peculio *R mg.* ‖ Quoniam] vero *add. vulg.* ‖ meriam *R¹* ‖ 10 tribus] bonum est *add. R*ᵃ ‖ est dictum *R* ‖ 11 quia *V*] quod *R vulg.* ‖ 14 eorum *om. R¹* ‖ 15 mane *V¹* ‖ etiam post annum annos omnes *R¹* ‖ 17 uero et quasicastrensium *om. R¹* ‖ peculiorum *V*] iam peculiorum *R vulg.* ‖ 20 *rubr.* Si mulier res quas liberis donauit quasi ab ingratis post secundas nuptias reuocare maluerit *R mg.* ‖ tamen *om. V* ‖ de *del. R²* ‖ si] sed *V¹* ‖ 21 nuptias uenerit *V* ‖ 23 uidetur ex pura *R* ‖ uoluntate et gratitudinem *R¹* ‖ 25 cognationem uenisse *R²*, cogitationem, *om.* uenisse *R¹* ‖ 27 totiu••blationem *V* ‖ 28 oblationes *R¹* ‖ adversus] ad *R¹*

1 sponsalitiam largitatem usus rerum ufructus (*sic*) *V* ‖

τερον συνοικησάντων ἀξίαις ἢ προνομίοις χρῆσθαι, ἀλλ' εἰς οἷον ἂν μετὰ τὸν πρότερον ἀφίκοιντο γάμον, ἐκείνου στεργέτωσαν τὴν τύχην. ἡ γὰρ τῶν ἔμπροσθεν ἐπιλελησμένη οὐκ ἂν αὖθις ἐκ τῶν ἔμπροσθεν βοηθοῖτο.

dignitatibus aut privilegiis uti: sed ad quale post priorem venerunt matrimonium, illius amplectantur fortunam. Quae enim priorum oblita est, non rursus ex prioribus adiuvabitur.

CAPUT XXXVII.

Χαρίεν δὲ κἀκεῖνο καὶ οὐδὲ εὐσεβείας ἔξω τῷ τῆς θείας λήξεως Ἀλεξάνδρῳ πρὸς πολλοῖς ἑτέροις τῶν ἀρχαίων νομοθετῶν διώρισται, ὥστε, εἴ τις ἐλευθερώσειε θεράπαιναν, εἶτα ἀγάγοιτο αὐτὴν γαμετήν, ἡ δὲ ὡς ἔοικεν ὑπερμαζῶσά τε καὶ τρυφῶσα διαλύσειε τὸ πρὸς τὸν ἐλευθερωτὴν συνοικέσιον, οὐκ ἐφίησιν ὁ νόμος πρὸς δευτέρους γάμους ἐλθεῖν ἄκοντος τοῦ πρότερον γήμαντος, ἀλλὰ τὸν ἐφεξῆς γάμον πορνείαν ἡγεῖται καὶ φθοράν, ἀλλ' οὐ γάμον οὐδὲ συνάφειαν, ἐξ ἧς ὕβρις οὐκ εὐπρεπὴς τῷ τὴν ἐλευθερίαν ἐπιθέντι προσγίνεται.

Iucundum quoque illud et non extra pietatem a divae memoriae Alexandro super alios plurimos antiquorum legislatorum determinatum est, ut si quis manumiserit ancillam, deinde eam ducat uxorem, at illa ut videtur elata et epulata solverit circa manumissorem matrimonium, non sinit lex ad secundas nuptias venire invito priore marito, sed deinceps nuptias fornicationem iudicat et corruptionem, sed non nuptias nec matrimonium, ex quo iniuriae non decentes ei, qui libertatem imposuit, fiunt.

CAPUT XXXVIII.

Ταὐτοῦ δὲ δὴ βασιλέως κἀκεῖνο εὑρόντες ἄξιον τῆς ἑαυτῶν ἡγησάμεθα μέρος ποιήσασθαι νομοθεσίας· ὡς, ἐπειδὴ πάντων ἡ μήτηρ ἀξιοπιστοτέρα πρὸς τὴν τῶν παίδων ἀναγωγὴν ἐδόκει, δίδωσιν αὐτῇ καὶ τοῦτο ὁ νόμος, εἰ μὴ πρὸς δευτέρους φοιτήσειε γάμους.

Eius quoque principis illud quoque invenientes dignam putavimus partem nostrae facere sanctionis: quoniam omnium mater fide dignior ad filiorum educationem videbatur, dat ei etiam hoc lex, nisi ad secundas accesserit nuptias.

CAPUT XXXIX.

Τὰς δὲ δὴ προῖκας, ἃς ἂν λάβοιεν οἱ συνοικοῦντες, οὐ δώσουσι προχείρως ταῖς γυναιξὶ συνεστώτων ἔτι τῶν συνοικεσίων, πλὴν ἐξ αἰτιῶν ἃς ὁ νόμος ἠρίθμησεν. ἐπείτοιγε εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν, μίμησις δωρεᾶς τὸ γενόμενον αὐτόθεν εἶναι δοκεῖ· καὶ εἰ τελευτήσειεν ἡ γυνή, καὶ ἀναλήψονται τὰς προῖκας οἱ δεδωκότες αὐτὰς ἀώρως ταῖς γυναιξὶν ἄνδρες παρὰ τῶν κληρονόμων τῶν γυναικῶν μετὰ τῶν ἐν μέσῳ καρπῶν, αὐτοί τε καὶ κληρονόμοι αὐτῶν, καὶ ἕξουσιν εἰς κέρδος κατὰ τὸ συμπεφωνημένον. καὶ εἰ πρὸς δευτέρους ἀφίκοιντο γάμους οἱ ἄνδρες, φυλάξουσιν ἀνεκποίητα ταῦτα τοῖς παισί, τοῦτο δὴ τὸ καθ' ὅλον διατεταγμένον. Εἰ μέντοι μὴ τύχοιεν λαβόντες οἱ

Dotes autem, quas acceperint contrahentes, non dabunt facile mulieribus consistentibus adhuc matrimoniis, nisi tamen ex causis quas lex numeravit; alioquin, si quid tale gesserint, instar donationis quod agitur hoc ipso esse videtur: et si moriatur mulier, et recipient dotes qui dederunt eas inmature mulieribus mariti ab heredibus mulierum cum medii temporis fructibus, ipsi et heredes eorum, et habebunt in lucrum secundum pactum. Et si ad secundas venerint nuptias viri, servabunt sine alienatione haec filiis, hoc videlicet quod generaliter constitutum est. Si vero non contigerit accipere contrahentes dotes

cap. XXXVII summarium habet Nomoc. L tit. 42 ex Athan.

---

torum dignitatibus aut privilegiis uti adhuc velint, sed ad qualecumque post prius illud matrimonium transierint, illius condicione acquiescant. Quae enim priorum oblita est, non rursus ex prioribus emolumenti quid habebit.

XXXVII. *Illud quoque gratum ac ne pietatis quidem expers a divae memoriae Alexandro post alios multos veterum legislatorum definitum est: ut, si quis ancillam manumiserit eamque postea uxorem duxerit, illa vero videlicet animo intumescens et luxurians solverit coniugium cum manumissore, non permittat ei lex ad secundas nuptias venire invito priore marito, sed insequens matrimonium pro meretricio et stupro habeat nec vero pro matrimonio aut coniugio, per quod quidem contumelia indecora is qui libertatem impertiit afficiatur.*

XXXVIII. *Ab eodem autem imperatore illud quoque lucrati dignum existimavimus quod partem legislationis nostrae faceremus: ut quoniam mater omnibus fiducia dignior ad liberorum educationem credebatur, id quoque lex ei tribuat, nisi ad secundas migraverit nuptias.*

XXXIX. *Dotes vero, quas mariti acceperint, non facile reddent mulieribus constante adhuc coniugio, nisi ex causis quas lex enumeravit. Alioqui si quid eiusmodi fecerint, instar donationis eo ipso esse videtur quod factum est; atque si mulier decesserit, et recipient dotes qui eas intempestive uxoribus restituerunt mariti ab heredibus uxorum una cum fructibus medii temporis tam ipsi quam heredes ipsorum, et lucri facient secundum pactum. Et si viri ad secundas venerint nuptias, haec non alienata liberis servabunt, id quod quidem in universum constitutum est. Quodsi forte mariti non acceperint dotes con-*

---

1 ἢ τοῖς προνομίοις χρήσασθαι *B* ‖ 2 ἀφίκοντο *B'ς* ‖ 3 ἐκεῖνοι? L^1 ‖ 6 *cap. XXXVII om. LB* ‖ 7 Ἀλεξάνδρῳ] *Cod.* 5, 5, 1; *cf. Dig.* 24, 2, 10. 11 ‖ 17 *Ταὐτοῦ M*] *Τινὸς LB* (Eius *ς*) ‖ 20 *sq.* ὁ νόμος] *Cod.* 5, 49, 1 ‖ 22 ἃς ἀναλάβοιεν *B* ‖ 24 νόμος] *cf. Dig.* 23, 3, 73 § 1. 24, 3, 20 ‖ 25 εἴ τοι *L* ‖ 26 γινόμενον *B'* ‖ εἰ] ῥ L^1 ‖ 27 καὶ *om. LB* (*cf. ad ς*) ‖ 29 ἐμμέσῳ *ML* ‖ 30 τε *om. L* (*ς*) ‖ 31 εἰ] οἱ *M* ‖ 34 διατεταγμένον] *Cod.* 5, 19, 1

2 uenient R^1 uenerint R^2 ‖ amplectatur V^2 ap̄ *spatio vacuo relicto* V^1 ‖ 6 Iocundum *RVT* ‖ 8 determinatum] t. dum *s. v.* R^2 ‖ 10 illi R^1 ‖ ut uidet se elatam et epulatam *V* ‖ 11 siuit R^1 ‖ 14 non] nec R^2 ‖ iuriae R^1 in iure *V* ‖ 15 decedentes R^1 ‖ inposuerit fiunt R^2 si non posuit fruitur R^1 ‖ 17 Eius (Eis R^1) *RV*] Eiusdem *vulg.* ‖ 18 dignum *vulg.* ‖ sancocios R^1 ‖ 19 *leg.* ⟨quia⟩ quoniam? ‖ educatione R^1 ‖ 22 *rubr.* Si adhuc constante matrimonio dotem maritus uxori persoluerit *T mg.* ‖ 23 constantibus *vulg.* ‖ 24 tantum *vulg.* ‖ 25 gesserit *R* ‖ instar] ad instar R^2 ‖ 26 uidetur esse *V* ‖ 27 et *om. V*, *del.* R^2 ‖ 31 ueniunt *R* ‖ 33 contraentibus R^1

συνοικοῦντες τὰς προῖκας ἔτι συνεστῶτος τοῦ συνοικεσίου, καὶ μετὰ τελευτὴν αὐτὰς τῶν γαμετῶν κατὰ τὸν νόμον παρὰ τῶν ἐκείνων λήψονται κληρονόμων, καθάπερ ἡ γραφὴ βούλεται τοῦ προικῴου.

adhuc constante matrimonio, etiam post mortem eas uxorum secundum legem ab illarum percipient heredibus, sicut scriptura vult dotis.

CAPUT XL.

Εἰ δὲ ἐπιτροπεύοι γυνὴ τῶν παίδων πρόδηλον ὡς ἀνήβων καθεστώτων διομοσαμένη μὴ πρὸς δεύτερον ἔρχεσθαι γάμον, εἶτα καταφρονήσασα καὶ τῆς προτέρας εὐνῆς καὶ τῶν ὅρκων εἰς ἀνδρὸς ἔλθοι δευτέρου, μὴ πρότερον ἐπίτροπόν τε αἰτήσασα καὶ τοὺς λογισμοὺς παρασχομένη καὶ καταβαλοῦσα πᾶν ὅσον ἐντεῦθεν ὀφείλει, οὐ μόνον τὰ αὐτῆς ὑποθήκην ἔχειν ὁ νόμος συγχωρεῖ τοῖς παισίν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ γήμαντος οὐσίαν συνυπάγει ταῖς ὑποθήκαις, αὐτῇ τε ἀπαγορεύει τὴν τοῦ παιδὸς διαδοχὴν ἀνήβου τελευτῶντος, εἰ καὶ ἐξ ὑποκαταστάσεως ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐλθεῖν πρὸς τὴν τοῦ παιδὸς εἴποι διαδοχήν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ πρὸ ἡμῶν· ἡμεῖς δὲ θαυμάζομεν, εἰ γυναῖκα οὕτως ἀσεβῆ καθεστῶσαν, ὡς καὶ αὐτόθεν ὅρκων ἀμελῆσαι καὶ οὕτω πρὸς ἄωρον γάμον ἐλθεῖν τριῶν τῶν μεγίστων ἠμελημένων, θεοῦ τε καὶ τῆς τοῦ τελευτήσαντος μνήμης καὶ τῆς τῶν παίδων στοργῆς, οὕτως ὀλίγαις ὑπέβαλον ποιναῖς, καὶ τὴν μὲν πρὸ τοῦ πενθίμου γημαμένην χρόνου καὶ οὐδὲ πάντως μητέρα παίδων καθεστῶσαν τιμωροῦνται πικρῶς, ἀλλὰ κἂν εἰ παῖδας οὐκ ἔχοι διὰ μόνην τὴν σεμνότητα ταῦτα πράττοντες, γυναῖκα δὲ οὕτως ἐκκεχυμένην ἐπιθυμίαις οὐ ταῖς αὐταῖς γοῦν ὑπέβαλον ποιναῖς ὁποίας ὑπομένουσιν αἱ πρὸ τῶν πενθίμων χρόνων εἰς ἑτέρου συνοικέσιον ἀποκλίνασαι. Ὥστε νομοθετοῦμεν τὰς οὕτως ἐπιορκεῖν τοῦ λοιποῦ τολμώσας γυναῖκας πρὸς ταῖς ἤδη προειληφυίαις ποιναῖς καὶ ταύτας ὑφίστασθαι πάσας ἃς ἔμπροσθεν εἴπομεν ἐπὶ τῶν πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου γαμουμένων γυναικῶν, τήν τε ἀτιμίαν καὶ τὰ ἄλλα πάντα ταύταις ἐπάγοντες, καὶ λύσιν αὐταῖς τῶν ποινῶν διδόντες τὴν αὐτὴν ἥνπερ κἀκείναις, τὸ δεῖσθαι βασιλέως καὶ τὴν ἡμίσειαν μοῖραν διδόναι τοῖς παισὶ τῶν οἰκείων,

Si autem tutelam gerat mulier filiorum (palam est quia impuberum existentium) iurans non ad secundas venire se nuptias, deinde contemnens et prius conubium et iusiurandum ad maritum veniat secundum, non prius tutorem petens et rationem reddens et exsolvens omne quidquid hinc debet, non solum quae eius sunt in hypothecam habere lex permittit filiis, sed etiam mariti substantiam trahit cum hypothecis; ipsi quoque interdicit filii successionem impuberis morientis, licet ex substitutione pater eam venire ad filii dixerit successionem. Sed haec quidem priores nostri. Nos autem miramur, si mulierem sic impiam constitutam, ut etiam hoc ipso iusiurandum neglegeret et sic ad immaturas nuptias deveniret, tribus maximis neglectis deo et defuncti memoria et caritate filiorum, ita parvis subdiderunt poenis, et illam quidem, quae ante luctuosum nubit tempus et nec omnino mater filiorum consistit, puniunt amare, et licet filios non habeat, propter solam honestatem haec agunt, mulierem vero sic effusam concupiscentiis, non vel ipsis subdiderunt poenis quas sustinent quae ante lugubre tempus ad secunda vota declinaverunt. Ideoque sancimus eas, quae sic peierare de cetero praesumunt mulieres, super dudum praecedentes poenas et has sustinere omnes quas primitus diximus super his mulieribus quae ante lugubre tempus nubunt, et infamiam et alia omnia his inferentes et solutionem eis poenarum dantes eandem quam etiam illis, ut supplicent imperatori et dimidiam portionem dent filiis suarum

cap. XL decurtatum extat B^s p. 197 sq. Zach.

stante adhuc coniugio, etiam post mortem uxorum secundum legem ab heredibus illarum accipient, prout vult dotalis instrumenti scriptura.

XL. *Quodsi mater liberorum scilicet impuberum tutelam gerat quae iusiurandum dedit se ad secundas nuptias non transituram, deinde et priori toro et iureiurando contempto ad secundum maritum venerit neque tutore antea petito neque rationibus redditis neque omni eo quantum inde debet persoluto, non solum bona eius in hypothecam tenere liberis lex permittit, verum etiam mariti bona simul subicit hypothecis, illamque excludit a successione filii, si impubes moriatur, etiamsi pater ex substitutione eam ad filii successionem venire iusserit. Atque haec quidem praedecessores nostri. Nos vero miramur, quod mulierem adeo impiam, ut etiam iusiurandum protinus neglegat atque ita ad intempestivas nuptias transeat, tribus illis quae summa sunt neglectis, deo et memoria defuncti et amore liberorum, tam exiguis poenis subiecerunt, atque eam quidem quae ante tempus luctui statutum nupserit neque omnino mater liberorum fuerit, severe puniunt, quamvis liberos non habeat, propter solam honestatem hoc agentes, mulierem vero adeo in libidinem effusam ne iisdem quidem subiecerunt poenis, quales subeunt quae ante tempus luctui statutum in secundi viri coniugium declinarunt. Itaque sancimus, ut quae in posterum ita peierare audeant mulieres, praeter poenas iam constitutas eas quoque omnes subeant, quas antea de nubentibus ante tempus luctui statutum mulieribus diximus, ut et infamiam ceteraque omnia iis irrogemus et solutionem poenarum eandem iis concedamus quam illis, id est ut supplicent imperatori atque dimidiam partem suorum bonorum liberis dent, ne usufructu quidem apud ipsas servato. Atque omnino aequo loco*

2 *αὐτὰς τῶν*] *τῶν om.* L^1 ‖ 3 *παρὰ τῶν Bς*] *κατὰ τῶν M ἐκ τῶν* L^2 *om.* L^1 ‖ *λήψονται ante ἐκ τῶν transposuit* L^2 ‖ 5 *ἐπιτροπεύῃ L* ‖ 6 *διεπαγγειλαμένη* LB^s ‖ *πρὸς δεύτερον μὴ* B^l ‖ 8 *ὅρκων Mς*] *ἐπαγγελιῶν LB* (*idem v.* 19). *Cf. nov. XCIV c.* 2 ‖ *εἰς — δευτέρου*] *δευτερογαμήσει* B^s ‖ 9 *ἐπίτροπον om.* B^l ‖ 11 *ἐντεῦθεν*] *ἔμπροσθεν* B^s ‖ 12 *ὁ νόμος*] *Cod.* 5, 35, 2. 6, 56, 6 = 8, 14, 6 ‖ 13 *συνυπάγει* B^{ls}] *συναπάγει L ὑπάγει M*(B^l) ‖ 20 *θεοῦ Mς*] *ἀληθείας BL* ‖ 22 *ὑπέβαλλον ταῖς ποιναῖς L* ‖ 23 *γεγαμημένην χρόνου* B^l *χρόνου γημαμένην* B^l *οὐδὲ πάντες μητέρες L* ‖ 25 *εἰ* L ‖ 27 *ὑπέβαλλον ML* ‖ 29 *ἕτερον B* ‖ 30 *ἐπιορκεῖν τοῦ λοιποῦ Mς*] *διαψεύδεσθαι τοῦ λοιποῦ L τοῦ λοιποῦ διαψεύδεσθαι B* ‖ 31 *πρὸς*] *πρὶν* L^1 ‖ *προειληφυίσαις M* ‖ 32 *ταύταις* B^l ‖ *πάσαις L* ‖ *ἔμπροσθεν*] *πρότερον* B^s. *Cf. supra cap. XXII* ‖ 33 *γαμουμένων* MLB^s] *γεγαμημένων* B^l ‖ 34 *τἄλλα L* ‖ *ταύταις*] *πρὸς ταύταις* B^s

1 post *bis scr.* V^1 ‖ mortes R^1 al. mortuas R^2 *in mg.* ‖ eas *RT*] dotes *s. v.* R^2T^2, *om. V vulg.* ‖ 2 uxorem R^1 uxores R^2 ‖ illarum *vulg.*] illorum *RVT* ‖ 5 *rubr.* Si mulier tutelam filiorum suorum administrauerit et ad secundas conuolauerit nuptias *T mg.* ‖ 6 imberum R^1 ‖ iurans non existenti ad R^s ‖ 7 se *om. V*, *ante* non (6) *coll. T* ‖ 10 hinc] al. huic *s. v.* V^2 ‖ 11 hypothecam *V vulg.*] ypotheca *R* ‖ 12 maritis R^1 ‖ 13 successe•• R^1 ‖ 15 successione R^1 ‖ 16 prioris? V^1 ‖ si *om. RVT al.*, quod *vulg.* ‖ 22 puniuit *R* ‖ 23 et *del.* R^2 ‖ habeat] habeant *V* ‖ 25 concupiscentias R^s ‖ non uel (*s. v.* pro saltim V^2) *V*] uel non (in R^1) *RT vulg.* ‖ ipsi *V* ‖ 28 peierare *vulg.*] perierant *V* pestifera R^1 pestifere R^2, V^2 *s. v.* ‖ 31 adnubunt R^1 ‖ 32 offerentes R^1 ‖ 33 eandem R^1 etiandem V^s ‖ 34 *dimidiam] mediam *libri*

οὐδὲ τῆς χρήσεως παρ' αὐταῖς μενούσης. καὶ ἁπλῶς ἴσην αὐτὴν τίθεμεν διὰ τὴν τῶν γάμων ἀωρίαν τῇ πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου γημαμένῃ. Εἰ δὲ καὶ τῶν φυσικῶν ἐπιτροπεύοι παίδων (καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο δεδώκαμεν αὐτῇ), ἀλλ' οὖν εἰς ἀνδρὸς ἐλθοῦσα καὶ μὴ ταῦτα πράξασα ἅπερ ἔμπροσθεν εἴρηται, ταῖς αὐταῖς ὑποκείσθω ποιναῖς. Πρόνοια δὲ ἔστω κατὰ μὲν τὰς ἐπαρχίας τοῖς τῶν ἐθνῶν ἡγουμένοις, ἐνταῦθα δὲ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως ἅμα τῷ πραίτωρι ᾧ τούτου μέλει τοῦ μέρους, ὥστε βουλομένης εἰς γάμους ἐλθεῖν τῆς ἐπιτροπευούσης γυναικὸς καὶ προβληθῆναι τοῖς νέοις ἐπίτροπον καὶ τοὺς λογισμοὺς ὑποδέξασθαι καὶ ὅπερ ἡ μήτηρ ὀφείλει προφάσει τῆς διοικήσεως, τοῦτο ἀποδοῦναι.

rerum, neque usufructu apud eas remanente. Et simpliciter aequalem eam ponimus propter nuptiarum immaturitatem ei quae ante lugubre tempus nupsit. Si vero etiam naturalium tutelam gerat filiorum (nam hoc quoque praebuimus ei), tamen ad virum veniens et non haec agens, quae prius dicta sunt, iisdem subiaceat poenis. Providentia vero sit per provincias quidem a gentium praesidibus, hic autem gloriosissimo praefecto felicissimae huius urbis una cum praetore, cui huius partis cura est, ut volente ad nuptias venire tutelam gerente muliere et ordinetur minoribus tutor et rationes suscipiantur et quod mater debet occasione gubernationis, hoc reddatur.

CAPUT XLI.

Ἀρέσκει δὲ ἡμῖν ἡ Ζήνωνος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξις, βουλομένη τὸν πατέρα, εἰ κελευσθείη τῷ οἰκείῳ παιδὶ πρεσβεῖον ὑπὸ αἵρεσιν ἢ ἡμέραν δοῦναι, μὴ ἄλλως ἀπαιτεῖσθαι τὴν ὑπὲρ τῆς δόσεως τῶν πρεσβείων ἀσφάλειαν (ταύτην δὴ τὴν legatorum servandorum causa καλουμένην), πλὴν εἰ μὴ δευτέροις ὁ πατὴρ ὁμιλήσειε γάμοις. ἔστω γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς δευτερογαμοῦσιν ἐπιτίμιον.

Placet quoque nobis Zenonis piae memoriae constitutio volens patrem, si iubeatur proprio filio legatum sub condicione aut die dare, non aliter exigi pro donatione legatorum cautionem, hanc videlicet quae legatorum servandorum causa vocatur, nisi secundas pater contraxerit nuptias. Sit enim et hoc secundo nubentibus poena.

CAPUT XLII.

trahendum utrumque magistratum, cum civilem tum militarem, existimavimus eique qui hanc potestatem habet praetoris appellationem dandam, ut is et exercitibus qui in provincia sunt secundum nomen a maioribus ei tributum praesit et legibus praeponatur (erat enim hoc quoque ab initio praetorum proprium), et utriusque quidem magistratus annonas habeat, cohorte autem utatur una centum cohortalium (tot enim sufficient ei), quae cohors praetoriana vocetur et ex probatoriis commode hinc missis constituatur. Sic enim venerabilis, sic terribilis latronibus, sic delinquentibus inexorabilis erit, si maiore cum potestate omnia agat. Atque puris uti manibus cum iam lex nuper a nobis lata omnes magistratus iusserit, ipse et illi obtemperet et iusiurandum praestet et secundum idem res administret, et armis utatur et civilia secundum nostras leges ordinet. Quare etiamsi quis ex gloriosissimis consularibus ad eum magistratum perveniat, hoc quoque fiet per imitationem veterum, quemadmodum provincias sortiebantur consules et exconsulibus et praetores paulo inferiores consulibus atque ita paulatim Romanorum nomen auxerunt et tantum reddiderunt quantum nulli omnino alii inter reliquas civitates deus dedit. Cuius quidem rei primum in Pisidarum regione initium facere volumus, quoniam et a veteribus chronographis dictum invenimus olim universae illi terrae Pisidarum gentem imperasse, et nunc quidem persuasum est eam provinciam maiore et severiore magistratu egere, quandoquidem pagi in ea maximi et populosi sunt quique saepius adversus publica tributa seditiose agant; praeterea illis latronum et sicariorum receptaculis, quae in vertice aliquo montis qui Lupi caput vocatur sita sunt, quos Lycocranitarum habitaculum nominant, hunc magistratum esse impositum; quo nunc quidem eum non ex ordine legitimo sed per quandam incursionis speciem accedere: atqui si potestas misceatur et tam militaria quam magistratus insignia in unum

1 *ἀρχὴν Lς*] *ἀρχὴν τῆς Πισιδίας MB* ‖ 3 *τὴν τοῦ*] *τῆς τοῦ* B^{c} ‖ *αὐτῶν L* ‖ 5 *αὐτῶν L* ‖ 6 *καὶ προβεβλῆσθαι om.* B^{c} ‖ *τὸν νόμον L* ‖ 7 *πραιτωρίων L* ‖ 9 *ἕκαστον L* ‖ *αὐτῷ Hombergk* ‖ 10 *τῆς om.* B^{c} ‖ *προβατηριῶν L προβατοριῶν τουτέστιν ἐκ δοκιμασιῶν M δοκιμασιῶν B* ‖ 11 *φοιτουσῶν MLB* ‖ 14 *πράττοιτο καὶ καθαραῖς μὲν χρῆσθαι L* ‖ 15 *νόμου*] *Nov. VIII c. 7* ‖ 16 *ἁπάσας τὰς ἀρχὰς Hombergk* ‖ 17 *ἐκεῖνο καὶ L καὶ ἐκείνῳ B* ‖ *κατ' αὐτῶν L* ‖ 20 *εἰ καὶ*] *καὶ* L^{1} *κἂν* L^{2} ‖ *τὸν ἐνδοξότατον* L^{1} ‖ 22 *καθὸ δὴ ἐκληροῦντο* L^{2} ‖ 24 *ὑπάτων*] *ὑπαυτῶν* L^{1} ‖ 25 *τὸ*] *τῶν L τὸ τῶν B* ‖ 27 *τῆς τῶν Πισιδῶν B* ‖ 30 *ἐκείνης ἁπάσης L* ‖ *τῆς γῆς om. L* ‖ 31 *δὲ δὴ*] *ἴδη* (i. e. *ἤδη*) *L* ‖ 33 *κατ' αὐτὴν LB*] *κατὰ ταύτην M* ‖ *εἰσὶν καὶ πολλοὶ ἄνθρωποι L* ‖ 34 *στασιάζουσιν L* ‖ 37 *ἵδρυνται LB* ‖ 39 *ἐπ' αὐτὴν*] *leg. ἐπ' αὐτά?* ‖ 41 *συντεθημένων L*

2 praetoris potestatem *V al.* ‖ 4 secundus *V* ‖ 6 praetorium *V* ‖ fuit *om.* V^{a} ‖ 7 mutatur *V* ‖ 9 hinc] hic *libri* ‖ 10 sic terribilis — 11 ineuitabilis *bis habet V* ‖ 11 si cum] sicut *libri* ‖ multa] mult. in *V* multa in *Neoburg.* ‖ 12 cuncta gerat *T* ‖ ut *om. vulg.* ‖ puris] prius *libri* ‖ 13 a] ad *V al.* ‖ 15 gubernantes *V* ‖ 16 armis utente *V*] amministrante *T* ‖ 17 disponentes *codd.* ‖ 19 et hoc imitatio priorum sit *vulg.*, et prior *V* et priori *Neoburg.* et prior honor *T* ‖ 20 quod] quotquot *V al.* ‖ 23 nullus *V* ‖ 24 pisidorum *V* (*idem* 27) ‖ 25 uoluimus *V* ‖ 26 toti] totius *libri* ‖ 27 illi *V vulg.*] illius *T* ‖ praedisse *V* ‖ 28 egere *Beck*] erigere *VT* ‖ 29 credimus *vulg.* ‖ quoniam et *Beck* ‖ 31 homicidiis *libri* ‖ 32 praesidiis *V* ‖ sumitate *V* ‖ 33 appellate *libri* ‖ Lupicapitorum *V* id est Lupicapitorum *T. Seclusi*

τιστικῶν τῶν τε ἀρχικῶν παρασήμων, ἑπομένου τε αὐτῷ καὶ τοῦ στρατιωτικοῦ πλήθους παντός, ὁπόσον τῆς ἐπαρχίας ἐστί, καὶ πρός γε τῆς πολιτικῆς τάξεως ὅλης, σεμνῆς τε ἤδη τῆς προσηγορίας αὐτοῦ καθεστώσης καὶ τετιμημένης τῇ τοῦ πραίτωρος ἐπωνυμίᾳ, τίς οὐκ ἂν αὐτὸν φρίξειεν, τίς δὲ οὐκ ἂν αἰδεσθείη, ὁμοῦ μὲν τοὺς νόμους, ὁμοῦ δὲ τὰ ὅπλα θεωρῶν εἰς ταὐτὸ συνιόντα, καὶ αὐτόθεν αἱρέσεως προκειμένης ἢ κατακοῦσαι τῶν νόμων καὶ θαρρεῖν τε καὶ σώζεσθαι, ἢ μόνον ἀντιβλέψαντας εὐθὺς ἀπολωλέναι, τῶν ὅπλων ἐγγύθεν ἐπικουρούντων τοῖς νόμοις;

signis, sequente quoque eum militari multitudine cuncta quanta in provincia est, insuper et civile officium totum, nobili iam appellatione eius constituta et praetoris honorata cognomine, quis non eum pertimescat, quis non revereatur, simul leges, simul et arma conspiciens in unum convenientia, et hoc ipso condicione proposita aut oboedire legibus et confidere atque salvari, aut solum e contrario dispicientes repente deperire, cum omnes de proximo legibus auxilientur?

CAPUT II.

Δεῖ τοίνυν τὸν τὴν ἀρχὴν παραλαμβάνοντα ταύτην (προῖκα δὲ αὐτὴν αὐτῷ δίδομεν ἀεὶ καὶ ἐπ' οὐδενὶ παντελῶς μισθῷ, ὅπως ἂν καὶ αὐτὸς ἀδωρότατος μεῖναι καὶ τοῖς ἐκ τοῦ δημοσίου μόνοις ἀρκούμενος, τοῦτο ὅπερ καὶ ὁ πρῶτος ἡμῶν λέγει νόμος) οὕτω χρῆσθαι τοῖς ὑπηκόοις, ὡς ἐν τῷ προτέρῳ διετυπώσαμεν νόμῳ, δικαίως τε καὶ καθαρῶς καὶ μετὰ τοῦ δραστηρίου φιλανθρώπως· καὶ ἀνδροφονίας τε καὶ μοιχείας ἐξελαύνειν τῆς χώρας καὶ παρθένων ἁρπαγὰς καὶ ἀδικίαν ἅπασαν, καὶ τοὺς ταῦτα πλημμελοῦντας κατὰ τοὺς ἡμετέρους κολάζειν νόμους, καὶ ἐρυθριᾶν γε μηδένα τῶν ἀδικούντων, κἂν εἰ τῶν μειζόνων εἴη, μηδὲ ὑποκατακλίνεσθαι τοῖς ὠφελεῖν μὲν οὐδ' ὁτιοῦν, προφάσεις δὲ ἀσεβείας παρέχεσθαι δυναμένοις· ἀλλὰ διὰ πάντων τηρεῖν τὸ δίκαιον καὶ ἀποβλέπειν εἰς τοὺς ἡμετέρους νόμους καὶ δικάζειν κατ' αὐτούς, καὶ τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους κατ' ἐκείνους ποιεῖν ζῆν τε καὶ πολιτεύεσθαι, καὶ πρὸς θεὸν ἀφορᾶν καὶ τὸ ἡμέτερον δέος, ἕτερον δὲ μηδὲν παντάπασιν ἐννοεῖν. ὥστε μηδὲ ἐκ τῆς ἐπαρχίας φοιτᾶν ἐνταῦθα συχνοὺς καὶ ἐπὶ πράγμασι μετρίοις ἡμᾶς ἐνοχλεῖν· ἀλλ' αὐτὸν πρότερον ἀκροᾶσθαι πάντων καὶ διακρίνειν αὐτά, καὶ μεμνημένον τῆς σεμνότητος, ἣν αὐτῷ δεδώκαμεν, οὕτω χρῆσθαι τῷ πράγματι ὡς ἀνυπεύθυνον αὐτῷ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι, γινώσκοντι, ὡς εἴπερ τις αὐτῷ προσελθὼν εἶτα μὴ τύχοι τῶν δικαίων καὶ ἀναγκασθείη ταῦτα ἡμῖν προσαγγέλλειν, ὁ ἀγὼν αὐτῷ τὸ λοιπὸν πρὸς ἡμᾶς ἔσται. ἡμεῖς γάρ, ὥσπερ αὐτὸν τετιμήκαμεν τῇ τῆς ἀρχῆς αὐξήσει, οὕτως, εἴπερ αὐτὸν εὕροιμεν ἀναξίως τοῦ ἡμετέρου σκοποῦ

Oportet igitur hoc cingulum adsumentem, cum gratis hoc ei praebeamus semper et sub nulla penitus mercede, ut et ipse sine redemptione perduret et his quae de fisco dantur solis contentus (hoc ⟨quod⟩ etiam prior nostra dicit lex), sic utens subiectis, sicut in priori disposuimus constitutione, iusteque et pure et cum industria clementer, et homicidia et adulteria expellens de provincia et virginum raptus et iniustitiam omnem, et haec delinquentes secundum nostras puniat leges, et erubescat nullum violentorum, licet maiorum sit, neque subcumbat eis qui prodesse quidem nihil, occasiones autem impietatis praebere possunt; sed per omnia servet quod iustum est, et respiciat ad nostras leges et iudicet secundum eas et subiectos nostros secundum eas faciat et vivere et conversari, et ad deum respicere nostramque formidinem, alterum vero nullum debeat omnino considerare. Et neque ex provincia venire hic frequenter et subtilibus mediocribus nos adire, sed ipsum prius audire omnia et discernere ea, et memorem honoris quem ei dedimus sic uti causis, ut sine reatu ei cingulum fiat, scienti quia, si quis eum adierit, deinde non meruerit quod iustum est, et coactus haec nobis nuntiaverit, certamen ei de cetero adversus nos erit. Nos enim sicut eum honoravimus administrationis augmento, ita si eum invenerimus indigne [et citra] nostra intentione uten-

---

componantur, atque sequatur eum et manus militaris omnis quaecumque in provincia est et insuper tota civilis cohors, ac iam appellatio eius splendida facta sit et praetoris cognomine honorata: quis eum non pertimescat, quis non revereatur, ubi simul leges atque arma in unum coire videat, optione protinus proposita, utrum legibus obtemperare et securus ac salvus esse an vultu solo obnisus statim perire velit, cum arma cominus legibus opem ferant?

II. *Itaque qui hunc magistratum suscipit (gratis autem eum et sine ullo prorsus pretio illi damus, quo et ipse omnino incorruptus maneat et solis iis quae a fisco dantur contentus sit: id quod etiam prior nostra lex dicit) ita uti subditis debet, quemadmodum in priore lege constituimus, iuste scilicet et integre et in ipsa severitate humaniter; et homicidia et adulteria et virginum raptus omnemque iniustitiam e provincia expellere eosque qui haec committant secundum leges nostras castigare neque quemquam ex delinquentibus, licet ex amplioribus sit, vereri, neque iis se submittere qui utilitatem omnino nullam, contra impietatis occasiones praestare possint: sed per omnia iustitiam servare atque legum nostrarum rationem habere et secundum eas iudicare utque subditi nostri secundum easdem vivant atque degant efficere, ac deum ante oculos habere et reverentiam nostram, neque vero praeterea aliud quicquam omnino considerare; ne ex provincia illa multi huc veniant et propter res viliores molestiam nobis facessant: sed ipse prius omnia cognoscat et diiudicet, atque auctoritatis quam ei dedimus memor ita hac in re versetur, ut ipsi a reprehensione immunis sit magistratus, sciatque, si quis ipsum adierit nec ius suum impetraverit eademque ad nos referre cogatur, deinceps rem ipsi nobiscum futuram esse. Nos enim sicuti potestatis incremento eum honoravimus, ita si eum parum digne nostro consilio rebus ipsi commissis uti invenerimus,*

---

1 *τῶν om. L* ‖ 2 *αὐτοῖς L* ‖ 6 *τίς οὐκ*] *τίς om. L*[1] ‖ *αἰδεσθοίη M* ‖ 9 *τὸν νόμον L* ‖ 10 *ὅπλων*] omnes (*i. e.* *ὅλων*) ς ‖ 11 *ἐπικυρούντων L* ‖ 15 **μείνοι ML μένοι B* ‖ *τους L*[1] ‖ 16 *νόμος*] *Nov. VIII* c. 7 ‖ 18 *νόμῳ*] *ib.* c. 8 ‖ *δικαίοις L*[1] ‖ 24 *ὀφελῆν L*[1] *ὄφελος L*[2] ‖ 29 *ζῆν*] *ζητεῖν M* ‖ 30 *δὲ om. L* ‖ 32 *ἐντεῦθεν L* ‖ *συχνους MLB*] frequenter (*i. e.* *συχνῶς*?) ς *συχνὸν Haloander* ‖ *γράμμασι LB* ‖ 34 *τῆς*] *τὸ τῆς B*[c] ‖ 35 *τῷ πράγματι*] causis ς ‖ *ὡς ἂν ὑπεύθυνον MB*[a] ‖ 36 *αὐτῷ LB* ei ς] *ἑαυτῷ M* ‖ *τὴν*] *καὶ τὴν B*[c] ‖ *γινώσκοντι LB*ς] *γινώσκοντα M* ‖ 39 *αὐτοῦ LB*

2 quanta] quae *T* ‖ civili officio toto *vulg.* ‖ 4 *honoratu *VT* honoratum *Neoburg.* honorato *vulg.* ‖ 5 reuertatur *VT* ‖ simul et leges et arma *T* ‖ 6 in *om. V al.* ‖ 16 quod *addidi* ‖ dicet *V* ‖ 20 raptum *V* ‖ 21 *punias *V* punire *T* puniens *Neoburg., vulg.* ‖ erubescas *V* ‖ 22 subcumbat] sub cum *V* ‖ ei *libri* ‖ 23 occasione *V* ‖ 25 et respiciat] et *om. V* ‖ 26 eas et — secundum *om. VT* ‖ secundum] et secundum *Neoburg.* ‖ 27 uiueret *V* ‖ deum] eum *libri* ‖ 30 frequenter *V vulg.*] infrequentes *T*; *leg.* frequentes? ‖ subtilibus] *leg.* super litibus? ‖ audire *V* ‖ 31 et discernere] et *om. V* ‖ 32 memorem *Beck*] memorari *libri* ‖ sic uti *Beck*] sicut *VT* ‖ 35 coactus est hec *V*[1] ‖ nuntiauerit *T*] enuntiauerit *V* denuntiauerit *Beck* ‖ 36 nos eum sicut enim *V* ‖ 37 augmentum *libri* ‖ inueniremus *V* ‖ 38 et citra *seclusi* ‖ nostra intentione *V*] nostra indignatione *Neoburg.*, nostram indignationem *T* ‖ utente *libri*

χρώμενον τοῖς παραδεδομένοις αὐτῷ, θεῷ τε ὑπηρετούμενοι καὶ τοῖς νόμοις ἀμύνοντες προσηκόντως αὐτὸν μετελευσόμεθα, εἴ γε εὕροιμεν ἢ κλέπτοντα τυχὸν ἢ χάριτος ἢ ἀπεχθείας ἡττημένον ἢ τοὺς ἡμετέρους παραβαίνοντα νόμους. βουλόμενοι γὰρ τὸ ὑπήκοον ἀνορθῶσαι καὶ τὰ μέχρι νῦν θεραπεῦσαι κακὰ χρημάτων τε ὑπερείδομεν μεγάλων καὶ πρὸς ταύτην ἰδεῖν τὴν διατύπωσιν ἐσπεύσαμεν.

tem his quae tradidimus ei, et deo ministrantes et legibus auxilium ferentes competenter eum castigabimus, si inveniamus furantem forsan vel gratia aut inimicitiis victum aut nostras transcendentem leges. Volumus enim subiectos erigere et quae hactenus sunt mederi malis, pecunias autem despeximus magnas et ad hanc respicere dispositionem studuimus.

CAPUT III.

Δεῖ δὲ αὐτὸν μὴ μόνον τῶν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένων προνοεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς κήδεσθαι τῆς τῶν πόλεων ἀφθονίας καὶ τοῦ μηδὲν τοῖς πολίταις ἐκλείπειν, ἐπισκοπεῖν δὲ καὶ τὰ τῶν πόλεων ἔργα καὶ μὴ συγχωρεῖν μηδὲ κατὰ τοῦτο αὐτὰς ἑαυτῶν ἐλάττους γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν ὑδάτων ὁλκοὺς καὶ γεφύρας καὶ τείχη καὶ ὁδοὺς σπεύδειν ἐπανορθοῦν, καὶ μὴ συγχωρεῖν τοῖς ἐκεῖσε φοιτῶσι πράκτορσι τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους κατά τι βαρύνειν, μηδὲ ταύτας δὴ τὰς ἐξ ἔθους πονηροῦ γινομένας προστάξεις παραλαμβάνειν, ὅσαι περὶ τειχοποιίας τε καὶ ὁδοστρωσίας καὶ ἄλλας μυρίας αἰτίας προΐασιν ἐκ τῶν θρόνων τῆς σῆς ὑπεροχῆς. τούτων γὰρ ἁπάντων ἕνεκεν καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον οὐδενὶ συγχωρήσει τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους ἀδικεῖν, οὐδὲ προελεύσεται ψῆφος ἐκ τῶν θρόνων τῶν σῶν τοιοῦτό τι λέγουσα· καὶ γὰρ ἤδη τοῦτο κεκωλύκαμεν. ἀλλ᾽ αὐτὸς μὲν ἁπάντων ἐπιμελήσεται· εἰ δέ τινα ἡμεῖς κατὰ θεῖον ἡμῶν πραγματικὸν τύπον στείλαιμεν, ὃν ἴσως πρὸς τὴν σὴν καταπέμψομεν ἀρχήν, ἐκεῖνος προσεξετάσει τὸ παρ᾽ ἡμῶν ἐγκρινόμενον. ἑτέρῳ δὲ οὐδενὶ παντελῶς ἄδεια γενήσεται λεηλατεῖν τὸ ὑπήκοον· ὅπως ἂν τὰς ἐπαρχίας ἴδοιμεν πάλιν ἀνθρώπων μεστάς, πάλιν τοῖς ἑαυτῶν πολίταις κομώσας, καὶ μὴ συρρέον ἐνταῦθα πλῆθος ἀνθρώπων εἰς τὴν ἑαυτῶν γῆν ἐπανελθεῖν διὰ τὴν τῶν ἀρχόντων κακίαν μὴ θαρροίη. Διὰ τοῦτο τοίνυν θεσπίζομεν τὴν σὴν ὑπεροχὴν μηκέτι διῃρημένας ἔχειν τὰς τοῦ Πισιδῶν ἔθνους ἀρχάς, ἀλλὰ μίαν εἶναι τὴν ἐν αὐτῇ τοῦ περιβλέπτου πραίτωρος ἀρχήν, αὐτὴν μὲν στρατιωτικήν, αὐτὴν δὲ πολιτικὴν καθεστῶσαν, καὶ ὁμοίως μὲν τῶν δημοσίων τε καὶ πολιτικῶν φροντίζουσαν, ὁμοίως δὲ τῶν στρατιωτῶν ἡγουμένην, ὥστε τῇ δι᾽ ἀλλήλων βοηθείᾳ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐκ τῶν ὅπλων ἰσχυρὰν εἶναι καὶ τὴν ὅπλι-

Convenit autem eum non solum his quae dudum a nobis sunt dicta prospicere, sed etiam curam habere civitatum abundantiae et ut nihil civibus desit; contemplari quoque opera civitatum et non permittere neque secundum hoc eas sui minores fieri, sed etiam aquaeductus et pontes et muros et itinera reparare studere, et non permittere illic venientibus exactoribus nostros collatores in aliquo praegravare, neque ea quae ex consuetudine maligna fiunt praecepta suscipere, quae de murorum fabricatione et itineribus sternendis et aliis denis milibus causis procedunt a sedibus tuae celsitudinis. Horum enim omnium causa et si quid tale aliud est nulli permittat subiectos nostros laedere, neque procedat sententia a sedibus tuis tale aliquid dicens: iam etenim hoc prohibuimus. Sed ipse quidem omnium curam habebit; si quem vero nos secundum pragmaticam formam direxerimus, quem merito etiam ad tuum destinabimus culmen, ille examinabit quod a nobis decernitur, alteri vero nulli penitus licentia erit vexare subiectos: quatenus provincias videamus rursus hominibus plenas, rursus propriis civibus florentes, et non confluens hic multitudo hominum ad suam terram remeare propter iudicum malitiam non confidat. Propterea igitur sancimus tuam celsitudinem nequaquam divisas habere Pisidorum gentis administrationes, sed unum esse in ea spectabilis praetoris magistratum, ipsum quidem militarem, ipsum vero civilem constitutum, et similiter quidem fiscalium civiliumque curantem, similiter autem militibus praesedentem, quatenus alterno solacio et administratio ex armis

et deo servientes et legibus subvenientes in eum ut decet animadvertemus, si quidem ipsum vel furari forte vel gratiae aut odio cedere vel leges nostras violare reppererimus. Ipsi enim cum subditos erigere et malis quae usque adeo invaluerunt mederi velimus, et magnas opes despeximus et ad hanc spectare constitutionem studuimus.

III. *Neque vero iis solum quae supra a nobis dicta sunt providere eum oportet, sed etiam ipsam urbium prosperitatem neu quicquam cives deficiat curare; porro opera quoque civitatium inspicere neque pati hoc in genere eas deteriores fieri, sed ut et aquae ductus et pontes et muri et viae reficiantur operam dare, neque permittere exactoribus qui illuc veniunt ut subditos nostros ulla in re premant, nec magis mandata illa quae ex prava quidem consuetudine fiunt suscipere, quaecunque a sedibus tuae sublimitatis proficiscuntur de muris exstruendis et viis sternendis et sescentis aliis causis. Istorum enim omnium causa et si quid est eius generis aliud nulli subditos nostros iniuria afficere permittat, neque procedet sententia a sedibus tuis quae tale quid dicat: etenim hoc iam prohibuimus. Sed ipse quidem omnia curabit; quodsi quem mittamus secundum sacram nostram pragmaticam sanctionem, quam fortasse ad tuam praefecturam mittemus, ille insuper examinet quod nobis probatur. Alii vero nulli omnino venia dabitur depraedandi subditos: ut provincias rursus videamus hominibus refertas, rursus suis civibus florentes, neve multitudo hominum huc confluens in patriam suam redire propter magistratuum malitiam non audeat. Propterea igitur sancimus, ut tua sublimitas magistratus gentis Pisidarum non amplius divisos habeat, sed una sit in ea spectabilis praetoris potestas, quae militaris eadem et civilis sit ac pariter publicis et civilibus rebus prospiciat, pariter militibus praesit: ut mutuo auxilio et magistratus armis firmetur et*

3 *εἴ γε B*(ϛ)] *εἴτε ML* ‖ 4 *χάριτας L* ‖ *ἡττώμενον B* ‖ 5 *sq. βουλόμενοι — χρημάτων τε ὑπερείδομεν*] volumus — pecunias autem despeximus ϛ ‖ 8 *ἐσπευσάμην B^c* ‖ 10 *αὐτῆς om.* ϛ ‖ 11 *τοῦ*] *τοῦτο B^c* ‖ 13 *αὐτοὺς L* ‖ 14 *τῶν om. L* ‖ 15 *καὶ τείχη*] *καὶ om. M* ‖ 23 *πρὸς ἐλεύσεται L* ‖ 24 *ἐκ τῶν B*ϛ] *ἐκ om. ML* ‖ 26 *θεῖον ἡμῶν*] *θεῖον νόμον ἡμῶν L, om.* ϛ ‖ 27 *ἴσως*] merito etiam ϛ ‖ 29 *ἑτέροις L* ‖ 34 *θαρροίη MB*ϛ] *θαρροῦντες L θαρρούντων Haloander* ‖ 39 *τῶν δημοσίων — 40 ὁμοίως δὲ om. B^c* ‖ 41 *ἡγουμένων B^c* ‖ *τῇ*] *δὴ B^c* ‖ *βοηθείας B^c*

2 castigauimus *libri* ‖ 4 conuictum *T* ‖ transcindentem V^2 transcindentens V^1 ‖ 6 dispeximus *V* ‖ 11 ciuilibus *V* ‖ 14 aqueductos *V* ‖ 15 illic *V*] illuc *T* ‖ 16 exactionibus *T* ‖ 17 quae *om. V* ‖ 19 aliis densimilibus *V* ‖ 21 si quidem *T* ‖ 23 enim *T* ‖ 24 cura *V* ‖ 25 quem *V*] que *T* ‖ 26 direximus *libri* ‖ quem] *leg.* quam? ‖ etiam *V vulg.*] *om. T* ‖ destinauimus *et* 27 examinauit *libri* ‖ 27 discernitur *V* ‖ 31 comfluens *V* ‖ 32 remearet *T* remaneret *V* ‖ iudicium *libri* ‖ 33 nequam *V* neque *T* ‖ 34 diuersas *T* ‖ praesidiorum gentis amministrationis *V* ‖ 35 eas *V* ‖ magistrum *V* ‖ 36 militarum *V* ‖ 38 praesidentem *vulg.* ‖ 39 ex armis et fortis (foris *T*) *libri*, et *transposui ante* administratio

τεύουσαν τάξιν καλλωπίσθαι τῷ νόμῳ. οὐδὲ γὰρ ἔτι στάσις ἔσται κατὰ τὰς πόλεις ἀνδρὸς ἐφεστῶτος τοιούτου τὸ λοιπόν, ὃς ἄξιος ἡμῖν ἑκατέρας ἀρχῆς νενόμισται.

fortis sit et armatus ordo lege decoretur. Non enim ulterius indisciplinatio erit per civitates, cum vir praesedeat talis de cetero, qui dignus nobis utroque cingulo videatur.

CAPUT IV.

Πάντα τοίνυν, ὁπόσα τὸ δημόσιον ἐχορήγει, ταῦτα κατὰ τὴν ὑποτεταγμένην ἀπογραφὴν τῷδε τῷ θείῳ ἡμῶν νόμῳ δίδοσθαι τῷ περιβλέπτῳ κελεύομεν πραίτωρι καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτόν. ᾧπερ προσκεῖσθαι καὶ τὸ τῆς θείας ἡμῶν προσηγορίας βουλόμεθα σύμβολον, καὶ ἔστω πραίτωρ Ἰουστινιανὸς ὁ Πισιδίας γινόμενος ἄρχων. Ὑπακουέτω δὲ ἡ πραιτωριανὴ τάξις αὐτῷ, γινομένη μὲν ἐκ προβατοριῶν, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς πολιτικοῖς καὶ τοῖς στρατιωτικοῖς ἀνθρώποις τε καὶ πράγμασιν ἐνησχολημένη. Καὶ πρός γε ἡ τῶν δημοσίων εἴσπραξις τὸν ἄρχοντα τοῦτον τήν τε τάξιν ὄψεται τὴν αὐτοῦ, καὶ πάντα ἕξει τὰ τῆς ἀρχῆς παράσημα ὁπόσα καὶ νῦν ἔχει, δίφρον τε ἐξ ἀργύρου καὶ πέλεκυν καὶ ῥάβδους· ἕξει τε ἐπὶ τοῖς στρατιώταις καὶ ad responsum. *καίτοιγε καὶ αὐτόθεν αὐτῷ δίδομεν τὴν τῶν ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ στρατιωτῶν ἡγεμονίαν, ὥστε αὐτοὺς καὶ κοσμεῖν καὶ τάττειν, καὶ παρασκευάζειν ἐπεξιέναι μὲν τοῖς λῃστεύουσιν, ἡμέρους δὲ καὶ σώφρονας τοὺς ὑπηκόους πρὸς ἀλλήλους ἀποτελεῖν· καὶ μήτε τὰς πόλεις στασιάζεσθαι συγχωρεῖν μήτε τοὺς κωμήτας ἀπαυθαδιάζεσθαι πρὸς τὸ δημόσιον, ἔχειν τε ἐφ' ἅπασι τὴν ἐξουσίαν ἐξῃρημένου παντελῶς οὐδενός. Εἶναι δὲ καὶ ταύτην τὴν ἀρχὴν ἐν ταῖς μέσαις τεταγμένην καὶ ἐν τῷ τῶν περιβλέπτων ἀρχόντων ἀριθμῷ γεγραμμένην, ὥστε ὅσα ἐπὶ τῶν πάλαι μὲν βικαρίων, νῦν δὲ κομήτων Ἰουστινιανῶν τῆς τε Πακατιανῆς Φρυγίας τῆς τε πρώτης Γαλατίας ἐστὶ καὶ τοῦ περιβλέπτου κόμητος τῆς Ἕω καὶ τῶν περιβλέπτων ἀνθυπάτων, ταῦτα καὶ ἐπ' αὐτῷ καθεστάναι, καὶ εἶναι αὐτὸν περίβλεπτον ἄρχοντα, καὶ τὰς ἐφέσεις τὰς παρ' αὐτοῦ γινομένας ἐνταῦθα στέλλεσθαί τε καὶ ἐξετάζεσθαι, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν σπεκταβιλίων ἀρχόντων, εἰσάγεσθαί τε ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων, συνακροωμένου τῆς ὑποθέσεως καὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου κοιαίστωρος τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου· διότι τὴν ἀρχήν, εἰ καί τι στρατιωτικὸν εἶχεν, ἀλλ' οὖν ὅλην πρὸς τὸ νομιμώτερον μεταβαλοῦσαν*

Cuncta igitur, quae fiscus ministrabat, haec secundum subiectam descriptionem huic sacrae nostrae legi dari spectabili iubemus praetori et qui circa eum sunt. Cui praefulgere sacri nostri cognominis volumus signum, sitque praetor Iustinianus in Pisidia factus iudex. Oboediatque praetorianum officium ei, factum quidem ex probatoriis, sicut dicentes praevenimus, similiter autem et civilibus et militaribus hominibus atque rebus vacans. Ad haec etiam fiscalium exactio iudicem hunc officiumque respiciunt eius, et omnia habebit administrationis insignia quae hactenus habet, vehiculum ex argento et proximam et fasces; habebit quoque super militibus et adresponsum: cum utique ex hoc ipso ei demus in hac provincia militum praesulatum, ut eos et componat et ordinet et procuret insequi quidem latrocinantes, mansuetos autem et castos collatores inter alterutros fieri, et neque civitates tumultuari permittat neque vicaneos resultare contra fiscum, habeat autem super omnes potestatem excepto penitus nullo. Sitque etiam haec administratio inter medias constituta et in spectabilium iudicum numerum conscripta: ut quaecumque olim quidem in vicariis, nunc autem comitibus Iustinianis et Pacatianae Phrygiae et primae Galatiae sunt et spectabili comite Orientis et spectabilibus proconsulibus, haec etiam in isto consistant, et sit spectabilis iudex, et appellationes ab eo factae hic destinentur et examinentur, sicut in aliis spectabilibus iudicibus, atque introducantur in foro gloriosissimorum praefectorum, pariter audiente negotium et gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii: eo quod cingulum, licet aliquid militare habuerit, sed tamen totam ad legaliorem mutatum figuram oportet

armata cohors lege decoretur. Neque enim iam seditio fiet in urbibus, cum talis vir in posterum praesit, qui utraque potestate nobis dignus habitus sit.

IV. *Omnia igitur, quaecumque fiscus erogabat, ea secundum subiectam sacrae huic legi nostrae descriptionem spectabili praetori et iis qui circa eum sunt dari iubemus. Cui quidem etiam sacri nostri nominis notam apponi volumus, atque esto praetor Iustinianus qui Pisidiae magistratus fit. Obsequatur autem ei cohors praetoriana, quae quidem ex probatoriis, ut antea diximus, constituetur, pariter autem et civilibus et militaribus hominibus rebusque vacabit. Ac praeterea tributorum exactio ad hunc magistratum eiusque cohortem spectabit, idemque habebit omnia imperii insignia quae etiam nunc habet, id est sellam argenteam et securim et fasces; denique habebit inter milites etiam adresponsum. Enimvero etiam ultro ei praefecturam militum in illa regione damus: ut et instruat eos et ordinet et idoneos reddat qui tum latrones persequantur tum subditos tranquillos inter se et commodos praestent; ac neque urbes seditiones agitare neque vicanos insolenter contra fiscum agere patiatur, utaturque potestate in omnes nullo omnino excepto. Sit autem hic quoque magistratus inter medios constitutus et in spectabilium magistratuum numerum adscriptus: ita ut quaecumque de vicariis qui olim erant nunc vero comitibus Iustinianis et Pacatianae Phrygiae et primae Galatiae atque de spectabili comite Orientis et spectabilibus proconsulibus valent, haec de eo quoque constent, et sit spectabilis magistratus, et appellationes quae ab eo procedent huc mittantur atque examinentur, sicuti in ceteris quoque spectabilibus magistratibus fit, et in iudicium gloriosissimorum praefectorum introducantur ita quidem ut causam simul audiat gloriosissimus quaestor sacri nostri palatii: quoniam magistratus etsi quid militare habebat, tamen cum totus potius*

---

1 *οὐ γὰρ L* | 2 *τὰς om. L* | 3 *ὃς*] *ὅσον L*[1] *ὃς ἂν L*[2] ‖ 8 *ἀφ' αὐτὸν M* | *ᾧπερ Mς*] *ὥσπερ LB* | *προκεῖσθαι B* praefulgere *ς* | 10 *γινόμενος om. B* | 11 *δὲ ἡ*] *τὲ οἱ L* | 12 *προβατοριῶν* (*ἤτοι δοκιμασιῶν s. v.*) *M*] *προβατηριῶν L δοκιμασιῶν B* | 13 *τοῖς alterum om. B* ‖ 15 *τὸν*] *καὶ τὸν B* | 17 *τὰ om. L* ‖ 18 *πέλεκυν καὶ om. L* | 19 *ἕξει δὲ ἔτι τοὺς στρατιώτας B* | ad responsum (*αποκρίσεις s. v.*) *M*] *εἰς ἀπόκρησιν L εἰς ἀποκρίσεις B* | 23 *τοῖς στηλιτεύουσιν L*[1] | 25 *κωμήτας Osenbrüggen ex ς*] *κόμητας MLB, cf. nov. XXV* 5 § 2 | 28 *τὴν om. L* | 30 *μὲν om. B* | 31 *πακτιανῆς L*[1] (*idem* 194, 12) | 32 *ἐστὶ*] *ἔτι B* ‖ 33 *Ἕω*] *ἑῴας L* | 37 *καὶ om. ς* | *σπεκεκταβιλλίων M περιβλέπτων M s. v., B* | 39 **ὑπάρχων libri* ‖ 42 *τὸ*] *τὸν M* ‖ *μεταβάλλουσαν B*

---

3 persedeat *VT* praesideat *vulg.* | 8 prae fulgore *Val.* ‖ 9 pisia (pĩsia? *V*[a]) *V* | 14 officium respiciuntque *libri* | 17 falces *V* ‖ 19 militus praesolatum *Val.* | 20 et ordinet procuret insequidem *V* | 21 et castos] et *om. Val.* | 24 potestates *V* | 25 constitutas *Val.* constituto *T* | 26 iuditium *V* | 28 iustinianus et pacatione frigie *libri* | 29 comiti *libri* | 31 factas *V* | 32 aliis a spectabilibus *V* ‖ 37 tamen totum] tamen tutum *T al.*, tantum *V* | ad legaliorem *Beck*] allegotiorum *V al.*, allegionem *T*

σχῆμα δεῖ ταύτην ἔχειν ἀναγκαίως τὴν τάξιν τὴν μέχρι νῦν ἐπὶ τῶν σπεκταβιλίων ἀρχόντων πεφυλαγμένην κατὰ τὸ κεκρατηκὸς ἄνωθεν ἔθος.

habere necessario ordinem, qui hactenus in spectabilibus est iudicibus observatus secundum quod tenuit olim consuetudo.

CAPUT V.

Ἐπειδὴ δὲ ἔναγχος θείαν διάταξιν γράψαντες τὰς ἄχρι πεντακοσίων νομισμάτων ἐφεσίμους δίκας [ἃς] ὑπὸ τοῖς περιβλέπτοις ἄρχουσιν ἐν τάξει θείου δικαστηρίου κατεξετάζεσθαι νενομοθετήκαμεν, θεσπίζομεν, εἰ τοιαύτη τις γένοιτο δίκη, κατὰ τὴν Πισιδίαν μέντοι μόνον, εἴτε ἐκ παραπομπῆς ἡμετέρας εἴτε ἔκ τινος τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ἀρχόντων, εἰ μὴ περίβλεπτος ὁ δεδομένος εἴη δικαστής, μὴ πρὸς τὸν περίβλεπτον Ἰουστινιανὸν κόμητα τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας (τοῦτο ὅπερ πρώην νενομοθετήκαμεν) φοιτᾶν, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν φέρεσθαι τὴν ἔφεσιν τῆς ἐπαρχίας τῆς αὐτοῦ, αὐτόν τε αὐτῆς ἀκροᾶσθαι κατὰ θείου ἀκροατηρίου σχῆμα (καὶ γὰρ δὴ καὶ τούτῳ σεμνύνομεν τὴν ἀρχήν), αὐτόν τε αὐτῇ τέλειον ἐπιτιθέναι θεσπίζομεν τύπον, οὐκ ἀναπεμπόμενον πρὸς ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν, ὅπως ἂν μὴ μικρῶν ἕνεκεν προφάσεων μεγάλας οἱ δικαζόμενοι ταραχάς τε καὶ ζημίας ὑπομείναιεν.

Quia vero nuper sacram constitutionem scribentes usque ad quingentos solidos appellationum causas a spectabilibus iudicibus in ordine sacri auditorii examinari decrevimus, sancimus, si talis aliqua fuerit lis, in Pisidia tamen solum, sive ex delegatione nostra sive ex alicuius gloriosissimorum nostrorum iudicum, si non spectabilis datus fuerit iudex, non ad spectabilem Iustinianum comitem Pacatianae Phrygiae (hoc quod dudum sanximus) advenire, sed ad eum deferri appellationem provinciae suae, ipsumque eam audire secundum sacri auditorii figuram (utique etiam in hoc nobilitamus magistratum), ipsumque ei definitivam imponere sancimus formam, non remittentem ad hanc felicissimam civitatem, ut non parvarum causa occasionum maximas litigantes turbas damnaque sustineant.

CAPUT VI.

Ὅπως δὲ ἂν εἰδοῖεν καὶ οἱ παραλαμβάνοντες τήν τε τοῦ πραίτωρος ἀρχὴν τάς τε ἄλλας τὰς παρ' ἡμῶν ἐξευρημένας τε καὶ ἐξευρησομένας, κατὰ τίνα προσήκει τρόπον διακυβερνᾶν τὰς ἀρχάς, συνείδομεν μὴ μόνον αὐτοῖς παρέχειν τὰ σύμβολα τῆς ἀρχῆς ἐν τοῖς καλουμένοις κωδικέλλοις, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφειν τὸν τρόπον καθ' ὃν διοικήσειαν τὴν ἀρχήν, ἅπερ οἱ πρὸ ἡμῶν νομοθέται μανδάτα πρινκίπις ἐκάλουν· ὥστε αὐτοὺς πρὸς ταῦτα ἀποβλέποντας τὴν οἰκείαν ἀπευθύνειν ἀρχὴν καὶ ταύτῃ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους διὰ πάντων ὠφελεῖν. τοιγαροῦν καὶ ἀποτεθῆναι κατὰ τὸ θεῖον ἡμῶν λατέρκουλον τὰ τοιαῦτα θεῖα μανδάτα διεκελευσάμεθα, ὅπως ἂν ἅμα τοῖς κωδικέλλοις δεδοῖτο τοῖς ἄρχουσι, τόν τε ὅρκον παρεχομένοις ὃν ἐπὶ τῆς θείας ἡμῶν διατάξεως ἐγράψαμεν, τὰ ἄλλα τε ἅπαντα οὕτω διοικουμένοις ὡς ἡμεῖς ἐτάξαμεν. Ὑποτεθήσεται δὲ καὶ τις ἀπογραφὴ παρ' ἡμῶν τῷδε

Ut autem sciant et qui percipiunt praetoris administrationem et alias quae a nobis adinventae sunt et adinveniuntur, quemadmodum competat cingula gubernari, perspeximus non solum eis praebere magistratus insignia in his qui vocantur codicilli, sed etiam inscribere modum secundum quem regant administrationem, quae ante nos legislatores mandata principis appellabant: ut ipsi ad ea respicientes suam regant administrationem, et ita nostris subiectis in omnibus prosint. Igitur etiam recondi in sacro nostro laterculo huiusmodi divina mandata praecepimus, quatenus una cum codicillis dentur iudicibus et iusiurandum praebentibus, quod in sacra nostra constitutione conscripsimus, et alia universa ita regentibus sicut nos iussimus. Subicitur autem etiam quaedam descriptio a nobis huic sacrae legi,

---

legitimae speciei adsimilatus sit, necessario eum ordinem habere debet qui hucusque in spectabilibus magistratibus secundum consuetudinem quae pridem obtinuit servatus est.

V. *Quoniam vero nuper sacra constitutione conscripta sanximus, ut causae appellationum usque ad quingentorum aureorum summam spectabilium magistratuum secundum ordinem sacri auditorii examini subiciantur, nunc sancimus ut, si quae eiusmodi causa emergat, in sola tamen Pisidia, sive ex nostra sive ex gloriosissimorum nostrorum magistratuum alicuius delegatione, nisi spectabilis sit iudex qui datus est, non ad spectabilem comitem Iustinianum Pacatianae Phrygiae deferatur (id quod antea lege constituimus), sed ut ad illum appellatio in provincia ipsius pertineat, utque ipse de ea secundum sacri auditorii formam cognoscat (etenim hac quoque potestate iam magistratum illum ornamus) et ipse ei formam absolutam imponat sancimus, neve remittat ad hanc felicem urbem, ne propter exiguas causas magnas turbas et magna damna subeant litigantes.*

VI. *Ut autem ipsi qui praetoris magistratum ceterosque a nobis vel inventos vel inveniendos suscepturi sunt sciant, quem ad modum deceat eos magistratus regere, placuit nobis non solum insignia magistratus iis in codicillis qui vocantur praebere, sed etiam modum inscribere secundum quem magistratum administrent, quae quidem mandata principis vocabant qui ante nos fuerunt legumlatores; ut ad horum normam suum magistratum redigant atque ita subditis nostris per omnia prosint. Itaque etiam eiusmodi sacra mandata in sacro laterculo nostro reponi iussimus, quae una cum codicillis dentur magistratibus et iusiurandum, quod in sacra nostra constitutione scripsimus, praestituris et reliqua omnia ita uti praecepimus administraturis. Subicietur vero a nobis huic sacrae legi etiam descriptio quaedam quae*

---

2 σπεκταβιλίων] περιβλέπτων *B* ‖ 4 διάταξιν] non servata est; cf. Biener p. 511 ‖ 5 πεντακοσίων νομισμάτων] τριακοσίων (τ' *Theod.*, ξ *Ath.* cod.) νομισμάτων *Theod. Ath.* trecentos aureos *Iulian.* (cf. *Theod.* 25, 1, *Ath.* 4, 5, schol. *Iul.* ad c. 65) ‖ ἃς ὑπὸ *MLB*, ἃς delevit *Hombergkius* (cf. ε), τὰς ὑπὸ *Haloander* ‖ 10 ἐνδοτάτων *L* ‖ 11 δεδωκὼς *B* ‖ 13 νενομοθετήκαμεν] *Nov. VIII* c. 2 ‖ 19 τὴν et μὴ om. *L* ‖ 21 *ὑπομείνοιεν *M* ὑπομένοιεν *LB* ‖ 22 τήν τε] τήνδε *B* ‖ 27 κωδικέλλοις *M*] κωδικίλλοις *LB* (idem 34) ‖ γράφειν *L* ‖ 28 καθόσον διοικήσειεν *L* ‖ 29 μανδάτα πρινκίπις (s. v. παραγγέλματα αρχοντικά) *M*] ἀποκρίσεις ἀρχοντικὰς *LB* ‖ 30 ἀποβλέποντες *L* ‖ 31 ὑπηκόους om. *B*[c] ‖ 32 sq. τοιγαροῦν — λατέρκουλον om. *B* ‖ 33 ἡμῶν om. *L* ‖ λατέρκουλον] s. v. οικιακὸν *M* ‖ μανδάτα] παραγγέλματα *M* s. v., *B* ‖ 36 διατάξεως] *Nov. VIII* (p. 89)

2 est] et *V* ‖ quod *V*] quae *T vulg.* ‖ 5 appellationem *V* ‖ 6 adiutorii *V* ‖ 7 aliqua talis *T* ‖ 11 frigie *libri* ‖ 12 sancimus *libri* ‖ 13 eum *V al.* ‖ 15 magistrum *libri* definitiuum *V* ‖ 16 remittendam *vulg.* ‖ 17 causam *V* ‖ 23 inuente *T* ‖ 24 adinvenientur *Beck* ‖ 25 perspeximus *T*] prespeximus *V* prospeximus *vulg.* ‖ 26 in his *T*] ab his *V* ‖ 28 amministratione *V* ‖ 32 divina *T*] om. *V* ‖ 33 praecepimus *T*] praecipimus *V* ‖ 35 constitutionem *V* ‖ 36 *leg.* subicietur? ‖ 37 discriptio *V*

τῷ θείῳ νόμῳ, δηλοῦσα τί μὲν προσῆκόν ἐστι τὸν γενόμενον παρέχειν προφάσει τῶν τῆς ἀρχῆς συμβόλων εἴτε ἐν τῷ θείῳ λατερκούλῳ εἴτε ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων, τί δὲ τὸ διδόμενον αὐτῷ τε καὶ τῷ παρέδρῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτόν· οὕτω τε τῆς παρ' ἡμῶν περὶ τὰς ἀρχὰς προνοίας ἅπασι φανερᾶς γινομένης ἐκεῖνον ἡμῖν καθαρὰν καὶ πανταχόθεν δεδοκιμασμένην τὴν ἑαυτοῦ παρέχειν ὑπουργίαν.
1 Τοῦτον δὲ δὴ τὸν νόμον δείξει μὲν ἅπασιν ἥ τε τῶν θείων ἡμῶν διατάξεων ἀνάγνωσις· καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτον ἐκεῖσε γραφῆναι παρεκελευσάμεθα· αὐτὸς δὲ εἰς ἔργον ἄξεις, ὅπως ἂν μείνῃ διὰ παντὸς ἐν αὐτοῖς τοῖς ἔργοις ἐκλάμπων τε καὶ φαινόμενος.

Dat. xv. kal. Iun. CP. Belisario v. c. cons. [a. 535]

declarans quantum quidem competat ordinatum praebere occasione codicillorum cinguli sive in sacro laterculo sive in praetorio gloriosissimorum praefectorum, quid autem dandum sit ipsi et assessori et qui circa eum sunt: sicque ⟨a⟩ nobis circa administrationes providentia cunctis manifesta illum nobis decet purum et undique approbatum suum praebere ministerium.
1 Hanc itaque legem declarabit equidem universis etiam sacrarum nostrarum constitutionum lectio (nam et hanc ibi conscribi praecepimus), ipse autem ad effectum perduces, quatenus maneat semper ipsis operibus effulgens et luciscens.

Dat. xv. k. Iunias CP. Belisario v. c. cons.

Δεῖ παρέχεσθαι τῷ πραίτωρι Πισιδίας αὐτῷ μὲν ὑπὲρ ἀννόνων καὶ καπίτων καὶ λοιπῆς παραψυχῆς sol. CCC, τῷ αὐτοῦ παρέδρῳ sol. LXXII, τῇ αὐτοῦ τάξει auri lib. II.
Δεῖ δὲ αὐτὸν παρέχειν προφάσει συμβόλων οὕτως·

τοῖς περιβλέπτοις χαρτουλαρίοις τρισὶ τοῦ θείου κουβουκλείου	sol. IX
τῷ πριμικηρίῳ τῶν λαμπροτάτων τριβούνων νοταρίων καὶ τοῖς laterculisίοις	sol. XXIV
τῷ αὐτοῦ βοηθῷ	sol. III
τῇ τάξει τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων ὑπὲρ προστάγματος καὶ πάσης ἑτέρας αἰτίας	sol. XL.

Oportet praeberi praetori Pisidiae ipsi quidem pro annonis et capitibus et reliquo emolumento solidos numero octingentos, eius assessori solidos numero septuaginta duo, eius officio auri libras quinque.
Oportet autem eum praebere occasione codicillorum ita:

spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi solidos numero novem
primicerio clarissimorum tribunorum notariorum et laterculensibus solidos numero viginti quattuor
eius adiutori solidos numero sex
officio gloriosissimorum praefectorum pro praeceptis et omni alia causa solidos numero quadraginta.

ΚΕ
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΑΙΤΩΡΟΣ ΛΥΚΑΟΝΙΑΣ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Τὸ Λυκαόνων ἔθνος μείζονι τῆς νῦν οὔσης ἀρχῆς κατακοσμῆσαι δίκαιον ᾠήθημεν, ἀποβλέ-

XXV.
R DE PRAETORE LYCAONIAE.

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp. II.

⟨Praefatio.⟩ Lycaonum gentem maiori quam nunc est cingulo decorare iustum aestimavimus re-

Nov. XXV Graece extat in ML, inde a cap. 1 [Συνείδομεν τοῦ τῶν Λυκαόνων ἔθνους τὴν ἀρχὴν κατακοσμῆσαι] καὶ ταύτην μίαν ἀποφῆναι, καθάπερ ἐν Πισίδαις (197, 14) .... in B 6, 9. — Epit. Theod. 25, Athan. 4, 5. Iulian. const. XVIII.

declaret, quid quidem eum qui magistratus futurus est, insignium magistratus nomine sive in sacro laterculo sive in iudicio gloriosissimorum praefectorum praestare par sit, quid autem sit quod et ipsi detur et assessori et iis qui circa eum sunt: ut hoc modo nostra de magistratibus cura omnibus manifesta facta ille nobis integrum et undique probatum suum praestet ministerium. 1 *Hanc autem legem cum omnibus ostendet sacrarum nostrarum constitutionum lectio (etenim hanc quoque ibi perscribi iussimus), tum ipse ad effectum perduces, ut in perpetuum maneat in ipsis factis effulgens atque conspicua.*

Oportet praeberi praetori Pisidiae ipsi quidem annonarum et capitum ac reliqui solacii nomine sol. CCC, assessori eius sol. LXXII, cohorti eius aur. lib. II. Oportet autem ipsum praebere insignium nomine ita: spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi sol. IX, primicerio clarissimorum tribunorum notariorum et laterculensibus sol. XXV, adiutori eius sol. III, officio gloriosissimorum praefectorum pro iussione et omni reliqua causa sol. XL.

XXV.
DE PRAETORE LYCAONIAE.

Imp. Iustinianus Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Lycaonum gentem maiore quam qui nunc est magistratu ornare par esse existima-

1 τὸν] τὸ *M pr.* ‖ 2 συμβούλων *L*¹ ‖ 3 λατερκούλῳ *M*] λατερκούλον *L* οἰκειακῷ *B* ‖ 4 *ὑπάρχων *libri* ‖ 5 τῷ παρέδρῳ *M*] παρέδρῳ *LB* ‖ τοῖς παρεαυτόν *L* ‖ 6 οὕτω τε] *leg.* ὥστε? ‖ τῆς] τοῖς *M* ‖ 9 ἥ τε *MLB*] ἡ *Haloander* ‖ 14 xv. k. Iun. *Mς Iul.*ᵇ] πρὸ ιε' καλανδ. ἰουλίων *Ath.*, k. Iun. *Iul.*ʷ μηνὶ ἰουνίῳ *Theod.* (dat. p̄o uilisarii *Iul.*ᵖ) ‖ Bilis. *M Iul.*ʷ uilisoarii *Iul.*ᵇ ‖ 15 δεῖ *LBς*] ὑποτελεῖ *M* ‖ 17 sol. (νομίσματα *s. v.*) CCC *M*] νομίσματα τ' (τριακόσια *B*) *LB Theod.* (solidos numero octingentos ς) ‖ sol. LXXII] sol. . (νομίσματα *s. v.*) LXXL (*sic*) *M* νομίσματα οβ' (ἑβδομήκοντα δύο *B*) *LB Theod.* ‖ 18 auri lib. II] aurccib u *M* (auri libras quinque ς) χρυσίου λίτρας β' *L* λίτρας β' *M s. v.*, *B Theod.* ‖ 21 χαρτουλλαρίοις *M* ‖ 22 sol. IX *M*] νομίσματα θ' (ἐννέα *B*) *M s. v.*, *BL Theod.* ‖ 24 λατερculisίοις *M* λατερκουλοσίοις *L* λατερκούλοις *Theod.* οἰκειακοῖς *B* ‖ sol. XXIV *M* (*cf.* ς)] νομίσματα κδ' *Theod.*, νομίσματα κε' *M s. v.*, *BL* ‖ 25 sol. CLL *M*, νομίσματα γ' (τρία *B*) *M s. v.*, *BL Theod.*, sol. num. sex ς ‖ 26 ἐπάρχων *Theod.*] ὑπάρχων *MLB* ‖ προστάγματος *M*] προσταγμάτων *LBς* ‖ 27 sol. num. quadraginta ς, sol. XC *M* νομίσματα ξ' (ἑξήκοντα *B*) *B Theod.* νομ. ζ' *L* νομ. ι' *M s. v.* ‖ 32 *ὑπάρχῳ *libri* ‖ ἱερῶν *om. L* ‖ ἑώας (αἰώας *L*¹) *L* ‖ 33 πατρικίων *L*

3 praetorium *V* ‖ 4 quod *T* ‖ qui *om. V* ‖ 5 a nobis *Osenbrüggen*] nobis *V*, *om. T*, nostra *vulg.* ‖ administrationis *VT* ‖ 6 prouidentiam *T* ‖ cuncta *V* ‖ decet *Osenbrüggen*] dicet *T* dicent *V* ‖ 7 puram *V* ‖ approbatum — 9 itaque *om. V* ‖ 9 declarauit *libri* ‖ quidem *vulg.* ‖ 11 praecipimus *T* ‖ 13 lucescens *T* ‖ 14 CP.] Cap. *T*, *om. V* ‖ bilisiario uiro clarissimo consule *V* ‖ 15 Pisidiae] praesidie *V* ‖ 17 octingentos — numero *om. V* ‖ 18 LXXXII *T* ‖ 19 autem] etiam *T* ‖ occasionem *V* ‖ 23 *primicerio et tribunorum *libri*, et *om. vulg.* ‖ latercuIiensibus *V* ‖ 24 uiginti tres *T* ‖ 29 *rubr.* KĒ R̸ xx·v De praetore Licaonio *V*

ποντες εἰς τὰς πρώτας ἀρχὰς ὅθεν αὐτὸ συστῆναι παρέδοσαν ἡμῖν οἱ τὰ παλαιὰ συγγράφοντές τε καὶ διηγούμενοι, καὶ ὅτι συγγενέστατόν ἐστι Ῥωμαίοις καὶ σχεδὸν ἐκ τῶν αὐτῶν συνῳκισμένον προφάσεων. Λυκάονι γὰρ τῷ πρώην Ἀρκαδίας τῆς ἐν Ἑλλάδι βεβασιλευκότι καὶ τὴν Ῥωμαίων οἰκῆσαι γέγονε γῆν, καὶ τοὺς πρώην Οἰνώτρους προσλαβόντι τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ δοῦναι προοίμιον (φαμὲν δὲ ταῦτα δὴ τὰ παλαιὰ τὰ πολλῷ τῶν Αἰνείου τε καὶ Ῥωμύλου χρόνων πρεσβύτερα), καὶ ἀποικίαν ἐπὶ τὰ τῇδε στείλαντι μέρη μοῖράν τινα τῆς Πισιδίας ἀφελέσθαι, ταύτῃ τε δοῦναι τὴν αὐτοῦ προσηγορίαν Λυκαονίαν τε ἐξ αὐτοῦ καλέσαι τὴν χώραν. Δίκαιον τοίνυν ἂν εἴη καὶ αὐτὴν ἀρχῇ κατακοσμῆσαι τὰ παλαιὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς τάξεως ἐπιγραφομένῃ σύμβολα, καὶ τοὺς νῦν αὐτῆς ἡγουμένους, τόν τε ἄρχοντα φαμὲν τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν τόν τε ἐφεστῶτα τοῖς ὅπλοις, εἰς ἕν τι συναγαγεῖν καὶ τῇ τοῦ πραίτωρος κοσμῆσαι προσηγορίᾳ. ὄνομα γὰρ τοῦτο πάτριον τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ καὶ πρό γε αὐτῶν τῶν ὑπάτων κατὰ τὴν μεγάλην τῶν Ῥωμαίων πολιτευσάμενον πόλιν. Ῥωμαῖοι γὰρ οἱ πάλαι τοὺς σφῶν αὐτῶν στρατηγοὺς πραίτωρας ὠνόμαζον, τῶν στρατευμάτων τε ἡγεῖσθαι παρεῖχον καὶ τοῖς ὑπ᾽ αὐτῶν γραφομένοις ἐπείθοντο νόμοις· καὶ ἦν ἀρχή τις ἐξ ἀμφοῖν κεκραμένη καὶ ἐν ἑαυτῇ περιφέρουσά τε καὶ δεικνῦσα τήν τε ἐν ταῖς παρατάξεσιν ἰσχὺν τήν τε ἐν τοῖς νόμοις εὐκοσμίαν.

spicientes ad priores administrationes, unde eam consistere tradiderunt nobis qui vetera conscripserunt et narraverunt, quoniam est cognatissima Romanorum et paene ex ipsis consistens occasionibus. Lycaoni namque olim in Arcadia Hellade regnanti etiam Romanorum habitare contigit terram et cum priscos Oenotrios adquisisset, Romanorum principatui dedisse prooemium (dicimus autem haec quippe vetera, multo Aeneae et Romuli temporibus antiquiora), qui coloniam ad has dirigens partes portionem quandam Pisidiae abstulit eique dedit suum vocabulum Lycaoniamque a semetipso nuncupavit provinciam. Iustum igitur erit et eam administrationem decorare antiqua Romani officii conscribentem signa, et nunc eius magistratus (iudicem dicimus civilis cinguli et praesedentem armis) in unum colligere et praetoris appellatione decorare. Nomen enim hoc patrium est cinguli Romanorum et ante ipsos etiam consules in magna Romanorum habitum civitate. Romani namque olim suos duces praetores nominabant et exercitibus praeesse praecipiebant et ab eis conscriptis legibus oboediebant: eratque magistratus quidam ex utroque temperatus et in semetipso circumferens et ostendens et in aciebus fortitudinem et in legibus disciplinam.

CAPUT I.

Ἐπειδὴ τοίνυν κἀνταῦθα σκοπὸς ἡμῖν εἰς ἕν τι συναγαγεῖν ἀμφοτέρας, διὰ τοῦτο εἰκότως αὐτῷ καὶ τὴν τοῦ πραίτωρος δίδομεν προσηγορίαν, ὅπως ἂν συνεισέρχοιτο ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀκουόντων ἅμα τῇ προσηγορίᾳ τοῦ πραίτωρος καὶ ἡ τῆς ἀρχῆς κατάστασίς τε καὶ φύσις, καὶ ὅτιπερ οὐχ ἁπλῆ τίς ἐστιν οὐδὲ πρὸς ἓν ἀφορῶσα μόνον ἢ τὸ τῶν ὅπλων ἢ τὸ τῶν νόμων, ἀλλ᾽ ἑκατέραν συνεφέλκεται τάξιν καὶ ἔστιν ἐκ μὲν τοῦ στρατιωτικοῦ σφοδρά τε καὶ ἰσχυρά, διὰ δὲ τοῦ νόμου προσηνής τε καὶ ἥμερος, καὶ κατὰ τοῦτο προσφερομένη ῥᾳδίως τοῖς μὲν ἀδικοῦσι σφοδρότερον, τοῖς δὲ ἐπιεικεστέροις νομιμώτερόν τε καὶ σωφρονέστερον. Καὶ οὐδὲ ἁπλῶς τοῦτο πράττομεν οὐδὲ ὀνομασίᾳ προσέχομεν μόνον, ἀλλὰ τῇ χρείᾳ καὶ τὰς ἀρχὰς συμμετροῦμεν. ἀνδρῶν γάρ ἐστιν ἰσχυρῶν ἡ

Quia igitur etiam hic intentio nobis est ad unum aliquid utraque colligere, propterea merito ei etiam praetoris damus vocabulum, quatenus simul ingrediatur animis audientium cum appellatione praetoris administrationis disciplina atque natura, et quoniam non simplex quaedam est neque ad unum respiciens tantum aut quod armorum aut legum est, sed utrumque subtrahit officium, ⟨et⟩ ex militaribus quidem vehemens atque fortis est, per legem vero mitis et mansueta, et secundum hoc illata facile violentis quidem vehementius, mitibus autem legalius atque castius. Et nec simpliciter hoc agimus nec nomina respicimus solum, sed ut oportet cingula moderamur. Virorum enim est fortium regio et ab Isauria nullo

vimus, respicientes ad primordia illa, unde eam constitutam esse antiquarum rerum scriptores et interpretes tradiderunt, cum proxima sit Romanis cognatione et fere ex iisdem causis condita. Lycaoni enim, qui olim Arcadiae in Graecia rex fuit, contigit ut etiam Romanorum terram incoleret, et Oenotriis qui olim erant ascitis primordium daret Romanorum imperio (dicimus autem illa sane vetusta ac temporibus Aeneae et Romuli multo antiquiora), et colonia in illas partes missa Pisidiae aliquam partem adimeret eique suum nomen daret atque Lycaoniam a se ipso regionem appellaret. Itaque eam quoque magistratu ornare par est antiquis Romanae disciplinae signis distincto, atque eos qui nunc ei praesunt (eum dicimus qui civilem magistratum gerit et eum qui armis praeest) in unum coniungere et praetoris appellatione decorare. Est enim nomen hoc Romano imperio patrium idque ante ipsos consules in magna Romanorum republica in usu fuit. Nam veteres Romani ipsorum belli duces praetores vocabant, atque simul et exercitibus eos praeficiebant et legibus ab iis scriptis oboediebant: eratque magistratus ex utroque mixtus et qui in semet ipse et virtutem in acie et disciplinam in legibus comprehenderet atque ostentaret.

I. *Quoniam igitur hic quoque propositum est nobis duos in unum redigere, propterea merito ei praetoris nomen imponimus, ut una cum nomine praetoris subeat animos audientium ipsa magistratus quae est condicio et natura, quodque non simplex est neque ad unam solam rationem aut quae armorum aut quae legum est respicit, sed utrumque comprehendit officium et ex militari quidem potestate severus et fortis, per legem vero mitis et comis est ideoque facile adversus iniustos quidem severius, adversus probos autem aequius et moderatius se gerat. Nec tamen simpliciter hoc agimus neque appellationi soli operam damus, sed ad usum ipsos magistratus accommodamus. Est enim regio illa for-*

3 καὶ ὅτι] καὶ *om.* ς ‖ 4 συνῳκισμένων *M* ‖ προφάσεως L^1 ‖ 5 τῆς] τοῖς *M* ‖ 6 καὶ τοῖς ῥωμαίοις L^1 ‖ 7 οἰνότρους *ML*, Οἰνοτρίους *Haloander* (*cf.* ς) ‖ 14 αὐτὴν ἀρχῇ *L*] αὐτὴν ἀρχὴν *M*ς, ταύτην τὴν ἀρχὴν *malit Zachariae* ‖ τὰ πάλαι L^1 τῇ πάλαι L^2 ‖ 15 ἐπιγραφομένῃ L^2] ἐπιγραφομένην ML^1ς ‖ νῦν αὐτοὺς L^1 ‖ 16 τῆς πολιτικῆς ἀρχῆς L^2 (*cf.* ς) ‖ 24 αὐτῶν *L*ς] αὐτοῦ *M* ‖ 26 δεικνύουσα *M corr.* ‖ 33 ἁπλή *M* ‖ 35 συνεφέλκεται] subtrahit (*i. e.* συνυφέλκεται?) ς ‖ 41 καὶ *om.* ς

1 eam *vulg.*] eum *libri* ‖ 4 Lycaoni namque *Heimbach*] lycaoniamque *Neoburg.*, lyceroniam quae *T* lycaoniam *V* Lycaoni enim *vulg.* ‖ 5 olim *om.* *V* ‖ archadia *VT* ‖ 6 contingit V^1 ‖ terra *V* ‖ priscus oenotarius *V* ‖ 8 premium *libri* ‖ 9 enea *V* ‖ 11 piscidie *V* ‖ 14 romani] rationi *V* ‖ 15 *magistratum *libri* ‖ 16 praesidentem *vulg.* ‖ 17 appellationem *V al.* ‖ 21 praecibuebant V^a ‖ 23 et in (in *del.* V^b) ostendes *V* ‖ 28 Quia *V al.*] Quoniam *vulg.* ‖ 32 administrationibus *libri* ‖ 34 quod *V*] quae *T vulg.* ‖ 35 contrahit *Beck* ‖ et *om.* *libri* ‖ 38 uehementis militibus autem legalibus *V* ‖ 40 moderamus *V* ‖ 41 ab hisaria nullo *T* ab his auri anulo *V*

χώρα καὶ Ἰσαυρίας οὐδενὶ διέστηκε μέσῳ, οἷα δὲ μεσόγειός τε οὖσα καὶ ἀνειμένη καὶ ἱππόβοτος πολλοὺς μὲν ἄνδρας, πολλοὺς δὲ ἵππους ἐκτρέφει, κωμῶν τέ ἐστιν αὐτῇ πλῆθος μεγάλων καὶ ἀνδρῶν ἐπιτηδείων ἱππεύειν τε καὶ τοξάζεσθαι καὶ ῥᾳδίως πρὸς τραχυτέρας ἀνίστασθαι γνώμας καὶ ὅπλων ἅπτεσθαι προχείρως καὶ τῆς μὲν στρατιωτικῆς ἀρχῆς ἴσως οὐκ ἐπιστρέφεσθαι, διότι τὰ τῆς καταστάσεως αὐτῶν ἰδιωτικὴν ἐπιγράφεται τύχην τὴν μόναις ταῖς πολιτικαῖς ἀρχαῖς ὑποκεκλιμένην, ταύτης δὲ δὴ πάλιν καταφρονεῖν, διότι τὸ τῷ νόμῳ προσέχειν μόνῳ μὴ μετὰ τοῦ δραστηρίου τεταγμένῳ φοβερὸν οὐχ ὁμοίως τοῖς θρασυτέροις ἐστί. Ταῦτα ἡμᾶς ἀνέστησεν εἰς τὸ καὶ ταύτην μίαν ἀποφῆναι τὴν ἀρχήν, καθάπερ ἐν Πισιδίαις ἐπράξαμεν, καὶ δοῦναι καὶ ταύτῃ τὴν τοῦ πραίτωρος προσηγορίαν μετὰ τῆς ἐξ ἡμῶν προσθήκης· καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτον πραίτωρα Ἰουστινιανὸν Λυκαονίας προσαγορεύεσθαι βουλόμεθα, ὥσπερ δὴ καὶ Πισιδίας τὸν ἄλλον. τάξιν τε ἑκατέραν εἰς ταὐτὸ συνάγομεν, ᾗ τε ὁ πολιτικὸς ᾗ τε ὁ στρατιωτικὸς ἄρχων ἐφειστήκει· πραιτωριανὴν δὲ καὶ ταύτην ὀνομάζομεν, ἐκ προβατορίων ἐντεῦθεν κατὰ τὸ νενομισμένον προϊουσῶν γινομένην, ἐξ οὗ καὶ πρώην οἱ δουκικοὶ ταύτας ἐκομίζοντο, τοῦ θείου τῶν λιβέλλων σκρινίου· καὶ εἰς ἀνδρῶν ἑκατὸν τὸν ἀριθμὸν αὐτῇ συμμετροῦμεν. καὶ δίδομεν αὐτῷ τὰς ἑκατέρας ἀρχῆς σιτήσεις, παρέδρῳ τε καὶ τοῖς λοιποῖς, ἅπερ φανερὰ καταστήσομεν ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἀπογραφῶν τῇδε τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει. ἐχέτω γε μὴν καὶ ad responsum πρὸς τὴν στρατιωτικὴν εὐκοσμίαν· καίτοιγε καὶ ἄλλως αὐτὸν ἄρχειν τῶν ἐπὶ τῆς εἰρημένης ἐπαρχίας ἱδρυμένων στρατιωτῶν θεσπίζομεν.

intervallo distans, et utpote mediterranea existens et plana equorumque nutrix plurimos quidem viros, plurimos autem equos alit, vicorumque est ei multitudo magnorum et virorum opportunorum ad equitandum et sagittandum et facile ad asperiores insurgentium voluntates et arma tractantium prone, et in militari cingulo non versantium, eo quod status eorum privatam habet fortunam solis civilibus cingulis inclinatam: quae cingula rursus contemnunt, eo quod legem respicere solam non cum severitate consistentem non similiter contumacibus metuendum est. Haec nos erexerunt etiam hanc unam declarare administrationem, sicut in Pisidis egimus, et dare huic etiam praetoris appellationem cum adiectione nostra: nam et hunc praetorem Iustinianum Lycaoniae nuncupari volumus, sicut etiam Pisidiae alium. Officiumque utrumque in idem colligimus, cui et civilis et militaris iudex praefuit; praetorianumque etiam hoc nominamus ex probatoriis hinc sollemniter procedentibus, ex que et pridem duciani eas accipiebant, de sacro libellorum scrinio; et ad virorum centum numero eum metimur. Eique damus utriusque administrationis emolumenta, assessorique et ceteris, quae et manifesta constituimus ex subditis descriptionibus huic sacrae nostrae constitutioni. Habeat quoque et adresponsum ad militarem disciplinam: denique etiam praeesse eum in memorata nostra provincia collocatis militibus sancimus.

CAPUT II.

Καὶ στελοῦμέν γε τὸν τῆς ἀρχῆς ἀντιληψόμενον ταύτης τῶν παρ' ἡμῖν εὐδοκιμούντων ἕνα τῶν ἐκ τοῦ καταλόγου τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων, ὅθεν καὶ τὸ παλαιὸν οἱ πραίτωρες ἐξεφοίτων καὶ τοῖς σφῶν αὐτῶν πόνοις τὴν πολιτείαν ἐκόσμουν, ποτὲ μὲν ἐπὶ τῆς Ἰταλιώτιδος μένοντες γῆς, ποτὲ δὲ ἐπὶ τοὺς ἔξω τόπους

Et destinabimus, qui cingulum suscipiat hoc, apud nos probatissimorum unum ex collegio nostrorum iudicum, unde etiam olim praetores procedebant ⟨et⟩ suis laboribus rempublicam decorabant, aliquando quidem in Italica manentes terra, aliquando autem ad extranea loca directi. Sit enim iste sui memor

tium virorum, neque ullo intervallo ab Isauria distat: atque cum et mediterranea et plana et equis pascendis apta sit, et multos viros et multos equos enutrit, estque ei pagorum amplorum frequentia et virorum idoneorum qui equitent et sagittent et ad asperiora consilia facile insurgant et arma prompte capiant, quique militarem quidem magistratum fortasse parum respiciant, quoniam status eorum privatam vitam affectat solis civilibus magistratibus subiectam, hos vero rursus contemnant, quoniam quod in sola lege versatur munus, quae exequendi potestate non instructa sit, audacioribus non aeque formidolosum est. His permoti sumus, ut hunc quoque magistratum unum efficeremus, sicut in Pisidis fecimus, eique et ipsi praetoris nomen daremus additamento a nobis petito auctum: etenim hunc quoque praetorem Iustinianum Lycaoniae appellari volumus, quemadmodum alterum illum Pisidiae. Officium quoque utrumque in unum contrahimus et illud cui civilis et cui militaris magistratus praefuit; praetorianum vero etiam illud nominamus, quod ex probatoriis constituatur hinc more solito ex sacro libellorum scrinio prodeuntibus, unde etiam olim ducici eas accipiebant; et ad centum virorum numerum ei definimus. Atque damus illi utriusque magistratus annonas, itemque assessori et reliquis, quae quidem ex descriptione sacrae huic nostrae constitutioni subiecta manifesta faciemus. Ceterum habeat etiam adresponsum ad militarem disciplinam: quamquam iam ultro militibus qui in dicta provincia collocati sunt, eum imperare sancimus.

II. *Ac mittemus quidem qui hunc magistratum suscipiat ex viris nobis probatis unum ex numero nostrorum praesidum, unde etiam antiqua aetate praetores prodibant suisque rebus gestis rempublicam ornabant, modo in Italia manentes, modo in extera loca missi. Sit enim talis magistratus semper sui ipsius*

1 *διέστηκεν ἐν μέσῳ L* ‖ *οἷα δὲ M*] *οἷα δεῖ L*[1] *οἷα δὴ L*[2] ‖ *σκόγειος M* ‖ 5 *ἱππεύειν*] ∗∗∗∗∗εύειν *L*[1] ‖ *τοξεύεσθαι L* ‖ *ῥαδίως L* (*cf.* ς)] *ῥαδίων M* ‖ 7 *μὲν et ἴσως om.* ς ‖ 9 *τὴν μόναις M*] *μόναις δὲ L* ‖ 10 **ταύτης*] *αὐτῆς libri αὐτῶν Zachariae* (*cf.* ς) ‖ 11 *μόνον L* ‖ 12 *οὐχ ὁμοίως om. L, οὐ ante φοβερὸν add. L*[2] ‖ *τῶν θρασυτέρων L*[1] ‖ 14 *sq. καθάπερ — ἐπράξαμεν*] *cf. nov. XXIV* ‖ 15 *καὶ δοῦναι* — 17 *τοῦτον*] *καὶ τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἀρχὴν B* ‖ 19 *τῶν ἄλλων L* (*καὶ τῶν ἄλλων Haloander*) ‖ *εἰς ταύτην L* ‖ 20 *εἴ τε — εἴ τε L εἴτε — εἴτε B* ‖ 21 *ἐκ προβαταρίων L ἐκ δοκιμασιῶν M s. v., B* ‖ 23 *γινομένην om.* ς ‖ *δουκ∗ικοὶ L* ‖ 24 *σκηρνίου L*[1] ‖ 25 *συμμετροῦμεν*] *τάξιν add. L*[2] ‖ 26 *ἑκατέρας τῆς ἀρχῆς B* ‖ 27 *ἅπερ*] quae et ς ‖ 28 *ἀπογραφῶν M*] *ὑπογραφῶν BL* ‖ *τῇδε*] *τῇ δὲ L, om. B* ‖ 29 *ἀδρεσπονσουμ L, ἀδρεσπόνσουμ ἤτοι ἀποκρισιαρίους M ἀποκρισιαρίους L s. v., B* ‖ 30 *καίτοιγε καὶ ἄλλως*] denique etiam ς ‖ *ἄλλων Haloander* ‖ 31 *ἱδρυμένων MB*] *καὶ* (?) *ἱδρυμένων L*[1], *καθιδρυμένων L*[2] ‖ 34 *ἐκ τῶν καταλόγων B*

3 alituiquorumque *V* ‖ 4 ad exequitandum et sagitandum *V* ‖ 5 facile] faciles *libri* ‖ 6 prone] proni *libri* ‖ 7 in *T*] *om. V vulg.* ‖ 8 pribatam *V* ‖ habeat *V al.* ‖ ciuibus *V* ‖ 12 declarere *V* ‖ 13 *pisidiis *libri* ‖ 14 huic etiam] et huic etiam *V* huic et *T* et huic *al.* ‖ adiectionem *V* ‖ 16 piscidie *V* ‖ 17 collegimus *VT* ‖ cui *T*] qui *Neob., om. V* ‖ 18 *praefuit] praeest *libri* ‖ torianumque *V* ‖ 22 uiuorum *V* ‖ numero eum] *leg.* numerum, *vel* numerum ei? ‖ 24 quae et *V*] et *om. T* ‖ 25 discriptionibus *V* ‖ 26 habeat *om. V* ‖ 33 destinauimus *libri* ‖ 35 et *add. vulg.*

στελλόμενοι. ἔστω γὰρ ὁ τοιοῦτος αὐτὸς ἑαυτοῦ μεμνημένος ἀεὶ καὶ ὅθεν αὐτῷ τὰ τῆς ἀρχῆς συνέστηκε, σεμνός τε τοῖς ὑπηκόοις φοβερός τε τοῖς λῃστεύουσι καὶ ἀδικοῦσι καὶ μετὰ πλείονος παρρησίας ἅπαντα πράττων. πρόδηλον γάρ, ὡς καθαραῖς μὲν χρήσεται ταῖς χερσίν, ἐπεὶ καὶ ἄμισθον παραλαμβάνει τὴν ἀρχὴν καὶ ἄλλως ὁ παρ᾽ ἡμῶν τεθεὶς ἔναγχος νόμος ἁπάσαις ταῖς ἀρχαῖς ταῖς ἐγγεγραμμέναις αὐτῷ σαφῶς ἐπιτάττει χειρῶν τε κρατεῖν (ἐφ᾽ ᾧ δὴ καὶ τὸν ὅρκον ὑπέχουσι) καὶ κατὰ τους ἡμετέρους νόμους δικάζειν τε καὶ νέμειν τοῖς ὑπηκόοις ἰσότητά τε καὶ δικαιοσύνην. οὕτω καὶ οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι τὸ πολίτευμα κατακοσμήσαντες πάσης ἑτέρας πολιτείας ἐκράτουν. τίς γὰρ οὐκ ἂν τὴν ἀρχὴν ταύτην αἰδεσθείη τε ἅμα καὶ φρίξειεν, ὁρῶν αὐτὴν ὑπὸ διπλοῦ σχήματος φρουρουμένην καὶ ῥᾳδίως μὲν τὰ ἐκ τοῦ νόμου διατάττουσαν, ῥᾷστα δέ, εἴ τι παραβαθείη τοῦ νόμου, τοῦτο τοῖς ὅπλοις
1 ἐπανορθοῦσαν; Ἅπερ δὲ τῷ κατὰ Πισιδίαν προηγόρευται πραίτωρι κατὰ τὸν περὶ ἐκείνου γεγραμμένον νόμον, ταῦτα καλῶς ἔχειν ᾠήθημεν προαγορεῦσαι καὶ τούτῳ. δεῖ γὰρ αὐτὸν τὴν ἀρχὴν παραλαμβάνοντα ταύτην πανταχόθεν ἄμισθον οὖσαν καὶ αὐτὸν ἀδωρότατον εἶναι καὶ ἀρκεῖσθαι μόνοις οἷς τὸ δημόσιον δίδωσι (καθὰ καὶ ὁ περὶ τῶν ἀρχῶν ἤδη τεθειμένος διαλέγεται νόμος), καθαρῶς τε καὶ δικαίως χρῆσθαι τοῖς πράγμασι, καὶ ὥσπερ αὐτῷ μεμιγμένα τὰ τῆς ἀρχῆς ἐστιν, οὕτως αὐτῷ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἁρμονίαν κεκρᾶσθαι ποτὲ μὲν ὀξυτέροις τε καὶ ἐπιτεταμένοις, ποτὲ δὲ πρᾳοτέροις τε καὶ ἀνειμένοις τοῖς
2 φθόγγοις. Καὶ μισείτω μὲν ἅμα καὶ κολαζέτω μοιχείαν ἅπασαν, καὶ πρό γε ἐκείνης ἀνδροφονίαν, καὶ ἔτι σφοδρότερον τὰς τῶν παρθένων ἁρπαγάς. καὶ τοὺς ἀδικοῦντας, εἰ μὲν ἀθεράπευτα νοσοῖεν, καὶ καθάπαξ κολαζέτω, εἰ δὲ μετριώτερα, πρὸς τὸ κρεῖττον μεθαρμοζέτω. ἐρυθριάτω δὲ τῶν ἀδικούντων μηδένα, κἂν εἰ πλουτοίη κἂν εἴ τινος ἀξίας ἐπείληπται μείζονος. διὰ τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ἐκ τῶν σεμνοτέρων αὐτὸν καταλόγων στέλλομεν, ὅπως ἂν οἴκοθεν ἔχοι τὸ μηδενὶ προσέχειν ἑτέρῳ πλὴν ἡμῖν τε καὶ τοῖς νόμοις, καὶ δικάζειν μὲν κατ᾽ ἐκείνους, τὸ δὲ ὑπήκοον ἁρμόζειν εἰς τὸ κατ᾽ αὐτοὺς πολιτεύεσθαι.

semper et unde ei cingulum est collatum, venerandus subiectis, terribilis latrocinantibus et violentis, et cum ampliori fiducia cuncta gerens. Palam namque est quia puris quidem utitur manibus; nam sine suffragio accipit administrationem, et alio modo a nobis posita nuper lex omnibus administrationibus quae inscriptae sunt in ea aperte praecipit manibus abstinere (pro quo etiam iusiurandum subeunt) et secundum nostras leges iudicare et tribuere subiectis aequitatem atque iustitiam. Sic et olim Romani rempublicam decorantes omnes alias respublicas obtinebant. Quis enim non administrationem hanc revereatur simul et contremiscat, videns eam duplici figura munitam et facile quidem quae sunt ex lege praecipientem, velociter autem, si quid transcendatur legis, hoc armis corrigentem?
1 Quae vero Pisidiae sunt denuntiata praetori secundum legem de illo conscriptam, haec bene se habere credidimus denuntiare etiam isti. Oportet enim eum hoc cingulum adsumentem undique sine suffragio constitutum, et ipsum sine muneribus esse et contentum solis quae fiscus praebet, sicut etiam de administrationibus iam posita loquitur lex, et pure atque iuste uti causis: et sicut ei mixta sunt cingula, sic etiam animi congruentia temperata sit, et utatur aliquando quidem asperioribus et vehementioribus, aliquando vero mitioribus et placidis elocutionibus.
2 Et odio quidem habeat simul et puniat adulterium universum, et ante illud homicidium, et quicquid vehementius est virginum raptus. Et violentos, si quidem inmedicabiliter aegrotant, etiam omnino torqueat; si vero mediocriter, ad meliora convertat. Erubescat autem violentorum nullum, licet idoneus sit, licet qualibet decoratus dignitate maiori. Propterea enim ex nobilioribus eum ordinibus destinamus, ut ex auctoritate sui habeat nullum respicere alium nisi nos et legem, et iudicet quidem secundum illas, subiectos autem coaptet secundum eas conversari.

CAPUT III.

καὶ μήτε ῥᾳθυμεῖν μήτε ἀδικεῖν· ὥστε μή τινας ἐκ τῆς ἐπαρχίας ἧς ἄρχει καταλιμπάνειν μὲν τὴν χώραν

Et neque neglegat neque laedat, ut non aliqui ex provincia cui praesidet deserant quidem provinciam

memor et unde ipsi magistratus obvenerit, et subditis venerandus et latrocinantibus atque iniuriam facientibus metuendus, et cum maiore fiducia omnia peragat. Consentaneum enim est puras eum manus habiturum, quoniam et gratis magistratum accipit, et omnino lex nuper a nobis lata omnibus magistratibus in ea perscriptis diserte praecipit, ut manus contineant (de quo quidem etiam iusiurandum praestant) atque secundum leges nostras et iudicent et subditis aequitatem et iustitiam impertiant. Sic etiam veteres Romani republica sua ornata reliquas civitates omnes superarunt. Quis enim hunc magistratum non simul revereatur et formidet, quem videat duplici specie munitum esse ac facile quidem ea quae legitima sunt
1 *ordinare, facillime vero, sicubi lex violetur, id armis vindicare? Quae autem praetori Pisidiae praecepta sunt in lege de illo scripta, ea huic quoque praecipere par esse duximus. Oportet enim eum quippe magistratu hoc plane gratuito accepto ipsum quoque integerrimum esse iisque solis quae fiscus praebet acquiescere (quemadmodum etiam lex de magistratibus iam lata exponit) et sancte ac iuste in rebus versari; atque uti ei mixtus est magistratus, ita etiam animi concentum ei temperatum esse*
2 *sonis modo acutioribus et intentis, modo lenioribus et remissis. Atque odio simul habeat et puniat omne adulterium, et prae illo homicidium, et acrius etiam raptus virginum. Eosque qui iniuriam faciunt, siquidem insanabili morbo laborent, vel statim supplicio afficiat; si vero mediocri, ad meliorem mentem revocet. Neminem autem vereatur eorum qui iniuriam faciunt, etiamsi dives sive qua dignitate praeditus sit maiore. Ideo enim etiam ex honoratiorum virorum numero eum mittimus, ut quasi domo secum afferat studium nihil curandi aliud nisi nos et leges, atque secundum eas iudicandi subditosque ut secundum eas vitam agant instruendi.*
III. *Item neve neglegens sit neve iniuriam faciat: ne qui ex provincia, cui praeest, propter in-*

5 *γὰρ om. L* ‖ 7 *νόμος*] *nov. VIII* ‖ 9 *τε*] *τὸ L*[1] ‖ *δὴ*] *δὲ B* ‖ 10 *καὶ κατὰ*] *καὶ om. B* ‖ 12 *κατακοσμήσαντες LB*] *κατευκοσμήσαντες M* ‖ 13 *τίς μὲν γὰρ B* ‖ 16 *τὰ ἐκ — διατάττουσαν*] *παρὰ B*[e], *idem verba sqq. ῥᾷστα — νόμου post νόμον* (20) *collocat, ταῦτα — καὶ τούτῳ* (20 *sq.*) *omittit* ‖ 18 *προσηγόρευται L* ‖ 20 *προσαγορεῦσαι L* ‖ 21 *γὰρ om. B* ‖ 23 *μόνοι? L*[1] ‖ 27 *αὐτῷ om. ς* ‖ 28 *κεκρᾶσθαι ποτὲ*] temperata sit, et utatur aliquando (*i. e. κεκρᾶσθαι, καὶ χρῆσθαι ποτὲ?*) *ς* ‖ *τε om. L* ‖ 29 *ποτὲ δὲ*] *ποτὲ δὲ καὶ L* ‖ 31 *πρός γε L*[1] ‖ *ἀνδροφονίας B* ‖ 32 *ἔτι σφοδρότερον*] quicquid (*i. e. ὅ τι vel εἴ τι*) vehementius est *ς* ‖ 33 *καὶ καθάπαξ LBς*] *καθάπαξ M* ‖ 36 *κἂν εἰ πλουτοίη om. B* ‖ 38 *οἴκοθεν*] ex auctoritate sui *ς* ‖ 40 *δικάζειν μὲν*] *δικάζομεν L*[1] ‖ *μὲν — ἁρμόζειν om. B* ‖ 42 **καὶ μηδὲ libri*

4 quia] qua *V* ‖ 5 accepit *VT* ‖ 7 praecepit *V* ‖ 9 subiectos *V* ‖ 12 aministratione *V* ‖ 14 quae] et quae *V*[a] ‖ 16 legis *V*] legum *al.* ‖ 21 cingulis *V*[1] ‖ 27 uelamentioribus *V* ‖ 32 uiolentus *V* ‖ 34 conuertant *V* ‖ 35 nullam *V al.* ‖ 36 dignitatem *V* ‖ 38 habeant *V* ‖ 42 neglegant *V* ‖ 43 cui — prouinciam *T*] *om. V al.*

διὰ τὰς ἀδικίας τὰς ἐκεῖσε, συνεχῶς δὲ ἡμῖν ἐνοχλεῖν. ἀλλ᾽ αὐτὸς ἀκροατὴς γινέσθω πρότερον τῶν προσαγγελλομένων καὶ ταῦτα διακρινέτω, καὶ ἀεὶ μεμνήσθω τῆς παραδεδομένης αὐτῷ παρ᾽ ἡμῶν τιμῆς, καὶ οὕτω χρήσθω τοῖς ἀρχικοῖς πόνοις, ὡς ἐπαινετὴν αὐτῷ καὶ ἀνυπεύθυνον γίνεσθαι τὴν ἀρχήν· ἐκεῖνο σαφῶς ἐπιστάμενος ὡς, εἰ μέν τις ἔλθοι πρὸς ἡμᾶς μὴ προσαγγείλας αὐτῷ τὰ οἰκεῖα πάθη καὶ ἀποπειραθεὶς εἴγε τυγχάνοι τῶν δικαίων, τοῦτον αὐτῷ πέμψομεν ἀποκρίσεως αὐτῷ μεταδόντες οὐδεμιᾶς· εἰ δὲ προσαγγείλειεν, εἶτα τῶν δικαίων μὴ τυχὼν εἰς ἡμᾶς καταδράμοι, τότε ἡμεῖς οὐκ ἐκείνῳ τὸ λοιπόν, ἀλλ᾽ αὐτῷ τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι δικασταὶ γενησόμεθα. καὶ ὥσπερ αὐτῷ μείζονα πεποιήκαμεν τὴν τιμήν, οὕτω καὶ εἴπερ εὕροιμεν ῥαθυμοῦντα καὶ τοῖς παραδεδομένοις ἀμελῶς χρώμενον, ἀμυνοῦμεν τοῖς νόμοις καὶ προσηκόντως αὐτὸν μετελευσόμεθα· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος οὔτε τοὺς ἡμετέρους λόγους οὔτε τοὺς νόμους οὔτε τὸ τῆς ἀρχῆς ἐρυθριᾷ σχῆμα, οὕτως οὐδὲ ἡμεῖς αὐτὸν ἐρυθριάσομεν, ἀλλ᾽ ἀπαντήσομεν αὐτῷ καθ᾽ ὃν αὐτὸς τρόπον τοῖς τῆς ἀρχῆς πράγμασι χρήσεται· καὶ εἴτε χερσὶν οὐ καθαραῖς αὐτὸν χρώμενον λάβοιμεν ἢ πρός τι πάθος ἀποβλέποντα ἢ τοὺς ἡμετέρους παραβαίνοντα νόμους, ἡμεῖς αὐτῷ κατὰ νόμον ἐπιστήσομεν τὰς εὐθύνας. οὔτε γὰρ χρημάτων ἐφεισάμεθα οὔτε ἑτέρου τῶν πάντων οὐδενός, ἵνα τὸ ὑπήκοον περισώσωμεν.

propter iniustitias quae ibi fiunt, frequenter autem nos adeant. Sed ipse iudex sit prius horum quae denuntiantur, et haec determinet semperque memor sit traditi sibi a nobis honoris, et sic utatur iudiciariis laboribus, ut laudabilis ei et sine reatu fiat administratio: illud aperte sciens quia, si quidem aliquis venerit ad nos non insinuans ei proprias passiones et operiens utrum mereatur quae iusta sunt, hunc ei remittimus responsum ei praebentes nullum; si vero denuntiaverit, deinde quae iusta sunt non adeptus ad nos recurrerit, tunc nos non illi, sed administrationem habenti iudices erimus. Et sicut illi maiorem fecimus honorem, ita et si invenerimus neglegentem et traditis desidiose utentem auxiliabimur legibus et competenter eum castigabimus: et sicut ille neque nostra verba neque leges neque cinguli erubuit figuram, sic neque nos eum erubescimus, sed obviamus ei secundum modum quo turpiter administrationis utitur rebus; et sive manibus non puris eum utentem capiamus vel ad aliquam passionem respicientem aut nostras transgredientem leges, nos ei secundum leges inferimus ultiones. Neque enim pecuniis pepercimus nec alteri omnium, ut subiectos liberaremus.

CAPUT IV.

Δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ τῆς τῶν πόλεων εὐκοσμίας προνοεῖν· καὶ πρῶτον μὲν στάσεως ἀπαλλάττειν τὰς ὑπ᾽ αὐτῷ τεταγμένας πόλεις, τὴν ἰσότητα πανταχοῦ διασώζοντα καὶ τοῦ μηδὲν τοῖς ὑπηκόοις ἐνδεῖν πᾶ-
1 σαν τιθέμενον πρόνοιαν. Ἀλλὰ μηδὲ τῶν ἔργων τῶν πόλεων ἀμελεῖν, ὅπως ἂν μηδὲ κατὰ τοῦτο ἐλαττοῖντο μήτε οἱ τῶν ὑδάτων ὁλκοὶ μήτε αἱ τῶν γεφυρῶν πάροδοι μήτε ἡ τῶν τειχῶν ἀσφάλεια μήτε ἡ τῶν ὁδῶν ἐπιμέλεια· ἀλλὰ πάντα ἐπανορθοῦν, ἢ καὶ εἰς ἡμᾶς μηνύειν, ὅπως ἂν τὰ μὲν ἐκ τῶν πολιτικῶν πόρων, τὰ δὲ ἐξ ἡμῶν ἐπανορθοῦν ἰσχύσειε.
2 Παρατηρεῖν δὲ τὸ μηδὲ τοῖς ἐκεῖσε φοιτῶσιν ἐκ τῶν ἀρχόντων πράκτορσιν ἄδειαν εἶναι τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους κατά τι ζημιοῦν ἢ βαρύνειν, μηδὲ ταύτας

Oportet quoque eum et civitatum ornatui providere: et primum quidem seditione liberare sub se positas civitates, aequitatem ubique servantem, et ut nihil subiectis desit, omnem ponere providentiam.
1 Sed nec opera civitatum neglegere, quatenus neque secundum hoc minuantur neque aquaeductus neque pontium transitus neque murorum cautela neque itinerum diligentia, sed omnia corrigere et ad nos nuntiare, quatenus alia quidem ex civilibus quaestibus, alia vero ex nobis valeat reparare.
2 Cavere autem illic venientes a iudicibus executores, ne licentia sit eis nostros subiectos in aliquo aut laedere aut onerare, neque haec videlicet con-

iurias ibi acceptas regionem deserant et continuas nobis molestias facessant. Sed ipse prius eorum quae ad eum deferuntur cognitor fiat eaque diiudicet, ac semper honoris quem ei tribuimus memor sit itaque muneris negotiis fungatur, ut laudatus ipsi et integer sit magistratus. Atque illud certo sciat nos, si quidem quis nos adierit, qui non ad illum detulerit iniurias suas neque an ius consequeretur expertus sit, hunc ad eum missuros esse nullo responso dato; sin autem detulerit nec vero ius consecutus tum demum nos adeat, tunc nos iam non illi, sed ipsi qui magistratum gerit iudices esse futuros. Et quemadmodum honorem ei ampliorem reddidimus, ita etiam, si eum leviter agere et iis quae in ipsum contulimus neglegenter uti invenerimus, legibus opem feremus et merito in eum animadvertemus: atque sicut ille nec verba nostra nec leges nec magistratus speciem veretur, ita ne nos quidem ipsum verebimur, sed eodem eum tractabimus modo quo ipse magistratus negotiis functus erit; et sive eum puris manibus non uti sive affectus alicuius rationem habere sive nostras leges violare invenerimus, nos ei secundum legem rationes reposcendas intentabimus. Neque enim pecuniis neque ulli omnino rei pepercimus, ut subditos servaremus.

IV. *Praeterea oportet eum civitatum disciplinae providere, ac primum quidem a seditionibus liberare civitates sibi subditas, ita ut aequitatem ubique servet omnemque curam adhibeat, ne ulla re*
1 careant subditi. Neque vero opera publica civitatum neglegat, ut ne hoc quidem in genere vel aquarum ductus vel pontium traiectus vel murorum custodia vel viarum cura imminuatur, sed omnia reficiat, vel
2 etiam ad nos referat, ut alia ex reditibus civilibus, alia ex nostris reficere valeat. Caveat autem ne exactoribus, qui illuc commeant a magistratibus missi, licentia detur subditos nostros in ulla re damno

1 *ἡμᾶς L* ‖ 2 *ἀκροατὴς*] iudex ς ‖ *γενέσθω L* ‖ 6 *ἐκεῖνος L*[1] ‖ 7 *εἰ*] *ἡ L*[1] ‖ 8 *ἀποπειρασθεὶς L*[b] ‖ 9 *τυγχάνῃ L* ‖ 10 *μεταδιδόντες B μὴ μεταδόντες L*[2] ‖ *εἰ δὲ*] om. *L*[1] *εἰ δέ τις αὐτῷ L*[2] ‖ 12 *οὐκ*] ••• *L*[1] ‖ *τὸ λοιπὸν* et *αὐτῷ* om. ς ‖ 16 *ἀμελῶς L*[2] ‖ *προσήκοντος L*[1] ‖ 21 *τοῖς*] *τὴν L*[1] ‖ *χρήσεται LB*] *χρήσηται M* ‖ *εἴτε LB*ς] *εἴ τι M* ‖ 23 *παραβαίνοντι L*[1] ‖ 24 •*ἡμεῖς L* ‖ *ἡμεῖς — νόμον* om. *B* ‖ *νόμον*] leges ς ‖ 25 **οὐδὲ — οὐδὲ* libri ‖ 26 *τῶν παρόντων L* ‖ 31 *ἐνδεῖν MB*] *ἐνδιδόναι L* ‖ 34 sq. **μηδὲ — μηδὲ — μηδὲ — μηδὲ* libri ‖ *οἱ* om. *B*[c] ‖ 36 *ἢ καὶ*] et ς ‖ 39 *παρατηρεῖν δὲ τοὺς ἐκεῖσε L*[1] *μὴ παραχωρεῖν δὲ τοῖς ἐκεῖσε L*[2] ‖ 14 *ζημιοῦν*] aut laedere ς

1 autem *om. V* ‖ 2 sit *T*] aut *V* fiat *Beck* ‖ prius *Beck*] primus *libri* ‖ 3 seperque *V* ‖ 5 ut labiles *V* ‖ fiat amministratio fiat *V* ‖ 6 aliqui *V* ‖ 7 insinuat *V*[a] ‖ 8 opiens *V* ‖ 9 remittemus *vulg.* ‖ 11 adeptis *V*[2]*T* ademptis *V*[1] ‖ ad *om. V* ‖ 13 si inueniremus *T* sibi uenerimus *V* ‖ 14 utenti *V* ‖ auxiliabimus *V* auxiliabitur *T* ‖ 15 castigauimus *V* ‖ et sicut] sed sicut *libri* ‖ 16 legis *Val.* ‖ cinguli *T*] uinculi *Val.* ‖ 18 administrationis] administrationibus *libri* ‖ 19 puris] prius *V* ‖ 22 *leg.* secundum legem? ‖ 28 providere] et prouidere *V* ‖ 30 equitates ubi seruantem *V* ‖ 35 itenerum *V*[a] ‖ 37 praeparare *T* ‖ 39 uenientes] uenicntes autem *V* uenientibus *T*

δὴ τὰς συνειθισμένας ἐπιφερομένους προστάξεις, αἵπερ πρώην ἐκ τῶν σῶν προῄεσαν θρόνων πορθοῦσαι τοὺς ἐν μετριότητι ζῶντας καὶ ἐπιτάττουσαι ποτὲ μὲν τειχῶν ἐπισκευάς, ποτὲ δὲ ὁδῶν ἐπιμελείας, ποτὲ δὲ εἰκόνων τε καὶ γεφυρῶν καὶ λιμένων καὶ ὁλκῶν δημοσίων ἀνανεώσεις, καὶ τόπων δῆθεν δημοσίων ἀφαιρέσεις καὶ οἰκημάτων ὡς οὐκ ἐν δέοντι κτισθέντων καταστροφάς, καὶ ἕτερα τούτων ἔτι προχειρότερα πρὸς συκοφαντίαν. ἀλλ᾽ αὐτὸς μὲν τούτου ποιήσεται πρόνοιαν πράττων ἅπαντα ζημίας χωρίς. εἰ δὲ συνίδωμεν ἡμεῖς καὶ μείζονος ἐποψίας δεῖσθαι τὸ πρᾶγμα, θείῳ πραγματικῷ χρησόμεθα τύπῳ, ὃν δὴ καὶ πρὸς τὴν σὴν ἀρχήν, εἰ συνίδοιμεν, καταπέμψομεν, κατ᾽ αὐτόν τε καὶ ἑτέρῳ τινὶ ταύτην ποιήσασθαι τὴν ζήτησιν. Οὕτως ἀναπνεύσει ποτὲ τὸ ὑπήκοον, οὕτως ἀνθήσουσιν αὖθις αἱ πόλεις καὶ αὔξησις τοῖς οἰκοῦσι ταύτας ὡς πλείστη γενήσεται, καὶ οὐ τὰς πατρίδας ἀποφεύξονται καθάπερ τι τῶν φοβερωτάτων διὰ τὴν τῶν ἀρχόντων κακίαν οἰκεῖν ἐν τοῖς ἑαυτῶν εὐλαβούμενοι.

sueta circumferre praecepta, quae pridem ex tuis procedebant sedibus vastantia sub mediocritate viventes et praecipientia aliquando quidem murorum instructiones, aliquando autem itinerum diligentias, aliquando vero imaginum pontiumque et portuum et formarum et thermarum renovationes et locorum quasi publicorum ablationes, aedificiorum quoque tamquam non opportuno loco fabricatorum subversiones, et alia horum adhuc peiora ad calumniam. Sed ipse quidem huius faciet providentiam agens universa sine damno. Si vero perspexerimus nos maiori etiam inspectione egere causam, sacra pragmatica utimur forma, quam videlicet etiam ad tuum culmen, si perspexerimus, dirigemus, secundum quam praecipiemus etiam alio cuipiam hanc facere inquisitionem. Sic respirabunt aliquando subiecti, sic florebunt denuo civitates augmentumque habitantibus eas plurimum fiet, et non patrias deserunt velut aliquid terribilium propter iudicum nequitiam habitare in propriis formidantes.

CAPUT V.

Δεῖ τοίνυν τὴν σὴν ὑπεροχὴν εἰδέναι τὴν ἀρχὴν ταύτην μίαν τὸ λοιπόν, ἀλλ᾽ οὐ διπλῆν καθεστῶσαν· ὥστε ἅπαντα ὁπόσα τὸ δημόσιον ἐδίδου πρότερον ἑκατέρᾳ τῶν ἀρχῶν, ταῦτα κατὰ τὴν ὑποτεταγμένην ἀπογραφὴν τῷδε τῷ θείῳ ἡμῶν νόμῳ δώσεις αὐτῷ καὶ τοῖς ἀμφ᾽ αὐτὸν καὶ τῇ γε αὐτοῦ τάξει, καθὰ
1 *καὶ μέχρι νῦν ἐδίδοτο. Καὶ ἡ τῶν δημοσίων εἴσπραξις αὐτῷ τε ἐπικείσεται καὶ τοῖς πειθομένοις αὐτῷ πραιτωριανοῖς ταξεώταις, τὰ παράσημά τε ἑκατέρας ἀρχῆς ἕξει, καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα στρατιωτικός ἐστιν, ἀλλ᾽ οὖν ἐπί τε ἀπήνης ἀργυρᾶς καθεδεῖται, καὶ ἡγήσεται πέλεκυς αὐτοῦ (ὑπατικῆς γὰρ δὴ καὶ τοῦτο σύμβολον ἀρχῆς), ῥάβδοι τε ὁμοίως αὐτοῦ προπομπεύσουσι, θεραπεύσει τε αὐτὸν καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν τὸ κατὰ τὴν χώραν ἱδρυμένον· ᾧ μελήσει καὶ τὸ ληστρικὸν ἐκκόπτειν καὶ τοῖς ἀδικουμένοις βοηθεῖν καὶ σώφρονας τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους πρὸς ἀλλήλους*
2 *ἀποτελεῖν. Ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς κωμήταις συγχωρήσει πρὸς τοὺς δημοσίους ἀνανεύειν φόρους. Ἐν δὲ ταῖς περιβλέπτοις ἀρχαῖς καὶ αὕτη τετάξεται, καὶ εἰ τυχὸν*

Oportet autem tuam celsitudinem scire cingulum hoc unum de cetero et non duplex esse, ideoque quae fiscus dabat prius utrique administrationi, haec secundum subiectam descriptionem huic sacrae nostrae legi dabis ei et qui circa eum sunt et eius officio, sicut hactenus dabatur.
1 Fiscaliumque exactio et ipsi imminebit et oboedientibus ei praetorianis officialibus; et insignia utriusque habebit cinguli, et quamvis iam militaris sit, attamen et in argenteo vehiculo portabitur praecedetque proxima (consularis namque est etiam hoc signum administrationis) fascesque similiter eum praecedent, procurabitque etiam militaris manus universa in provincia collocata, cui curae erit et latrocinia abscidere et laesis ferre solacium et temperatos nostros subiectos inter alterutros facere.
2 Sed neque vicaneis permittat adversus publica resultare tributa. Inter spectabiles administrationes autem haec quoque deputabitur, licet forsitan susci-

molestiave afficiendi, neu iam solitas illas iussiones afferant, quae olim ex sedibus tuis procedebant perditurae eos qui in mediocri condicione vivebant, cum modo muros refici modo vias curari, modo imagines et pontes et portus et aquae ductus publicos renovari iuberent, et loca tamquam publica auferri et domos quasi non suo loco conditas destrui atque alia his etiam ad calumniam procliviora. Sed ipse huic rei operam dabit atque omnia sine damno peraget. Quodsi vel graviore inspectione res egere nobis videbitur, sacra pragmatica forma utemur, quam quidem ad tuam quoque praefecturam, si placuerit, mittemus, et secundum eam etiam alteri ut hanc quaestionem faciat ⟨praecipiemus⟩. Sic respirabunt aliquando subditi, sic florebunt rursus civitates et incrementum incolae earum quam maximum capient, nec iam patrias tamquam rem maxime metuendam fugient, cum propter magistratuum malitiam in suis habitare vereantur.
V. *Oportet igitur tuam sublimitatem scire hunc magistratum unum in posterum ac non duplicem futurum esse: unde omnia, quaecumque fiscus antea utrique magistratui dabat, ea secundum subiectam huic sacrae legi nostrae descriptionem ipsi iisque qui circa eum sunt eiusque officio dabis, quemad-*
1 *modum etiam usque adhuc dabantur. Tributorum quoque exactio et ad ipsum et ad praetorianos qui ei oboediunt officiales pertinebit; habebitque utriusque magistratus insignia, et quamvis potissimum militaris sit, at certe curru argenteo vehetur et securis eum praecedet (consularis enim potestatis etiam hoc signum est) pariterque fasces ei sollemniter praeferentur, atque inserviet ei universa manus militaris quae in provincia collocata est: cui quidem curae erit ut latrocinia excidat et iniuriam passis opem ferat*
2 *et subditos nostros quietos inter se reddat. Neque vero vicanos patietur publica tributa recusare. Inter spectabiles autem agistratus ipse quoque referetur, etsi forte qui eum suscipit dignitatis sit maioris.*

5 *ὁλκῶν δημοσίων*] formarum et thermarum *ς* ‖ 7 *κτισθέντων L* ‖ 8 *προχειρότατα B* ‖ 9 *τούτου MBς*] *τοῦτο L*[1] *τούτων L*[2] ‖ 10 *συνίδωμεν*] *συνείδωμεν* (*συνήδωμεν L*[1]) *LB* (*cf. ς*) *συνείδομεν M*; *scr. συνίδοιμεν? cf. XXVI* 4, 1 ‖ 13 *συνίδοιμεν LB*] *συνείδοιμεν M* ‖ *κατ᾽ αὐτόν τε ML κατὰ ταὐτόν τε B*, *κελεύοντα lectione ς* secundum quam praecipiemus *commendari iniuria putat Zachariae. Videtur excidisse ἔσται vel προστάξομεν* ‖ 16 *καὶ om. L* ‖ *αὔξησιν L*[1] ‖ 21 *τοίνυν*] autem *ς* ‖ 23 *ἅπαντα ὁπόσα*] quae *ς* ‖ 25 *ὑπογραφὴν B* ‖ 26 *ἀφ᾽ αὐτὸν M* ‖ 28 *sq. ἐπικείσεται — παράσημά τε om. M* ‖ 30 *καὶ εἰ καὶ L*] *καὶ εἰ MB* ‖ 31 *ἀπήνης*] *s. v. καθέδρας M* ‖ 32 *αὐτοῦ om. ς* ‖ *τοῦτο B*] *τοῦτο τὸ ML* ‖ *σύμβουλον L* ‖ 33 *ῥάνδοι L*[1] ‖ *προπομπεύουσι M* ‖ 38 *κομίταις L*[1] ‖ 40 *αὕτη*] *αὐτὶ L*[1]

1 pridem *T*] quidem *V* ‖ 5 portum *V* ‖ 6 et thermarum (theymarum *V*) *secludenda videntur* ‖ reuocationes *V* ‖ 7 ablationes *Beck*] habitationes *VT* ‖ quoque *T*] *om. V al.* ‖ 9 peiora] *leg.* proniora? ‖ 10 huius faciet *T*] faciat huius *V* ‖ 11 prospexerimus *libri* ‖ etiam maiori *T* ‖ 12 pramatica *V* ‖ 13 utemur *vulg.* ‖ 15 alii *vulg.* ‖ 18 deserent *vulg.* ‖ 23 utique *V* ‖ 27 ipsi *T*] ipsa *V* ‖ imminebat *V* imminebant *T* ‖ 28 eis *T* ‖ 31 consolaris *V* ‖ etiam *in ras. V* ‖ 33 *procurabitque] placuitque (placuit *T*) *libri*, placabitque *Studemund*, parebitque ei *Beck* ‖ universa *om. V* ‖ 34 prouintiam *V* ‖ collocata *Beck*] collata *libri* ‖ 39 amministrationes autem (aū *V*) *V Neob.*] autem administrationes *T* ‖ 40 deportabitur *V al.* ‖ suscipient *V*[b]

ὁ παραλαβὼν αὐτὴν ἀξίας εἴη μείζονος. τὸ μὲν γὰρ τῶν ἡγησομένων ἔσται τοιοῦτον ὁποῖον ἂν ἡμεῖς ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐγκρίναιμεν· αὐτὴν δὲ δὴ τὴν ἀρχὴν προσῆκόν ἐστιν ἐν ταῖς περιβλέπτοις ἀριθμεῖσθαι, καθάπερ ἀνθύπατοί τε καὶ ὁ τῆς Ἑῴας κόμης καὶ ὁ Γαλατίας τε καὶ ὁ τῆς Φρυγίας εἰσίν.
8 Ὥστε καὶ ἀκροάσεται δικῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν τὴν αὐτοῦ καὶ χρηματικῶν καὶ ἐγκληματικῶν καὶ τῶν ὑπὲρ ἐλευθερίας, καθάπερ καὶ πάσαις ἔξεστι ταῖς ἀρχαῖς. Καὶ τάς γε ἐφέσεις τὰς κατὰ τῶν ἀποκρίσεων αὐτοῦ γινομένας ἐξετάσουσιν ἐνταυθοῖ κατὰ τὸ πάλαι κεκρατηκὸς ἐπὶ τῶν περιβλέπτων ἀρχόντων οἵ τε ἐνδοξότατοι τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων ἔπαρχοι ὅ τε ἐνδοξότατος κοιαίστωρ (τοῦτο τὸ ἄνωθεν παραδεδομένον), διότι πολιτικώτερα τὰ τῆς ἀρχῆς ἤδη γέγονεν ἀναμιχθέντα τοῖς νόμοις, οὓς δὴ καὶ αὐτῶν τῶν ὅπλων ἄρχειν βουλόμεθα.

piens eam dignitatis sit potioris. Administratores enim erunt tales quales nos opportunos esse ad cingulum iudicaverimus, ipsam autem administrationem competens est inter spectabiles numerari, sicut proconsules et Orientis comes et Galatiae et Phrygiae sunt:
8 ut et audiat causas in provincia sua et pecuniarias et criminales et pro libertate, sicut etiam omnes magistratus. Et appellationes, quae contra sententias eius fiunt, examinabunt hic secundum antiquam consuetudinem qui super spectabilibus hoc agebant, gloriosissimi sacrorum nostrorum praetoriorum praefecti et gloriosissimus quaestor (hoc quod olim est traditum), eo quod civiliora administrationis huius iam facta sunt, permixta legibus, quas videlicet etiam ipsis armis praeesse volumus.

CAPUT VI.

Κατὰ δὲ τὸν ἔναγχος παρ' ἡμῶν τεθέντα νόμον, εἴ τις δίκη πεντακοσίων νομισμάτων οὐχ ὑπερβαίνοι ποσὸν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν τὴν αὐτοῦ, εἶτα ἐφέσιμος παρὰ τοῦ δικάζοντος γένοιτο, ταύτης οὐχ ὁ τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας ἄρχων, καθάπερ πρότερον εἰρήκαμεν, ἀλλ' αὐτὸς ἀκροάσεται, εἴτε ἐκ παραπομπῆς ἡμετέρας εἴτε ἔκ τινος τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ἀρχόντων ἡ δίκη παραδοθείη τινί, μὴ περιβλέπτῳ μέντοι καθεστῶτι, διὰ τοὺς λογισμοὺς οὓς δὴ τῇ περὶ τῶν ἐκκλήτων ἔναγχος τεθείσῃ προσεγράψαμεν διατάξει. καὶ ἔσται καὶ κατὰ τοῦτο σεμνός, ὅτι καὶ θεῖον ἀκροατήριον ἕξει καὶ ἐπιθήσει τῇ δίκῃ πέρας οὐκ ἔτι κατὰ τὸ παλαιὸν ἐνταυθοῖ στελλομένῃ, ὅπως ἂν μὴ διὰ μικρὰς προφάσεις ζημιῶν μεγάλων τὸ πρᾶγμα τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις ἀφορμὰς παρέχοιτο. Ταῦτα δὲ καὶ ἡμεῖς αὐτῷ ποιήσομεν φανερά. διεσπούδασται γὰρ τῷ ἡμετέρῳ κράτει μὴ μόνον αὐτοῖς παρέχειν τὰ σύμβολα τῶν ἀρχόντων ἐκ τῶν καλουμένων κωδικίλλων, ὁποῖα τοῖς σπεκταβιλίοις ἄρχουσιν ἐπιδίδοται, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν βασιλικῶν παραγγελμάτων, ἅπερ μανδάτα πρινκίπις οἱ πρώην ἐκάλουν βασιλεῖς τε καὶ νομοθέται, ἅπερ γράψαντες ἡμεῖς ἀποτεθῆναι κατὰ τὸ θεῖον ἡμῶν λατέρκουλον παρεκαλευσάμεθα, ὅπως ἂν ἐκεῖθεν ἀεὶ διδοῖντο ταῖς ἀρχαῖς ἅμα τοῖς κωδικίλλοις, καὶ οἱ μὲν αὐτοῖς διδοῖεν τὴν ἀρχήν, τὰ δὲ

Secundum nuper autem a nobis positam legem, si qua causa quingentorum solidorum non transcenderit quantitatem in provincia eius, deinde sub appellatione apud iudicantem fiat, hanc non Pacatianae Phrygiae iudex, sicuti prius, sed ipse audiet, sive ex delegatione nostra sive ex aliquorum gloriosissimorum iudicum causa tradita sit alicui non spectabili consistenti, propter rationes quas de appellationibus nuper positae conscripsimus constitutioni. Et erit etiam secundum hoc honoratus quod et sacrum auditorium habebit et imponit iudicio finem non secundum antiquitatem hic dirigendo, ne propter exiguas querelas damnorum maximorum haec res nostris subiectis occasionem praestet. Haec autem et nos ei faciemus manifesta. Studium namque nostrae potentiae est non solum eis praebere signa magistratuum ex appellatis codicillis, qui spectabilibus iudicibus tribuuntur, sed etiam ex imperialibus praeceptis, quae mandata principis dudum vocabant imperatores atque legislatores, quae scribentes nos recondi in sacrum nostrum laterculum iussimus, quatenus inde semper dentur administratoribus una cum codicillis, et codicilli quidem eis praebeant cingulum,

Nam qui provincias administraturi sunt, tales erunt quales nos idoneos esse magistratui iudicaverimus: ipsum vero magistratum inter spectabiles numerari par est, quales sunt proconsules et comites Orientis et 8 *Galatiae et Phrygiae. Itaque etiam causas audiet in provincia sua et pecuniarias et criminales et quae de libertate sunt, quemadmodum omnibus licet magistratibus. Atque appellationes quae contra responsa eius interponentur, secundum morem qui olim in spectabilibus magistratibus obtinuit, hic examinabunt et gloriosissimi sacro nostro praetorio praefecti et gloriosissimus quaestor (id quod olim traditum est), quoniam iam rationi civili magis accommodatus est magistratus legibus temperatus, quas quidem etiam ipsis armis imperare volumus.*

VI. *Secundum legem autem nuper a nobis latam, si quae causa in provincia eius summam quingentorum solidorum non excedat, porro a iudice appelletur, hanc non qui Pacatianae Phrygiae praeest, sicut prius diximus, sed ipse audiet, sive cui ex nostra sive ex gloriosissimorum nostrorum magistratuum alicuius delegatione causa commissa sit, modo ne spectabilis sit, propter rationes quas nuper in constitutione de appellationibus lata perscripsimus. Eritque ea quoque re illustris, quod et sacrum auditorium habiturus et finem impositurus est liti non amplius ut olim huc mittendae, ne res ob exiguas causas damnorum magnorum copiam subditis nostris praebeat. Haec autem nos quoque ei manifesta faciemus. Curae enim fuit potentiae nostrae non solum magistratuum insignia ex codicillis qui dicuntur iis praebere, qualia spectabilibus magistratibus tribuuntur, sed etiam ex imperialibus iussionibus, quae mandata principis veteres imperatores et legislatores vocarunt, quae nos perscripta in sacro nostro laterculo reponi iussimus, ut inde semper una cum codicillis magistratibus dentur, atque hi quidem magistratum*

2 ἐστὶ *B* | 3 ἐκκρίναιμεν *B* | αὐτῇ *L*[1] αὐτοί? *L*[2] | 4 δὴ] διὰ *L* | 5 ἕω *B* | 9 ἔξεστι *om.* ς | 11 ἐξετάζουσιν *L* | 13 τῶν] ὁ τῶν *L* | *ὕπαρχοι *libri* | 15 τῆς ἀρχῆς] administrationis huius ς | 16 ἀναμιχθέντι *L*[1] | 18 νόμον] *non extat; cf. p.* 194, 4 | 19 ἤ τις *B* | ὑπερβαίνει *LB* | 21 καπατιανῆς *L* | 22 καθάπερ *M*] καθὰ *LB* | πρότερον εἰρήκαμεν *ML*] προειρήκαμεν *B*, εἰρήκαμεν *om.* ς. *cf. nov. VIII* c. 2 | 24 ἡμῶν *om.* ς | 26 δὴ *om.* *B* | 27 διατάξει] *cf. ad v.* 18 | 28 καὶ θεῖον] καὶ *om.* *L* | 32 παρέχοι *malit Zachariae* | 36 πενταβιλίοις *ML* περιβλέπτοις *B* | 37 μανδάτα πριγκίποις *M* ἀποκρίσεις ἀρχοντικὰς *LB* | 40 λατέρκουλον] οἰκιανὸν *B* | παρεκαλεσάμεθα *L*[1] | 42 αὐτοῖς] αὐτὴν *L*

1 administratoris *V*] administrationis *T* | administratoris enim erit talis *libri* | 3 inde cauerimus *V* | 5 et Galatiae] ex galatie *V al.* | frigie *libri* | 7 pecunias *V al.* | 9 magistratos *V* | 12 praeteritoriorum *V* | 13 quaestorum *V* | 21 pacatione (paccatione *T*) frigie *libri* | 24 *causa tradita] contradita *V* et tradita *T* | 27 hoc *T*] hoc quod *V* | quod] quo *V al.* | 28 imponet *vulg.* | 29 hic] hinc *VT*, huc *vulg.* | 36 vocabant *om.* *V al.* | 37 scribentes *vulg.*] scribendi *libri*

τὸν ἐκείνης ῥυθμίζοι τρόπον. Ἐκ δὲ δὴ τῆς ὑποκειμένης ἀπογραφῆς τῷδε τῷ θείῳ ἡμῶν νόμῳ δῆλον ἔσται, τί μὲν προσῆκόν ἐστιν αὐτὸν γινόμενον προφάσει τῶν τῆς ἀρχῆς παρέχειν συμβόλων, τί δὲ αὐτῷ τε καὶ παρέδρῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν χορηγεῖσθαι. Εἰ δὲ καί τινας ἄρχοντας τῶν πλησίον αὐτῶν ἐπαρχιῶν ἀμελοῦντας εὕροις περὶ τὸ δημόσιον, οὐχ ἕτερον ἐκπέμψεις, ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς σπεκταβιλίοις ἄρχουσιν ἐνοχλήσεις, ὥστε αὐτοὺς ἐπιτεθῆναι τοῖς ἐκ γειτόνων ἄρχουσιν, εἰ ῥᾳθυμοῖεν, καὶ παρασκευάζειν ταῦτα πᾶσιν εἰσκομίζειν τρόποις.

mandata vero eius ornent modum. Ex subiecta vero descriptione huic sacrae nostrae legi palam erit, quid quidem competat eum ordinatum occasione codicillorum administrationis praebere, quid autem ei et assessori et qui circa eum sunt ministrari. Si autem etiam aliquos iudices iuxta eas provincias neglegentes inveneris circa fiscalia, non alium destinabis, sed ipsis spectabilibus iudicibus delegabis, ut ipsi immineant vicinis iudicibus, si neglexerint, et procurent haec omnibus inferre modis.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὸν τοίνυν παρόντα νόμον ἡμεῖς μὲν ἀποτεθῆναι τῷ τῶν θείων ἡμῶν διατάξεων παρεσκευάσαμεν βιβλίῳ, αὐτὸς δὲ δεξάμενος κατ' αὐτὸν ἅπαντα πρᾶξον ἀθάνατον ἀεὶ παρέξοντα τῆς ἡμετέρας εὐεργεσίας τὴν μνήμην.

Dat. xv. k. Iun. CP. Belisario v. c. cons.

⟨Epilogus.⟩ Praesentem igitur legem nos quidem recondi sacrarum nostrarum constitutionum procuravimus codici, ipse vero suscipiens secundum eam universa ages inmortalem semper praebituram beneficii nostri memoriam.

[a. 535] Dat. xv. k. Iun. CP. Belisario v. c. cons.

Δεῖ παρέχεσθαι τῷ πραίτωρι Λυκαονίας οὕτως·
αὐτῷ μὲν ὑπὲρ ἀννόνων καὶ καπιτατιόνων καὶ λοιπῆς παραψυχῆς sol. CCC
τῷ αὐτοῦ παρέδρῳ sol. LXXII
τῇ αὐτοῦ τάξει auri lib. II.
Δεῖ δὲ αὐτὸν παρέχειν προφάσει συμβόλων οὕτως·
τοῖς περιβλέπτοις χαρτουλαρίοις τρισὶ τοῦ θείου κουβουκλείου sol. VIIII
τῷ πριμικηρίῳ τῶν λαμπροτάτων τριβούνων νοταρίων καὶ τοῖς λατερκουλισίοις sol. XXIV
τῷ βοηθῷ αὐτοῦ sol. III
τῇ τάξει τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ἐπάρχων ὑπὲρ προσταγμάτων καὶ πάσης ἑτέρας αἰτίας sol. XL.

Oportet praeberi praetori Lycaoniae ita:
ipsi quidem pro annonis et capitibus ⟨et⟩ reliquo solacio solidos numero octingentos
eius assessori solidos numero septuaginta duo
eius officio auri libras quinque.
Oportet autem eum praebere occasione codicillorum ita:
spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi solidos novem
primicerio clarissimorum tribunorum notariorum et laterculensibus solidos numero viginti quattuor
eius adiutori solidos numero tres
officio gloriosissimorum praefectorum pro praeceptis et omni alia causa solidos numero quadraginta.

---

iis conferant, illa vero administrandi magistratus rationem moderentur. Ex descriptione vero sacrae huic legi nostrae subiecta manifestum erit, quid quidem eum qui magistratus fiat pro potestatis insignibus praestare, quid autem et ipsi et assessori et qui circa eum sunt subministrari par sit. Si quos vero praesides provinciarum ipsis vicinarum in fiscalibus neglegenter versari invenias, non alium delegabis, sed ipsis spectabilibus magistratibus negotium exhibebis, ut ipsi instent vicinis praesidibus, si socordes sint, atque efficiant ut fiscalia omnibus modis inferant.

Epilogus. Praesentem igitur legem nos quidem in sacrarum nostrarum constitutionum libro recondendam curavimus, ipse vero ea accepta omnia secundum eam peragas, quae immortalem semper nostri beneficii memoriam praestitura sit.

Oportet praeberi praetori Lycaoniae ita: ipsi quidem pro annonis et capitationibus et reliquo solacio sol. CCC, assessori eius sol. LXXII, officio eius auri lib. II. Oportet autem eum praebere insignium nomine ita: spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi sol. VIIII, primicerio clarissimorum tribunorum notariorum et laterculensibus sol. XXIV, adiutori eius sol. III, officio gloriosissimorum nostrorum praefectorum pro iussionibus et omni reliqua causa sol. XL.

---

1 ῥυθμίζει *L* ‖ 2 τῶδε ἡμῶν τῷ θείῳ νόμῳ *L* ‖ 2 *sq.* δῆλόν ἐστιν τί μέν ἐστιν αὐτῶν διδόμενον προφάσει *B* ‖ 4 συμβούλων *L*[1] ‖ 6 πλησίων *L* ‖ 7 εὕρῃς *L*[2] ‖ *leg.* περὶ τὰ δημόσια? (*cf.* ϛ) ‖ 8 αὐτοὺς τοὺς πενταβιλίους (περιβλέπτους *B*) ἄρχοντας *LB* (*ita etiam M XXVII epil.*) ‖ ἐνοχλήσεις] delegabis ϛ ‖ 13 παρεσκευάσομεν *L*[1] παρασκευάσομεν *B* ‖ 15 πρᾶξον *M*] πράξιον *L*[1] πράξων *B*[a] πράξεις *L*[2] (*cf. ad* ϛ) ‖ 17 dat.] dis. *M* ‖ xv. k. Iun. *M*ϛ] πρὸ ιε' καλάνδων … *Ath.*, μηνὶ Ἰουνίῳ *Theod.* ‖ bilisario *M* ‖ *subscr.* dat. cons. uilisarii *Iul.*[bc] *al.* dat p̄c. uilisarii *Iul.*[p] ‖ 19 ἀνόνων *B* ἀνόνας *Theod.* ‖ καπιτατιόνων *M*] καπίτων *L*ϛ κεφαλητιώνων *B* ‖ λοιπῶν *L* ‖ 20 sold. CCC *M* νομίσματα τ' (τριακόσια *B*) *LB Theod.* (solidos numero octingentos ϛ) ‖ 21 sol. LXXLL *M* νομίσματα οβ' *M s. v., L Theod.* νομίσματα ἑβδομήκοντα *B* ‖ 22 auri lib. II] uri lib. U *M* (auri libros quinque ϛ) χρυσοῦ λίτρας β' (δύο *B*) *M s. v., LB* νομίσματα ρκδ' (ρμδ' *corr. Zachariae*) *Theod.* ‖ 23 *sq.* οὕτως· τοῖς] οὕτοις (*sic*) *L* ‖ 25 χαρτουλλαρίοις *M* ‖ 26 solidos novem ϛ, νομίσματα θ' *Theod.*] sol. UIII *M* νομίσματα *H* (ὀκτὼ *B*) *M. s. v., LB* ‖ 28 τοῖς λατερκουλισίοις *M* τοῖς λάτερ κουσίοις *L* τοῖς λατερκούλοις *Theod.* τοῖς οἰκειακοῖς *M s. v., B* ‖ sol. XXIU *M*] νομίσματα κδ' *LB Theod.* νομ. κα' *M s. v.* ‖ 29 τῷ βοηθῷ αὐτοῖ *MB Theod.*] τῷ αὐτῷ βοηθῷ *L* ‖ sol. LLL *M* νομίσματα γ' (τρία *B*) *M. s. v., LB Theod.* ‖ 30 ἡμῶν *M*] *om. LB*ϛ ‖ ἐπάρχων *Theod.*] ὑπάρχων *MLB* ‖ 31 sol. XL *M* (ϛ)] νομίσματα ξ' *M s. v., LB Theod.*

---

3 quid quidem *V*] quidquid *T vulg.* ‖ 13 recondi *Osenbrüggen*] secundi *libri* ‖ sacrum *V* ‖ 15 ea *V* ‖ ages *V*] age *T sec. Heimbach.* ‖ 17 iunii cap. *VT* ‖ bilisiario *V* ‖ consule *V*, *om. T* ‖ 19 anonis *V* ‖ et *add. vulg.* ‖ 23 occasionem *V* ‖ 25 cartolariis *V* ‖ 31 omnia *V*

κς
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΑΙΤΩΡΟΣ ΘΡΑΙΚΗΣ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω πραιτωρίων τὸ β΄, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Ἐκεῖνο τῶν ἀνωμολογημένων ἐστὶν ὅτιπερ, εἴ τις τὴν Θρᾳκῶν ὀνομάσειε χώραν, εὐθὺς συνεισέρχεται τῷ λόγῳ καί τις ἀνδρείας καὶ στρατιωτικοῦ πλήθους καὶ πολέμων καὶ μάχης ἔννοια· ταῦτα γὰρ ἐγγενῆ τε καὶ πάτρια τῇ χώρᾳ καθέστηκεν ἐκείνῃ. ὥστε ἡμῖν ⟨καὶ⟩ πρότερον γέγονεν ἔννοια καὶ τὰ περὶ ἐκείνων καταστήσασθαι τῶν τόπων, καὶ νῦν ἐπὶ τοῖς βεβουλευμένοις ἤδη τὸν παρόντα τίθεμεν νόμον. ἐπὶ γὰρ τοῦ Μακροῦ Τείχους δύο τινὰς καθῆσθαι καὶ βικαρίους ὀνομάζεσθαι σύνισμεν ἅπαντες, τὸν μὲν στρατιωτικῶν ἡγούμενον τάξεων (πολλαὶ δὲ αἱ κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον δυνάμεις), τὸν δὲ τοῖς πολιτικοῖς πράγμασιν ἐφεστῶτα· ἄμφω δὲ οὗτοι πληροῦσιν ὁ μὲν τὴν τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων ἐκεῖσε τάξιν, ὁ δὲ τὴν τῶν ἀνδρειοτάτων στρατηγῶν, ὁμονοοῦσι δὲ οὐδέποτε πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ τὸ μὲν δημόσιον ἑκάστῳ καὶ σιτήσεις χορηγεῖ καὶ τὴν ἄλλην δίδωσι παραψυχήν, οἱ δὲ μίαν ἔχουσι διηνεκῆ τε καὶ ἀτελεύτητον πρᾶξιν τὸ φιλονεικεῖν πρὸς ἀλλήλους ἀθάνατα.

Ἔδοξε τοίνυν ἡμῖν ἔχειν ὀρθῶς τοῦτο ὅπερ καὶ ἐν ἑτέροις πεποιήκαμεν ἔθνεσι καίτοιγε οὐχ οὕτω μαχίμοις οὐδὲ στρατιωτικῆς φρουρᾶς δεομένοις, τοῦτο κἀνταῦθα πρᾶξαι καὶ τούτων δὴ τῶν ἀρχῶν ἑκατέραν εἰς ταὐτὸ συνελκῦσαι, ὥστε μὴ τὸν μὲν ἐπὶ τῶν πολιτικῶν εἶναι πραγμάτων, τὸν δὲ στρατιωτῶν καὶ μόνων ἐξάρχειν, ἀλλὰ μίαν ἀρχὴν ἐγκαταστῆσαι τῷ τόπῳ σεμνήν τινα καὶ αἰδοῦς ἀξίαν, ἥπερ ὁμοίως τῶν πολιτικῶν ἐκεῖσε πραγμάτων ἐπιμελήσεται τῆς τε τῶν στρατιωτῶν εὐκοσμίας φροντιεῖ. ὁ μὲν γὰρ τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενος ἐν ἑτέροις τισίν ἐστι τόποις,

XXVI.
DE PRAETORE THRACIAE.

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp. secundo.

⟨Praefatio.⟩ Illud indubitatum est quia, si quis Thracum nominaverit regionem, mox simul aggreditur menti et quaedam fortitudo et militaris multitudinis atque bellorum pugnaeque cogitatio: haec enim in genere et patria illius provinciae sunt. Ideoque nobis primitus cogitatio facta est etiam quae in illis sunt locis statuere, et nunc super his quae iam cogitavimus praesentem ponimus legem. In Longo enim Muro duos quosdam sedere vicarios et nominari novimus universi, alium quidem militarium praesedentem ordinum plurimorumque in illo loco exercituum, alium vero civilibus superesse causis: ambo autem isti complent alius quidem gloriosissimorum praefectorum illic officium, alius autem fortissimorum magistrorum militum, concordant autem numquam adinvicem, sed fiscus quidem singulis et annonas ministrat et aliud impendit solacium, illi autem unam habent perpetuam et infinitam actionem litigandi inter alterutros inmortaliter.

CAPUT I.

Placuit igitur nobis habere recte hoc, quod etiam in aliis fecimus nationibus licet non ita bellicis nec militari munitione indigentibus, hoc et hic agere, et harum quoque administrationum utramque in idem contrahere, non alterum quidem in civilibus, alterum vero in militaribus esse negotiis et solis praesedere, sed unam administrationem instituere loco honestam quandam et reverentia dignam, quae similiter civilium ibi causarum curam habebit et pro militantium disciplina cogitabit. Provinciae namque iudex in aliis quibusdam locis positus vix illis sufficiet,

Nov. XXVI Graece extat in ML, inde a cap. 2 in B 6, 10. — Epit. Theod. 26, Athan. 4, 8. Iulian. const. XIX.

XXVI.
DE PRAETORE THRACIAE.

Imp. Iustinianus Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Illud in confesso est, Thracum regionem si quis nominet, statim una subire mentem etiam quandam fortitudinis et militarium copiarum et bellorum atque pugnae cogitationem; haec enim ingenita et patria terrae illi sunt. Itaque nobis et olim consilium erat illorum quoque locorum res constituendi, et nunc de iis quae animo iam agitavimus hanc ponimus legem. Namque ad Longum Murum duos viros sedere et vicarios nominari scimus omnes, alterum militaribus cohortibus imperantem (multae enim in illo loco copiae sunt), alterum civilibus negotiis praefectum: uterque autem vices sustinet alter gloriosissimorum praefectorum, alter fortissimorum magistrorum militum; neque vero umquam inter se consentiunt, sed fiscus utrique et annonas subministrat et reliquum praebet solacium, ipsi vero unum hoc perpetuum et infinitum negotium habent, ut contentionem inter se exerceant immortalem.

1. Placuit igitur nobis satius esse quod in aliis quoque gentibus fecimus, licet non aeque bellicosis nec militari custodia indigentibus, idem etiam hic facere, et utrumque hunc magistratum in unum contrahere, ut non alter civilibus praesit negotiis, alter militibus vel solis imperet, sed unum aliquem magistratum in eo loco constituere gravem et reverentia dignum, qui pariter illic civiles res atque militarem disciplinam curet. Nam is quidem qui provinciae praeest in aliis versatur locis illisque aegre sufficit;

---

5 *ὑπάρχω L² | ἰδέας L | 6 πατρικίων M^a | 8 τὴν] τῶν L | 9 *ἀνδρείας (idem Zachariae in add.)] ἀνδρεία libri | 11 ἐν γεννέ L¹ ἐγγεννητά L²* in genere (*i. e. ἐν γένει*) *ς | 12 καὶ inserui | 14 τιθέμεθα L | 17 στρατιωτικὸν M^a L¹ | 20 *ὑπάρχων ML | 21 ὁ δὲ] οὐδὲ L¹ | 23 γορηγεῖ M χωρηγεῖ τὲ L | 24 οἱ δὲ] οὐδὲ L¹ | 27 οὕτω] ὅτι L | 31 στρατιωτικῶν Hal. | 32 ἀλλὰ μίαν ἀρχὴν om. L (ἀρχὴν post ἀξίαν 33 add. L²)*

1 *rubr.* KS R̸ xxvi De praetore taralie R̸ *V* | 11 in genere] ingenita *vulg.* | patia *V* | illi *T* | 15 duos *om. V* | vicarios et] *leg.* et vicarios? | 16 universi alium] uniuersalium *libri* | praesidentem *vulg.* | 17 ordinem *libri* | exercituum *T*] exercitum *Val.* | 19 alios *V* | 21 magistro militum *libri* | 23 impendi *V* | 27 *bellis *libri* | 28 militare munitionem *Val.* | 29 utraque *V* | 30 non *T, om. Val.*, nec *vulg.* | 31 militalibus *V* | *negotiis et solis] et solis et negotiis *libri* | praesidere *vulg.* | 34 militarium *T* | 35 disciplinam *V* | 36 vix illis *T*] uexillis *Val.*

1 *μόλις ἐκείνοις ἀρκῶν· ἡ δὲ τῶν τειχῶν τούτων φυλακὴ καὶ ἡ περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους διοίκησις καὶ εὐταξία τε καὶ στρατηγία δεῖται τινὸς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ πρὸς ἑκάτερον ἔχοντος ἐπιτηδείως, στρατιώτας τε κοσμεῖν καὶ νόμων ἐξάρχειν. τί ποτε ἂν οὖν ὄνομα τούτῳ πρόσφορον ἐκ τῆς ἀρχαιότητος θείημεν, ἢ ποίαν λαβόντες προσηγορίαν τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι ταύτην ἁρμόσαιμεν; ἢ οὐκ αὐτόθεν ἐστὶ φανερόν, ὡς καὶ οὗτος πραίτωρ ὀνομασθήσεται τὴν τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας προσλαμβάνων ἐπωνυμίαν, καθάπερ ὁ Πισιδίας τε ἡγούμενος καὶ ὁ Λυκαονίας ἐξάρχων ὠνόμασταί τε καὶ γέγονε παρ' ἡμῶν; εἰ γὰρ ὁ πραίτωρ ὁ Ῥωμαίων στρατηγός τε ὁμοῦ καὶ νομοθέτης ταύτην ἐπὶ τῆς οἰκείας ἀρχῆς εἶχε τὴν τάξιν, τῶν ἀνωμολογημένων ἐστὶν ὅτι πρεπωδέστατον ἂν εἴη τὸ τοῦ πραίτωρος ὄνομα τῇ τῆς ἀρχῆς ταύτης προσηγορίᾳ. στρατιωτῶν μὲν γὰρ ἡγήσεται πλήθους, ἰδιώτας δὲ οὐκ ὀλίγους ὑποκειμένους ἕξει, οἷς τὰ ἐκ τῶν ἡμετέρων διαιτήσει νόμων. καὶ δεῖ γε τοῖς τόποις ἀνδρὸς ἀγαθοῦ τά τε πολιτικὰ τά τε πολέμια· καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἀεί τινες ἄνδρες στρατιωτικοὶ τῶν ἐπὶ μεγίστων ἀξιωμάτων ὄντες τῶν τε ἐκεῖσε δυνάμεων ἐξηγοῦντο τοῖς τε ἄλλοις ἅπασιν ἐβοήθουν, εἰ καὶ μὴ στρατιῶταί τινες, ἰδιῶται δὲ ἐτύγχανον ὅμως. αἱ γὰρ ἐπιδρομαὶ τῶν βαρβάρων οὐ μετρίας χρῄζουσι τῆς ἀντιστάσεως. δεῖ δὲ τὰ κατ' αὐτοὺς ἐπιτετράφθαι τῷ μετὰ τῶν νόμων αὐτῶν ἡγεῖσθαι δυναμένῳ, ὡς πολὺ τὸ διαφέρον ὂν τάξεώς τε καὶ ἀταξίας· καὶ ἅπασιν ἐστὶ φανερὸν ὡς τὸ μὲν στρατιωτικόν, εἰ μόνον εἴη καὶ καθ' αὐτό, θρασύτερον ἔσται τοῦ πρέποντος, τὸ δέ γε πολιτικόν, εἰ μὴ τῷ στρατιωτικῷ συναναμίγνυται, καταδεέστερον ἔσται τοῦ μετρίου, τὸ δὲ ἑκατέρωθεν εἰς ταὐτὸ συνελθὸν τοῦτο τελεώτατόν τε καὶ αὔταρκές ἐστι καὶ πρὸς πόλεμόν τε ὁμοῦ καὶ εἰρήνην ἐξαρκοῦν.*

1 murorum vero horum custodia et circa loca illa gubernatio ⟨et⟩ disciplina atque ducatus eget aliquo viro bono et qui ad utrumque opportunus existat, milites ordinare et legibus praeesse. Sed quod nomen huic competens ex antiquitate donemus, aut qualem sumentes appellationem cingulum hoc habentem nominemus? an certe non hoc ipso manifestum est, quia etiam iste praetor nominabitur, nostrae pietatis cognomen accipiens, sicut Pisidiae iudex et Lycaoniae praesul nominatus et factus est a nobis? Si enim praetor Romanorum dux simul et legislator hoc in suo cingulo habebat officium, indubitatum est quia decentissimum erit praetoris nomen huius administrationis appellationi. Militum etenim praeerit multitudini, privatos autem non paucos subiectos habebit, quibus ex nostris legibus iudicabit. Et egent in locis illis viro bono et quae civilia et quae bellica sunt. Nam et priscis temporibus semper aliqui viri militares in maximis dignitatibus constituti et exercitibus praeerant et aliis omnibus praebebant auxilium, licet non milites aliqui, sed tamen privati essent. Incursiones enim barbarorum non mediocri egent rebellione. Oportet autem eis delegari ut cum legibus ipsi praesint exercitui, tamquam multa sit differentia disciplinae et indisciplinationis: et omnibus est apertum quia militaris quidem manus, si sola sit in semet ipsa, asperior est quam decet, civilis autem, nisi cum militaribus misceatur, mediocritate erit inferior, ex utroque vero in idem convenire, hoc perfectissimum et sufficiens est ad bellum simul et pacem.

CAPUT II.

Οὐκοῦν καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς ταύτης συνήφθω, καὶ πραίτωρ οὗτος Ἰουστινιανὸς ἐπὶ Θρᾴκης καλείσθω. σύμβολα δὲ αὐτῷ παρ' ἡμῶν ἔσται κωδικίλλοι τε φοιτῶντες ἐντεῦθεν κατὰ τὸ τῶν λοιπῶν σπεκταβιλίων

Ergo et haec administratio coniungatur, et praetor iste Iustinianus in Thracia vocetur, honor autem ei a nobis erit codicilli procedentes hinc secundum reliquorum spectabilium iudicum figuram et quae-

1 *horum vero murorum custodia et illorum locorum administratio et disciplina et militare imperium viro aliquo bono indiget quique ad utrumque idoneus sit tam ad milites instruendos quam ad leges proponendas. Quod igitur nomen huic conveniens ex antiquitate ponamus? aut qualem eligentes appellationem aptam ei qui magistratum hunc gesturus sit, efficiamus? An non per se manifestum est hunc quoque praetorem nominandum esse ascito pietatis nostrae cognomine, quemadmodum Pisidiae praefectus et Lycaoniae rector a nobis et nominatus et factus est? Nam siquidem Romanorum praetor belli dux simul et legislator hunc in suo magistratu locum tenuit, in confesso est praetoris nomen huius magistratus appellationi maxime convenire. Militum enim copiis praeerit, privatos autem non paucos, quibus ex nostris legibus ius reddat, subiectos habebit. Ac profecto illis locis opus est viro tam civilium quam militarium rerum perito: etenim etiam prioribus temporibus semper viri quidam militares ex iis qui in summis dignitatibus erant et copiis militum ibi praeerant et reliquis omnibus praesto erant, licet quidam non milites, sed potius togati essent. Barbarorum enim invasiones non mediocri indigent vi resistendi. Oportet autem quae ad eos pertinent ei committi qui cum legibus imperare illis possit, cum multum intersit inter ordinem et perturbationem: atque inter omnes constat rem militarem, si per se sola sit, audaciorem esse quam decet, rem autem civilem, nisi cum militari simul misceatur, infirmiorem esse quam par est, utramque vero in idem coniunctam et perfectissimam et idoneam esse et ad bellum simul atque pacem sufficientem.*

II. *Itaque haec quoque potestas coniuncta sit, et praetor hic Iustinianus in Thracia vocetur. Insignia vero ei a nobis erunt et codicilli hinc editi secundum speciem ceterorum spectabilium magi-*

1 *μόνων M*] *μόνον LB*(ϛ) ‖ quinquaginta solidorum *M*] *πεντήκοντα νομισμάτων χρυσίου* (*χρυσοῦ LB*) *M s. v., LB* | 2 *ἑκάστῳ B* ‖ 8 *Νικητοῦ*] *νικήτα L*[2]. *Ad Praef. Praet. edictum XIII* (*Zachariae Ἀνέκδοτα p.* 271) *referendum putat Zachariae* | 9 *μὴ om. L*[1] | 10 *καὶ om. B* | 11 *ἀπαστικῶν L ἀσπατικῶν B*[c] | 12 *ἢ στρακτευτικῶν L* | 14 *ἁπάντων L* ‖ 16 *πονηροῦ τε καὶ ὀλεθρίου om.* ϛ | 17 *δασμοῦ L*[2]] *δεσμοῦ ML*[1]*B* | *ὃν τοῖς κατὰ καιρὸν om. L* | *παρέχοντ..* (*παρέχοντες?*) *L*[1] *ὧν παρεῖχον τοῖς L*[2] (*cf.* ϛ) | 18 *ἠλαττοῦντο περί τε τὸ* (*τὸν B*) *δημόσιον MLB*] minuere et quod circa fiscum — faciunt (*i. e. ἐλαττοῦν τὸ περί τε τ. δ.?*) ϛ ‖ 19 *ἀποτροφὰς MB*ϛ] *ἀπογραφὰς L vulg.* ‖ 28 *καὶ τῆς ἀξίας om.* ϛ | 29 *αὐτοῦ MLB* | 30 *δεκατρισὶ B* | 31 *διότι M*] *ἐπειδὴ BL* ‖ *κατὰ om. B* | 34 *πρόσοδον*] provectum (*i. e. πρόοδον*) ϛ | 35 *προτέρας M* | 36 *αὐτῷ*] *αὐτῶν B*

---

2 causa *V* | 5 exactoris *V* | 7 nicitae *V, om. T* | 8 et quae *V*] quae et *T al.* | difinita *V* definite *T* | 9 nominibus] omnibus *libri* | 10 salutationū *V* | 12 *relata *T* elata *V* | 13 calumpnia *V* | 15 onere] honore *V al.* | 17 praeberi *vulg.* ‖ 18 *tracteutis] tracteutes *T* tracteutae *vulg.*; tracteutis — 19 enim *om. V* ‖ 19 *leg.* perimimus? | 23 qua *V* | diffinita *libri* | 24 nicitae *V, om. T* | *haec *addidi*, ea *add. vulg.* | 26 se *om. V* | suam *V* | 30 Quia] Qua *V* | est inter] est uero in *V* ‖ 31 eos *vulg.*] eum *V, om. T* | 32 sancimus *vulg.* | 35 denumerare *libri* | 36 et *add. vulg.*

δε τῷ πράγματι χρήσεται προσηκόντως, ὥστε μήτε τὸ δημόσιον ἀδικεῖσθαι διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐκείνου μήτε ἐκεῖνον ἐκπίπτειν τῆς ἐκ τοῦ χρόνου καὶ τοῦ βαθμοῦ παραμυθίας, δηλαδὴ κινδύνῳ τῶν δεκατριῶν μαγιστέρων καὶ τῶν ἄλλων τῶν μετ' αὐτοὺς τῆς τοῦ βοηθοῦ τοῦ μὴ πρὸς τοῦτο ἐπιτηδείου προβολῆς γινομένης, ὡς εἴρηται. Καὶ μεγάλην ἡμῖν τοὺς τῶν δημοσίων πράκτορας δεήσει χάριν ὁμολογεῖν ἀπαλλάττουσιν αὐτοὺς τῶν πολλῶν ἐκείνων ζημιῶν ἃς ἔμπροσθεν τοῖς μαγίστερσι παρέσχον καὶ τῷ κατὰ καιρὸν περιβλέπτῳ κόμητι καὶ τῇ αὐτοῦ τάξει. διὰ τοῦτο δὲ αὐτοὺς τούτων ἁπάντων ἠλευθερώσαμεν, ἵνα μηδὲ αὐτοὶ τοὺς ὑποτελεῖς ἀδικοῖεν διὰ τὰς προφάσεις ἐκείνας ἃς εἰς ἐπήρειαν ἐπινοοῦντες introita *τε καὶ ἕτερα ὀνομάζοντες τὸν τῶν γεωργῶν καταλύουσι βίον, ἀλλὰ μόνοις ἀρκούμενοι τοῖς παρεχομένοις τοῖς ἐπιτρόποις κατὰ τὸν τύπον Νικητοῦ τοῦ τῆς λαμπρᾶς μνήμης τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπέχοιντο.*

qui causa utatur competenter, ut nec publico noceatur propter invalitudinem illius neque ille cadat temporis gradusque solacio; periculo quippe tredecim magistrorum et aliorum qui post eos sunt adiutoris eius qui non ad hoc opportunus est ordinatione facienda, sicut dictum est. Et magnam nobis fiscalium exactores debent gratiam profiteri liberantibus eos plurimis illis damnis, quae prius magistris praebebant et per tempus spectabili comiti et eius officio. Propter hoc enim eos his omnibus liberavimus, ut nec ipsi subiectis noceant nec occasiones illas, quas ad calumniam excogitabant introita et alia denominantes, agricolarum destruant vitam, sed solis contenti quae praebentur exactoribus secundum formam Nicetae clarae memoriae aliis omnibus abstineant.

CAPUT V.

Αὐτῷ δὲ τῷ περιβλέπτῳ ἀνθυπάτῳ ἁπάντων ὁμοίως ἔσται φροντίς, εἴτε καθεστήκοι τι πολιτικὸν εἴτε εἰς τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν εἴτε εἰς τὴν ταμειακὴν ἐξουσίαν βλέπον, καὶ οὐδενὸς ἀμελήσει τῶν πάντων, ἐπειδὴ καὶ μείζονα τῶν ἄλλων ἄρχοντα δοῦναι τῷ τόπῳ βουλόμεθα. νενομισμένον γὰρ τοῖς πάλαι Ῥωμαίοις ὂν τὰς ἐπαρχίας ἀποκληροῦν ἢ τοῖς γινομένοις ὑπάτοις ἢ τοῖς ἀντ' ἐκείνων στελλομένοις, οὓς ἀνθυπάτους ἐκάλουν, διὰ τοῦτο καὶ τὴν Καππαδοκῶν ἀρχὴν ἀνθυπατείαν εἶναι βουλόμεθα· ᾗτινι Ῥωμαῖοι πρότερον τὴν ἐν Ἀφρικῇ κατεκόσμουν ἀρχήν, ἣν ἡμεῖς νῦν τοσοῦτον ηὐξήσαμεν, ὡς τὸν παραλαμβάνοντα ταύτην τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἐπάρχοις τῶν ἱερῶν ἡμῶν συναριθμῆσαι πραιτωρίων. καλείσθω τε ὁ ταύτης ἡγούμενος τῇ πατρίῳ φωνῇ proconsul Iustinianus Cappadociae, *ὥστε καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ἔχειν ἴδιον καὶ τὸν ἀρχηγέτην συνονομάζειν τῷ πράγματι. δέξαιτο γὰρ ἂν ὁ τῆς ἀρχῆς κρατῶν τὸ τοιοῦτον σχῆμα ῥᾳδίως, ἐπεὶ καὶ πολλὴν ἔχει τὴν ἐξουσίαν, ἐκτεινομένην προφάσει τῆς ταμειακῆς κτήσεως καὶ εἰς τόπους ἑτέρους, καὶ ὅλως ἔσται σεμνὴ τοσούτοις ἐφεστῶσα πράγμασί τε καὶ ἀνθρώποις, καὶ διαθήσει γε εὐκολώτερον ἅπαντα, τῆς στρατιωτικῆς αὐτῷ παραζευγνυμένης ἰσχύος. τὰ μὲν οὖν πολιτικὰ πράξει κατὰ τοῦτο*

Ipsi quoque spectabili proconsuli similiter omnium erit cura, sive sit aliquid civile sive ad militarem administrationem sive ad aerarii potestatem respiciens, et nullius neglegat omnium, quoniam et maiorem aliorum iudicem dare loco volumus. Cum enim solitum fuerit antiquitus Romanis provincias adsignare aut factis consulibus aut pro illis missis quos proconsules vocabant, propterea et Cappadocorum magistratum proconsularem esse volumus: quo Romani prius in Africa cingulum ornaverunt, quem nos nunc tantum auximus, ut accipiens eum gloriosissimis praefectis sacrorum nostrorum praetoriorum connumeretur. Voceturque huius rector patria voce proconsul Iustinianus Cappadociae, ut et magistratus habeat quod suum est et qui praesidet cingulo connominetur causae. Suscipiet enim qui cingulum obtinet talem habitum facile; nam et plurimam habet potestatem, extensam occasione aerariae possessionis et ad loca alia, et omnino erit decora tantis praesidens rebus et hominibus, et disponet facilius omnia, militari sibi coniuncta virtute. Civilia siquidem agit

uti decet utatur, ut neque fiscus propter illius infirmitatem damno afficiatur neque ille solacio quod ex tempore et gradu habet privetur: ut scilicet periculo tredecim magistrorum et ceterorum, qui post eos sunt, adiutoris illius qui non idoneus est electio fiat, sicuti dictum est. Atque magnas nobis gratias agere tributorum exactores oportebit, qui quidem eos liberaverimus a multis illis detrimentis quae antea magistris et spectabili pro tempore comiti et officio eius praebebant. Propterea autem eos ab his omnibus liberavimus, ut ne ipsi quidem subditos iniuria afficiant per praetextus illos ad vexationem excogitatos et introita vel aliter appellatos quibus agricolarum vitam victumque evertunt, sed ut solis contenti iis, quae secundum formam Nicetae illustris memoriae curatoribus praebentur, a reliquis omnibus abstineant.

V. *Ipse vero spectabilis proconsul omnium pariter curam habebit, sive quid civile est sive ad militarem administrationem sive ad potestatem tamiacam spectat, neque quicquam omnium negleget, quoniam vel ampliorem reliquis magistratum huic loco dare volumus. Nam cum veteribus Romanis in more fuerit provincias vel iis qui consules fiebant vel iis qui eorum loco delegabantur, quos proconsules vocabant, sorte distribuere, propterea et Cappadocum magistratum proconsulatum esse volumus, quo quidem Romani olim suum in Africa magistratum ornarunt, quem nos nunc adeo auximus, ut qui eum suscipit gloriosissimis praefectis sacro nostro praetorio adnumeretur. Atque qui huic praeest patria lingua proconsul Iustinianus Cappadociae vocetur, ut et magistratus genus habeat proprium et cum re simul nominet principem auctorem. Etenim qui magistratum obtinet, talem speciem libenter accipiet, quia et magnam habet potestatem etiam ad alia loca tamiacae possessionis causa extensam, et omnino venerandus erit, qui tot et rebus et hominibus praesit, et facilius omnia disponet, cum militare robur ei iunctum sit. Civilia*

3 *τῆς ἐκ τοῦ*] *τοῦ ἑαυτοῦ L* | *καὶ τῆς τοῦ L* | 6 *τοῦτο*] *τούτου L* ‖ *πρὸς βολῆς L* ‖ *γενομένης B* ‖ 7 *μεγάλη• L*[1] | 8 *δεήσοι MB* | 11 *τάξει*] *πράξει L* ‖ 13 *ἀδικεῖεν M* ‖ **διὰ*] *μηδὲ libri* (*verbum deesse, veluti πλάττοιεν, Zachariae opinatur*) | *τὰς om. B* ‖ 14 *ἐπινοοῦντες*] excogitabant ς | introïtate (*ἰδικά τε s. v.*) *M ἰντροΐτα τὲ L εἰσοδιακά τε B* | 18 *ἀπέχωνται B* ‖ 22 *βλέπων L*[a] *B*[c] | *οὐδενὸς ἀποβλέπον ἀμελήσει M*[a] ‖ 29 *τὴν om. L* | *ἣν om. LB* ‖ 30 *νῦν M*] *τοίνυν LB* ‖ *ηὐξήσαμεν*] *Cod.* 1, 27, 1 ‖ 31 **ὑπάρχοις libri* | 32 *τε MB*ς] *δὲ L vulg.* | 33 *τῇ πατρίῳ φωνῇ om. B* | proconsul iustinianus capradócae *M ἀνθύπατος καππαδοκίας M s. v. et B, om. L* | 37 *ἐκτεινομένην*] *καὶ ἐκτειν. Haloander, Zachariae* ‖ 42 *πράξεις M*

2 inualitudine *V* ‖ ille] ullo *T*, *om. V* | 3 temporibus *libri* | 4 magistratorum *V* | adiutores *libri* | 5 oportunus est *V*] *om. in hiatu T* | 8 quas *libri* | 11 subiecti *libri* | nocent *libri* | 12 illae *Beck* ‖ 13 agricularum distruant *V* | 14 exactoribus *vulg.*] exactorum *V* actorum *T* | 15 necetae *libri* ‖ 20 si ad *libri* | 21 respicientes *libri* ‖ 23 loco] locum *libri* ‖ 26 capadocorum *V* ‖ 28 in Africa] affricani *V* affricam *T* | 29 nunc] non *V al.* | in tantum *vulg.* | 30 praetorum *VT* | 31 connumerentur *V* | voce] uocet *V* | 32 capadotie *libri* | 35 habent *VT* | 36 extensa *V* | erarie pensionis *V* agerie passionis *T* | 38 et disponet] et *om. V al.* ‖ 39 *leg.* aget?

δὴ τὸ συνειθισμένον, τῶν στρατιωτῶν δὲ ἡγήσεται σφόδρα εὐκόλως, οἷα κἀκείνων ὑποκεκλιμένων αὐτῷ.
1 *Προσεχέτω δὲ μάλιστα τὸν νοῦν τῇ τῶν ταμειακῶν διοικήσει πραγμάτων, ἅπερ εἰς οὕτω δεινὴν καὶ πανταχόθεν κεκαπηλευμένην ἐξωλίσθησεν ἐμπορίαν, ὡς μηδενὸς ἄξια σχεδὸν αὐτὰ καθεστάναι. τοσαῦτα γὰρ μεμαθήκαμεν ἁμαρτάνεσθαι κατὰ τὴν χώραν ὅσα μόλις ἀνδρὶ τῶν μεγίστων ἔσται πρὸς θεραπείαν εὔκολα. οἱ γὰρ τὰς τῶν δυνατῶν ἐπιτροπεύοντες κτήσεις — ἀλλ' ἤδη καὶ ἐρυθριῶμεν εἰπεῖν μεθ' ὅσης ἁλῶνται τῆς ἀτοπίας, καὶ ὡς δορυφόροι τε αὐτοὺς θεραπεύουσι καὶ πλῆθος ἀνθρώπων οὐ φορητὸν ἀκολουθεῖ, καὶ ληστεύουσιν ἅπαντες ἀναιδῶς, καὶ θαυμάζομεν ὅπως ἄχρι νῦν τὸ κατ' ἐκείνην ὑπήκοον ἐξήρκεσεν ἀδικούμενον. τοιγαροῦν ἡμέρας ἑκάστης εὐχομένοις τε ἡμῖν καὶ τὰ κοινὰ πράττουσι πλῆθος πρόσεισι Καππαδοκῶν ἀδικουμένων, καὶ πολλοὶ μὲν ἐν αὐτοῖς ἱερεῖς, γυναῖκες δὲ ὡς πλεῖσται, καὶ πάντες ὀδύρονται καὶ τὴν τῶν οἰκείων ἀφαίρεσιν αἰτιῶνται πραγμάτων, ἐπεὶ μήτις ἐστὶ σύνεγγυς ὁ τὰ τοιαῦτα κωλύειν ἰσχύων. ἡ ταμειακὴ δὲ κτῆσις ἤδη σχεδὸν ἰδιωτικὴ γέγονεν ὅλη, διασπωμένη τε καὶ ἁρπαζομένη σὺν αὐταῖς ταῖς τῶν ἵππων ἀγέλαις, ἀντιφθεγγομένου παντελῶς οὐδενός, ἀλλὰ τοῦ στόματος αὐτοῖς ἐμφραττομένου χρυσίῳ.*

secundum consuetudinem, militaribus autem praeerit facile, utpote et illis subiacentibus ei.
1 Intendat itaque maxime mentem aerariarum gubernationi causarum, quae in tam pessimam et undique cauponaticiam dilapsae sunt mercationem, ut nullo digna paene consistat. Tanta namque didicimus delinqui in provincia quanta vix viro maximo erunt ad sanationem facilia. Potentium enim conductores possessionum, sed iam etiam erubescimus dicere cum quanta capiuntur absurditate, et quia clientes eis observant et multitudo hominum inportabilis sequitur, et latrocinantur universi impudenter; et miramur, quomodo hactenus illic subiecti duraverunt oppressi. Itaque diebus singulis orantibus nobis et communia [sunt] agentibus multitudo adiit Cappadocorum iniustitiam passorum, et plurimi quidem inter eos sacerdotes, mulieres autem multae, et omnes ingemiscentes et suarum ablationem accusantes rerum, quia nullus est iuxta qui talia prohibere valet. Aerarii vero possessio paene privata facta est tota, dilacerata atque direpta cum ipsis equorum gregibus, contradicente penitus nullo, sed ore eis obstruso auro.

CAPUT VI.

Διὰ ταῦτα τοίνυν ἕνα τῶν ἡμῖν γνωριμωτάτων ἐπιστῆσαι τῇ χώρᾳ ταύτῃ βουλόμεθα, ὃς δὴ ταύτης τῆς τριπλῆς ἡγήσεται τάξεως, μόνος ἐν αὐτῷ τὴν ὅλην περιφέρων ἀρχήν τε καὶ ἐξουσίαν, καὶ χρώμενος μὲν τοῖς παρασήμοις τῆς πολιτικῆς ἀρχῆς ὄχημά τε ἐξ ἀργύρου καὶ πέλεκυν καὶ ῥάβδους ἔχων καὶ ὅσα σημεῖα καθέστηκεν ἀρχαῖα τοῦ νόμου, ἐπιτάξει δὲ καὶ τοῖς στρατιώταις, καὶ ἐπιμελήσεται τῶν ταμειακῶν πόρων, ὥστε φοιτᾶν αὐτοὺς ἀνελλιπῶς ἁπάσαις ταῖς ἐπὶ τούτῳ τεταγμέναις ἀρχαῖς, καὶ πολλῷ μᾶλλον εἰς τὰ ἡμέτερα βασίλεια, καθάπερ καὶ νῦν προσέρχονται, προφάσει τῶν τε εἰς ἡμᾶς κομιζομένων τῶν τε εἰς τὴν θειοτάτην καὶ εὐσεβεστάτην Αὐγοῦσταν τὴν ἡμετέραν σύμβιον, ἔν τε χρυσίῳ καὶ ἐσθῆτι· οὐ-
1 *δὲν γὰρ ἐκεῖθεν ἐλαττωθῆναι βουλόμεθα. οὐ μὴν κατὰ τὸ τοιοῦτον δίδοσθαι σχῆμα καθάπερ μέχρι νῦν*

Propterea igitur unum nobis notissimorum praeponere provinciae huic volumus, qui huic triplici praesit officio, solus in se totum circumferens magistratum et potestatem, utens quidem causis civilis administrationis carpentumque ex argento et proximam (seu securem) vel fasces habens et quaecumque signa sunt antiqua legis, imperabit autem et militibus et diligentiam habebit aerariorum quaestuum, ut accedant indeficienter ad omnes super hoc statutas administrationes, et multo magis ad nostra regalia, sicut et nunc accedunt occasione et eorum quae ad nos deferuntur et quae ad sacratissimam et piissimam Augustam nostram coniugem, in auro autem et veste; nihil enim inde minui volumus.
1 Non tamen secundum hoc dari schema et sicut

---

igitur aget secundum morem solitum, militibus autem nullo negotio imperabit, quippe qui ipsi quoque ei
1 *subiecti sint. Advertat vero animum inprimis ad tamiacarum rerum administrationem, quae in tam gravem et undique venalem delapsae sunt mercatum, ut nullo fere pretio dignae sint. Tanta enim accepimus committi in provincia quantis vix vir maximus sanandis par sit. Nam qui potentium possessiones administrant — sed iam etiam dicere erubescimus, quanta cum absurditate oberrent et quemadmodum et satellites illis inserviant et multitudo hominum non ferenda eos comitetur omnesque impudenter latrocinentur, ac miramur quomodo usque adhuc subditi in illa regione perduraverint iniuriis affecti. Itaque quotidie nos et rem divinam facientes et publica negotia tractantes multitudo adit Cappadocum iniuriis affectorum, interque eos cum sacerdotes multi tum plurimae mulieres, omnesque lamentantur et res suas ablatas esse queruntur, quoniam nemo in propinquo est qui talia prohibere possit. Tamiaca vero possessio iam fere tota privata facta est, distracta et cum ipsis equorum gregibus direpta, nec quisquam omnino contradicit, cum os eis auro occlusum sit.*

VI. *Propterea igitur unum ex iis qui nobis notissimi sunt huic regioni praeficere volumus, qui quidem triplici huic officio praesit et solus in semet omnem et magistratum et potestatem comprehendat et insignibus quidem civilis administrationis utatur, curru ex argento facto et securi et virgis praeditus et quaecumque antiqua signa legitima sunt, idem autem militibus quoque imperet et prospiciat reditibus tamiacis, ut sine intermissione ad omnes magistratus ad hoc constitutos et multo magis ad nostrum palatium perveniant, quemadmodum nunc quoque perveniunt, tam eorum nomine quae ad nos quam quae ad sacratissimam et piissimam Augustam coniugem nostram deferuntur et in auro et in veste: nihil enim inde*
1 *deminui volumus. Nec tamen secundum eiusmodi formam, quomodo usque adhuc fiebat, ex furtis et*

---

1 *στρατιωτῶν*] militaribus (*i. e. στρατιωτικῶν*) *ς* ‖ 2 *σφόδρα om. ς* ‖ 5 *ἐμπορίαν MBς*] *ἀπορίαν L* ‖ 2 *ἄξια* L^{1} ‖ 9 *εὔκολον L* ‖ *ἐπιτρέποντες L* ‖ 10 *ἐρυθριῶν μὲν* L^{a} ‖ 11 *ἁλῶνται M*] *ἀλλῶνται L ἀλῶνται Bς* ‖ 12 *θεραπεύσουσιν* L^{a} ‖ *πλήθους L* ‖ *φορητὸν Bς*] *φορητῶν ML* ‖ 15 *εὐχομένοις*] *ἀσχολουμένοις* L^{2} ‖ 19 *ὀδύρονται — αἰτιῶνται*] ingemiscentes — accusantes *ς* ‖ 22 *ἁρπαζομένης L* ‖ 29 *καὶ χρώμενος*] *καὶ om. ς* ‖ 30 *τοῖς παρασήμοις*] causis *ς* ‖ 35 *εἰσέρχονται L* ‖ 38 *αὐγοῦσταν* M^{b}] *αὐγούσταν* M^{a}*B αὐγούστην L* ‖ 39 *τε*] autem *ς* ‖ 41 *τὸ τοιοῦτο L* hoc *ς* ‖ *καθάπερ*] et sicut *ς*

1 consuetudine *V* ‖ aut *V* ‖ 2 utpute *V* ‖ 3 mente *libri* ‖ 5 cauponatia dilapserunt mercatione *V* ‖ 6 dignae paene consistant *vulg.* ‖ pena *V* ‖ 7 prouinciam *T* ‖ maxime *V* ‖ 9 etiam *om. V* ‖ 14 orantionibus V^{1} ‖ 15 nobis *om. V in hiatu* 3 *litt.* ‖ et quae communia sunt *Neob.* ‖ sunt *om. vulg.* ‖ gentibus *libri* ‖ 16 capadocorum *T* cappadorum *V* ‖ possessorum *VT* ‖ 19 prohiberet *V* ‖ 21 dilacera *V* ‖ 27 triplici praesit] uolumus *V* ‖ 29 utens] ut est *V* ‖ 31 uel *T al.*] ut *V* et *vulg.* ‖ falsces V^{a} ‖ 32 imperauit *V* ‖ 34 indeficientes *VT* ‖ 36 nostram *V* ‖ et eorum] et *om.* V^{a}

ἔκ τε κλοπῶν καὶ τῆς τῶν ὑποτελῶν ἐπηρείας καὶ δόσεως ὀνόματι (ταῦτα γὰρ ἅπαντα καὶ μισοῦμεν καὶ τῆς ἡμετέρας ἐκβάλλομεν πολιτείας), ἀλλ' ἐξ αἰτιῶν δικαίων τε καὶ νομίμων, ἃς καὶ ὑποτεθῆναι τῷδε τῷ θείῳ ἡμῶν παρεκελευσάμεθα νόμῳ, ὥστε ταύτας κομιζόμενον τὸν κατὰ καιρὸν ἔχοντα τὴν ἀρχὴν εἰσφέρειν, ὡς εἴρηται, τὰς quinquaginta *τοῦ χρυσίου λίτρας τῇ θειοτάτῃ Αὐγούστῃ τῇ ἡμετέρᾳ συμβίῳ. τὴν γὰρ ἀρχὴν προῖκά τε καθιστῶμεν ἡμεῖς καὶ ἀδωρότατα τὰς χειροτονίας ἐπ' αὐτῇ τίθεμεν· καὶ ἔσται παντελῶς οὐδὲ εἷς ὃς ὑπὲρ ταύτης τι λήψεται.* 2 *Ἀλλὰ καὶ σίτησιν αὐτῷ μὲν ἄχρι χρυσίου λιτρῶν* viginti *δίδομεν, καθ' ἃ ὑποτέτακται, τῷ δὲ αὐτοῦ παρέδρῳ ἄχρι χρυσίου λιτρῶν δύο παρέχομεν. λήψεται δὲ καὶ ἡ τάξις ἑκατέρα τὸ παρὰ τοῦ δημοσίου μέχρι νῦν χορηγούμενον κατ' οὐδὲν παντελῶς ἐλαττούμενον. οὐδὲ γὰρ κατά τι τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐλαττοῦμεν, καὶ μάλιστα τοῦ ἐνδοξοτάτου πραιποσίτου τῶν θείων ἡμῶν κοιτώνων. μένειν γὰρ ἐπὶ Καππαδοκίᾳ καὶ αὐτὴν καὶ τὴν ὑπ' αὐτὴν τῶν καθωσιωμένων παλατίνων σχολὴν ἐπὶ τῆς ὁμοίας ἐξουσίας τε καὶ τάξεως καὶ ταὐτοῦ σχήματος θεσπίζομεν, οὐδὲν μέντοι παντελῶς ἐντεῦθεν κομιζομένην οὔτε λόγῳ συνηθειῶν οὔτε ἀννώνων, οὔτε ἐν χρυσίῳ οὔτε ἐν ἐσθῆτι οὔτε ἐν ἑτέροις εἴδεσιν, οὔτε παρὰ τοῦ κατὰ καιρὸν ἀνθυπάτου οὔτε παρὰ τῆς αὐτοῦ τάξεως· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως τὸ καθαρὸν φυλαχθείη. ὑπὸ μίαν γὰρ τὸ πρᾶγμα συνάγομεν ἐπὶ τῆς χώρας ἀρχήν, ἵνα μὴ τῷ διεσπάσθαι χωλεύῃ.*

hactenus, ex telonum et subtelonum calumnia et suffragii nomine (haec omnia et odimus et a nostra expellimus republica), sed ex causis iustis et legitimis, quas etiam subdi huic sacrae nostrae praecepimus legi, ut has accipiens qui per tempus habet administrationem inferat, sicut dictum est, quinquaginta libras auri sacratissimae Augustae nostrae coniugi. Administrationem enim et gratis constituimus nos et sine suffragio ordines in ea ponimus, et erit omnino nullus qui pro ea quicquam accipiet.
2 Sed etiam annonam ei quidem usque auri libras XX. damus, sicut subiectum est, eius autem assessori usque ad auri libras duas praebemus; accipiet autem et officium utrumque quod a fisco hactenus erogabatur in nullo penitus imminutum. Neque enim secundum aliquid administrationem hanc imminuimus, et maxime gloriosissimi praepositi sacrorum nostrorum cubiculorum. Manere enim in Cappadocia et ipsam eamque sub devotissimorum palatinorum schola simili potestate et ordine et ipso schemate sancimus, nihil tamen penitus hinc accipientem neque titulo consuetudinum nec annonarum, neque in auro neque in veste neque in aliis speciebus, neque a temporali proconsule neque ab eius officio. Non enim aliter custodietur puritas; sub una namque administratione causam colligimus in provincia, ut non dilacerata claudicet.

CAPUT VII.

Πρόνοιαν τοίνυν καὶ αὐτὸς ὁ παρ' ἡμῶν στελλόμενος θήσεται πολλὴν τῆς ταμειακῆς κτήσεως, καὶ ὄψεται τὸ παραιρεθὲν τῆς ταμειακῆς γῆς καὶ μάτην ὑφ' ἑτέρων κατεχόμενον εἴτε ἐν νομαῖς εἴτε ἐν ἀροσίμοις εἴτε ἐν οἰνοφύτοις τόποις, εἴτε ἐν χωρίοις εἴτε ἐν οἴκοις, καὶ ἐκδικήσει τῷ πράγματι τὴν ἀρχαίαν γῆν, οὐδεμιᾶς ἀντιτιθεμένης αὐτῷ χρονίας παραγραφῆς. οὐ γὰρ ἄν τις ἀντιθείη τοιοῦτό τι τῷ δημοσίῳ, οὔτε πρὸς κέρδος πράττων οὔτε ἵνα τὴν οὐσίαν αὐξήσειε τὴν αὐτοῦ· τοῦτο γὰρ ἐλάττωσις μᾶλλον ἤπερ αὔξησίς ἐστι, τὸ χερσὶ ῥυπώσαις χρώμενον οἴεσθαί τι κερδαίνειν, ὅπερ ὕστερον ἀποτίσει σὺν ἀσεβείᾳ τε καὶ αἰσχύνῃ

Providentiam igitur et ipse qui a nobis dirigitur ponat multam aerarii possessionum, et inspiciet quod ablatum est ex aerarii terra aut frustra ab aliis detinetur sive in pascuis sive in arabilibus sive in vinealibus locis, sive in praediis sive in domibus, et vindicet rei antiquam terram, nulla obicienda ei temporali praescriptione. Non enim aliquis obiciet tale aliquid fisco, neque ad lucrum agens neque ut substantiam augeat suam; hoc enim deminutio potius quam augmentum est, cum manibus sordidis utens putat aliquid lucrari, quod postea reddat cum impietate et confusione multiplex.

vexatione subditorum atque largitionis nomine praebeantur (haec enim omnia et odimus et e republica nostra eicimus), sed ex iustis et legitimis causis, quas etiam sacrae huic legi subici iussimus, ut iis acceptis qui magistratum pro tempore gerit quinquaginta auri libras illas, uti dictum est, praestet sacratissimae Augustae coniugi nostrae. Magistratum enim et gratis nos constituimus et creationes eius 2 *omni donatione expertes reddimus, neque omnino quisquam erit qui pro eo quicquam accipiat. Sed etiam annonam illi quidem ad auri libras viginti damus, quemadmodum infra subiectum est; assessori autem eius auri libras duas praebemus; atque officium quoque utrumque accipiet id quod a fisco ei adhuc erogatum est nullo omnino modo imminuendum. Neque enim in ulla re hunc magistratum imminuimus, nedum gloriosissimi praepositi sacri nostri cubiculi magistratum. Manere enim in Cappadocia et ipsum et quae sub eo est devotissimorum palatinorum scholam in simili potestate et ordine et in eadem specie sancimus, quae tamen inde nihil omnino neque consuetudinum neque annonarum nomine accipiat neque in auro neque in vestimento neque in alia specie, neque a proconsule qui pro tempore est neque ab officio eius; neque enim aliter puritas servabitur. Namque sub unum magistratum rem in ea provincia cogimus, ne dum distrahitur claudicet.*

VII. *Curam igitur et ipse qui a nobis mittitur magnam adhibebit tamiacae possessioni, et circumspiciet si quid a tamiaca terra ablatum est et temere ab aliis detinetur, sive pascua sunt sive arabiles sive vineales terrae, sive praedia sive domus, atque rei vindicabit vetus solum, cum nulla longi temporis praescriptio ei opponi possit. Neque enim quisquam tale quid fisco opponat, neque lucri causa id agens neque ut bona sua augeat; hoc enim deminutio potius est quam augmentum, si quis sordidis manibus utens se lucrari quid arbitretur, quod deinde cum impietate et pudore redditurus sit multiplicatum.*

1 *ἔκ τε κλοπῶν καὶ τῆς τῶν ὑποτελῶν ἐπηρείας*] ex telonum (*i. e. ἐκ τελωνῶν?*) et subtelonum calumnia *ς* ‖ 2 *γὰρ om. ς* ‖ 5 *αὐτὰς L* ‖ 7 quinquaginta *M*] *πεντήκοντα B et s. v. M, om. L* ‖ 9 *ἀδωρότατον M* ἀδωροτάτας Haloander* ‖ 12 viginti *M*] *η'* (*pro κ'*) *B, om. L* ‖ 13 *αὐτῷ L* ‖ 14 *παρέχομεν ex ς Haloander*] *παρέξει MLB* ‖ 16 *κατ' οὐδὲν παντελῶς Mς*] *κατ' οὐδένα παντελῶς τρόπον LB* ‖ 17 *ἐλαττούμενον*] *ἐλατοῦ L* ‖ 19 *ἐπὶ Καππαδοκίαν B* ‖ 20 *ὑπ' αὐτῇ B* ‖ 21 *τε om. L* ‖ 22 *τοῦ αὐτοῦ L* ‖ 28 *διασπᾶσθαι B* ‖ 32 *τὸ παραινεθὲν τῆς ταμειατικῆς B^c* ‖ 33 *ἀροσίμοις LB*] *ἀρωσίμοις M* (*cf. Lobeck ad Phrynichum p. 227*) ‖ 34 *ἐν χωρίοις LBς*] *ἐν om. M* ‖ 35 *τοῖς πράγμασι L* ‖ 36 *ἀντιθεμένης L* ‖ 37 *τοιοῦτό τι*] *τοὺς B^c* ‖ 37 *sq.* **οὐδὲ — οὐδὲ libri* ‖ *πρὸς om. L*

1 tellonum *T* ‖ subditorum *vulg.* ‖ 2 haec enim omnia *vulg.* ‖ 4 nostrae sacrae *V* ‖ 9 ordinationes *vulg.* ‖ 11 usque ad auri *vulg.* ‖ 11 libra *V* ‖ 13 accessori *V* ‖ 14 uerumque *V* ‖ 15 inminuto *libri* ‖ 17 gloriosissime *VT* ‖ praepositis *V* ‖ 19 capadotiam *libri* ‖ eamque sub *V*] et quae sub ea est *vulg.* ‖ 20 scholam *Osenbrüggen* ‖ 22 neque — annonarum *om. Val.* ‖ 26 colligemus *V* ‖ 27 ut dilacerta claudimus *V* ‖ 30 prouidentia *T* ‖ 31 ponet *vulg.* ‖ multerarii *V* ‖ *leg.* inspiciat? ‖ 33 *in arabilibus] irrationabilibus *V* ‖ 33 *sq.* sive in pascuis — locis *om. T* ‖ 35 iudicet *libri* ‖ nullam obicienti ei temporalem *T* ‖ 36 praescriptionem *libri* ‖ 41 pietate *Val.*

1 πολλαπλάσιον. Ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν διαφυλάξει παντοίως ἀτάραχον, καὶ στάσιν οὐ συγχωρήσει λυμήνασθαι τῷ πολιτεύματι. τούς δημοσίους τε φόρους ἀγρύπνως καὶ μετὰ δικαιοσύνης εἰσπράξει, οὐδὲν τῶν κατ' ἐκείνους ἀμελῶν οὐδὲ συγχωρῶν ἢ τὸ δημόσιον ἢ τοὺς ἰδιώτας κατά τι περὶ τὰ οἰκεῖα ζημιοῦσθαι, οἷα τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν ἔχων, εἴτε στρατιῶται εἴτε σκρινιάριοι τῶν τε ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων τῶν τε ἀνδρειοτάτων εἶεν στρατηγῶν, εἴτε πολιτικὴν ἔχοιεν τάξιν εἴτε ταμειακὴν ζώνην, εἴτε ἐπὶ μειζόνων εἴτε ἐπ' ἐλαττόνων ἀξιωμάτων εἶεν εἴτε ἐν ἱερεῦσι τελοῖεν. εἷς γὰρ οὗτος ἅπασιν ἄρχων ἐπιστήσεται τῆς τε αὐτὸς αὐτοῦ δόξης τῶν τε ἡμετέρων νόμων τοῦ τε θεοῦ πρὸ πάντων μεμνημένος· ὃς τοὺς μὲν δημοσίους φόρους διὰ τῆς ἀνθυπατιανῆς τάξεως ἀνελλιπῶς εἰσκομίζεσθαι φροντιεῖ, τοὺς δὲ ταμειακοὺς πόρους διὰ τῶν ὑποκειμένων ἐκείνῳ πρώην τῷ θρόνῳ προσώπων εἰσοίσει, καὶ τοῖς ἐξ ἔθους προσταττομένοις παρὰ τῶν ἐνδοξοτάτων πραιποσίτων τῶν θείων ἡμῶν προσέχων κοιτώνων· μὴ δυναμένων τῶν κατὰ καιρὸν ἐκπεμπομένων κανονικαρίων παρὰ τοῦ ἐνδοξοτάτου πραιποσίτου μέχρι ὀβολοῦ γοῦν ἑνὸς κομίζεσθαί τι ἢ ὀνόματι συνηθειῶν ἢ ἑτέρας τῆς οἱασοῦν αἰτίας παρὰ τοῦ κατὰ καιρὸν σουμμαρίου ἢ τῶν τὰς δημοσίας εἰσπράξεις ποιουμένων ἢ τοῦ περιβλέπτου ἀνθυπάτου ἢ τῆς τάξεως τῆς αὐτοῦ ἢ τῶν καλουμένων κατασκευαστῶν ἢ πραιποσίτου ἢ ἑτέρου οἱουδήποτε προσώπου ἀνήκοντος τῇ θείᾳ ἡμῶν περιουσίᾳ. τὸ στρατιωτικὸν δὲ ἑκατέρᾳ τῶν φροντίδων τούτων βοηθήσει, παύσει τε τοὺς τῶν δυνατῶν δορυφόρους καὶ οὐ συγχωρήσει τὰ χωρία πορθεῖσθαι καὶ λῃστεύεσθαι· οὐδὲ αὐτὸς παρελεύσεται ταῦτα, καθάπερ οἱ πρώην ἐποίουν κόμητες. οὐ μὴν οὐδὲ τοποτηρητὰς ἐκπέμψει, ἀλλὰ τοῖς τῶν τόπων ἐκδίκοις καὶ τοῖς ἐκ τῆς αὐτοῦ τάξεως πρὸς ὑπουργίαν χρήσεται.

2 εἰ δέ που καὶ στρατιωτῶν αὐτῷ δεήσειε, τοὺς ἐκ τῶν τόπων ἐν οἷς ἡ χρεία καλεῖ βοηθεῖν προστάξει· καὶ οὗτοι δαπάναις οἰκείαις πάντα πράξουσι καὶ οὐδὲν ζημιώσουσι τοὺς ὑπηκόους οὐδὲ καταναλώσουσί τι προῖκα. ἀλλ' αὐτός τε τούτων ἀφέξεται χρώμενος δαπάναις οἰκείαις ἔνθα ἂν εἴη, κἂν εἰ πρὸς ἑτέραν αὐτὸν προστάξαιμεν ἐλθεῖν χώραν, ὅ τε πάρεδρος αὐ-

1 Sed et civitatem servabit sine omni tumultu, et seditioni non permittet depopulari rempublicam, fiscaliaque tributa vigilanter et cum iustitia exiget, nec in illis neglegens neque permittens aut publicum aut privatos in aliquo circa propria laedi, utpote super omnes potestatem habens, sive milites sive scriniarii gloriosissimorum praefectorum aut fortissimorum sint magistrorum militum, sive civilem habeant ordinem sive aerarii cingulum, sive maioribus sive minoribus dignitatibus sunt, sive inter sacerdotes ministrent. Unus enim iste omnibus iudex praeponitur tam suae gloriae quam nostrarum legum vel dei prae omnibus memor. Hic itaque publicas functiones per proconsulare officium indeficienter inferre curabit, aerarii vero quaestus per subiectas dudum illi sedi personas offeret, et eis qui ex consuetudine mittuntur a gloriosissimis praepositis sacrorum nostrorum intendens cubiculorum; non valentibus per tempus directis canonicariis ⟨a⟩ gloriosissimo praeposito usque obolum unum accipere aliquid aut nomine consuetudinum aut alterius cuiuslibet causae a temporali summario aut publicas exactiones facientibus aut spectabili proconsule aut officio eius aut his qui vocantur instructores aut praepositis aut alia quacumque persona competenti sacrae nostrae substantiae. Militaris autem manus utrique curae horum auxiliabitur, removebitque potentibus obsecundantes et non sinet praedia devastari et latrociniis affici; neque ipse circumibit ea, sicut pridem faciebant comites. Sed neque loci servatores destinabit, sed locorum defensoribus et qui ex eius officio sunt ad ministerium utitur.

2 Si vero alicubi etiam militibus egeat, ex locis quibus causa vocat adiuvari praecipiat, et isti expensis propriis omnia agant et nihil damnificent subiectos neque expendant aliquid gratis. Sed et ipse his abstinebit utens sumptibus propriis ubicumque fuerit, vel si ad aliam eum praecipiamus venire

1 *Sed etiam urbem servabit ab omni perturbatione liberam, nec seditionem grassari in republica patietur. Ac tributa publica vigilanter et cum iustitia exiget, nihil quod ad ea pertinet neglegens nec permittens ut aut fiscus aut privati ullo in rebus suis damno afficiantur: quippe qui adversus omnes potestatem habeat, sive milites sive scriniarii et gloriosissimorum praefectorum et fortissimorum ducum sint, sive civile officium sive cingulum tamiacum habeant, sive in maioribus sive in minoribus dignitatibus versentur sive inter sacerdotes numerentur. Unus enim hic magistratus omnibus praeerit et suae ipse famae et nostrarum legum et dei ante omnia memor; qui tributa quidem publica per proconsulare officium sine mora inferenda curabit, tamiacos vero reditus per personas illi sedi olim subditas invehet, atque iis quoque operam dabit quae ex consuetudine a gloriosissimis praepositis sacri nostri cubiculi praecipiuntur: ut qui ad tempus a gloriosissimo praeposito emittuntur canonicarii ne unum quidem obolum possint accipere sive consuetudinum nomine sive alius qualiscumque causae a summario qui pro tempore est vel iis qui publicas exactiones faciunt vel spectabili proconsule vel officio eius vel catasceuastis qui vocantur vel praeposito vel alia qualicumque persona ad sacrum nostrum patrimonium pertinente. Militares vero copiae utrique earum curarum subvenient, et satellites potentium repriment nec praedia vastari et spoliari patientur; neque ipse haec praetermittet, sicut priores comites faciebant. At ne vicarios quidem delegabit, sed*
2 *locorum defensoribus et iis qui ex ipsius sunt officio ad ministerium utetur. Sicubi autem militibus quoque ei opus erit, eos qui sunt in locis, ubi necessitas postulat, opitulari iubebit; atque hi sumptibus propriis omnia peragent neque ullo subditos damno afficient neque gratis quicquam consument. Sed et ipse his abstinebit, propriis sumptibus utens ubicumque sit, etiamsi ad aliam provinciam eum venire*

1 τὴν πολλὴν *L* ‖ 4 οὐδὲν] nec (i. e. οὐδὲ) ϛ ‖ 7 ἔχειν *B*[c] ‖ 8 *ὑπάρχων *libri* ‖ 11 εἶεν *Haloander*] εἰσὶν *MLB*ϛ ‖ 13 τῆς τε *om. B* ‖ αὐτὸς *MB*] αὐτῆς *L* ‖ 14 ἁπάντων *LB* ‖ ὃς] hic itaque ϛ ‖ 17 ὑποκειμένων *M*ϛ] ὑποκεκλημένων *L* κεκλιμένων *B* ‖ πρώην ἐκείνῳ *B* ‖ 18 τοὺς *L* ‖ πραττομένοις *B* ‖ 19 παρὰ τοῦ ἐνδοξοτά[τ] πραιποσίτων *L* (παρὰ τοῦ ἐνδοξοτάτου πραιποσίτου *Haloander*) ‖ 23 τι] τε *B* ‖ 26 ἢ τῆς αὐτοῦ τάξεως *B* ‖ 27 πραιποσίτων *L* ‖ 29 τῶν στρατιωτικῶν *L* ‖ 31 πορθεῖσθαί τε καὶ *B* ‖ 32 παρελεύσεται *B*] περιελεύσεται *ML*ϛ ‖ 35 καὶ τοῖς — 37 τῶν τόπων *om. B*[c] ‖ 36 αὐτῶν *L*[a] ‖ δεήσειεν *L*ϛ] δεήσει *M* ‖ 39 οὐδὲν] οὐδὲ *L* ‖ 40 τι *om. M* ‖ 42 *προστάξοιμεν ἐλθεῖν *ML* ἐλθεῖν προστάξοιμεν *B* ‖ τε *om. L*

1 seruauit *T* ‖ 2 seditione *T*, seditionem *Heimbach* ‖ 3 tributa vigilanter et *Osenbrüggen*] et tributa uigilanter *libri* ‖ 5 utpute *V* ‖ 6 potestates *V*[a] ‖ 9 cingulo *libri* ‖ 10 sunt *V*] sint *vulg.* ‖ 11 *leg.* praeponetur? ‖ 12 vel] et *vulg.* ‖ 14 inferri *vulg.* ‖ curauit *V* ‖ 16 offert *libri* ‖ 19 cannonecariis *V* ‖ a *add. vulg.* ‖ usque] usque ad *vulg.* ‖ obulum *V* ‖ 20 consuetudini *V* ‖ 22 summaiorio *V* ‖ 23 aut officio] aut *om. V* ‖ 24 aut praeposito *vulg.*] et praepositos *V*[1] et praepositi *V*[2] *al.* ‖ aut aliquecumque *V* ‖ 26 utraque *libri* ‖ corum *V* ‖ 27 remouitque *libri* ‖ 28 deuastari *vulg.*] deuastare *V* deuallare *T* ‖ affici *vulg.*] offici *T* offitii *V* ‖ 29 fatiebat *V* ‖ 30 sed locorum] sed *om. V* ‖ 31 ad ministerium *vulg.*] ad ministerio *VT* ‖ 32 utetur *vulg.* ‖ 36 locis in quibus *vulg.* ‖ 37 adiuvare *vulg.* ‖ 40 subtilibus *V* ‖ 41 ad *om. V al.*

τοῦ καὶ ἡ λοιπὴ θεραπεία ἀνθυπατιανῶν τε καὶ στρατιωτῶν καὶ εἴ τι τούτοις ἅπασιν οἰκετικόν τε καὶ ἐν ὑποζυγίοις ἕπεται· ἀνάγκην ἐχόντων, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, τῶν στρατιωτῶν, καὶ εἴ τινες κατὰ τοὺς τόπους ἔχουσι, σχολάριοι τυχὸν ἢ δομέστικοι, τοῖς ἐπιτάγμασι πείθεσθαι τοῖς αὐτοῦ, τὸν ἐπὶ τῇ ζώνῃ καὶ τῇ περιουσίᾳ κίνδυνον εὐλαβούμενοι. δίδομεν γὰρ αὐτῷ παρρησίαν καὶ ταύτης αὐτοὺς ἀφαιρεῖσθαι, εἰ μὴ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προσταττομένοις ὑπουργοῖεν, διότι βουλόμεθα τὸν τὴν ἀρχὴν ἔχοντα ταύτην φοβερόν τε καὶ αἰδέσιμον τοῖς ὑπηκόοις καθεστάναι. καὶ γὰρ εἴ τι στρατιώτης ἢ ἀνθυπατιανὸς ἢ σχολάριος ἢ δομέστικος προφάσει τῶν ἐπιταγμάτων τῶν αὐτοῦ ζημιώσειε τὸν ἡμέτερον ὑποτελῆ, τοῦτο προσῆκόν ἐστιν αὐτὸν ἐκ τῶν ἐκείνου σιτήσεων οἰκείῳ κινδύνῳ λαβόντα θεραπεῦσαι τὸν ἠδικημένον. οὐ συγχωρήσει τε παντελῶς οὐδενὶ οὐδὲ τῶν ἐντεῦθεν φοιτώντων ἀδικεῖν τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς.

8 Ἀλλὰ καὶ τὸν τῶν δημοσίων ἵππων δρόμον ἀνεπηρέαστον φυλάξει· οὐδὲν γὰρ ἐξαιροῦμεν τῆς δικαιοδοσίας τῆς αὐτοῦ. καὶ εἴ τις τῶν ἐξ οἱουδήποτε δικαστηρίου πρὸς τὴν χώραν φοιτώντων ἀδικοίη καὶ ὑπὲρ τὸ τεταγμένον ἀπαιτοίη, τοῦτον μετελεύσεται.

provinciam, et assessor eius et reliquum ministerium proconsularium et militum et si quod talia omnia servitium aut in iumentis sequitur; necessitatem habentibus, sicut praediximus, militibus et si qui per loca habitant scholarii forsan aut domestici praeceptis oboedire eius, in cingulo et substantia periculum formidantes. Damus enim ei licentiam et hac eos privare, nisi his quae ab eo praecipiuntur oboediant, eo quod volumus hanc administrationem habentem terribilem et reverendum subiectis consistere. Etenim si quid miles aut proconsularianus aut scholaris aut domesticus occasione praeceptorum eius damnificaverint nostrum collatorem, hoc competens est eum ex illius annonis proprio periculo percipientem mederi laesum: neque permittet penitus ullum nec hinc venientium laedere nostros collatores.

8 Sed etiam publicorum veredorum cursum sine vexatione servabit; nihil enim excipimus iurisdictione eius. Et si quis ex quocumque foro ad provinciam venientium laeserit et ultra quam constitutum est exegerit, hunc castigabit.

CAPUT VIII.

Φροντιεῖ δὲ καὶ τῆς πόλεως καὶ τῶν καλουμένων σιτωνικῶν καὶ τῶν ἔργων τῶν αὐτῆς, καὶ παρασκευάσει κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον συγγράφεσθαι τοὺς λογισμοὺς καὶ δαπανᾶσθαι καὶ τὰ ταμειακὰ καὶ πολιτικά. Καὶ εἴ τινα εὕροι τούτων τῶν τὰς συνήθεις δῆθεν ἐμφανεῖς καθιστώντων προστάξεις, ὅτι τις ἀφαιρεῖται τοῦ ὕδατος τοὺς ὁλκούς, ἢ ὅπως τὰ περὶ τὸ τεῖχος διάκεινται, ἢ εἴ τινες εἰσὶ γέφυραι κατὰ τὴν χώραν ὁδοί τε ὅσαι, καὶ εἴ τις ἄλλη τοιαύτη κατὰ τὸ πάλαι κακῶς πολιτευσάμενον καθέστηκε πρόφασις, καὶ τοῦτον ἀπελάσει πάντως τῆς χώρας, οὐ συγχωρῶν αὐτῷ οὔτε ἐμφανῆ τοιαύτην καταστήσασθαι πρόσταξιν οὔτε κέρδος τι παντελῶς ἐκεῖθεν λαβεῖν. εἰ γάρ τινα συνίδοιμεν ἐποψίαν γενέσθαι, ταύτην ἡμεῖς θείῳ πραγματικῷ χρώμενοι τύπῳ πρὸς τὸν τὴν ἀρχὴν ἔχοντα ταύτην καὶ τῷ σῷ περὶ τούτων θρόνῳ κοινούμενοι τὸ πρᾶγμα διαθήσομεν, ὥστε μηδενὶ τὰς τοιαύτας ἀργυρολογίας βατάς τε καὶ ἐπιδρόμους ῥᾳδίως γίνεσθαι. ὁ δὲ τὴν ἀρχὴν ἔχων μάλιστα μὲν

Curam habebit autem et civitatis et frumentorum appellatorum et operum eius, et procuret secundum nostram legem conscribi ratiocinia et expendi et quae aerarii sunt et civilia. Et vel si quem invenerit horum qui quasi solita insinuant praecepta, vel quia aliqui privat aquis aquaeductus, aut quomodo quae circa muros sunt consistunt, aut si qui sunt pontes in provincia et viae quaecumque, et si qua alia huiusmodi olim male disposita constituta ⟨est⟩ occasio, et hunc eicere omnino foras provinciam, non permittens eum neque insinuare huiusmodi praeceptionem nec lucrum aliquod penitus inde percipere. Si enim quandam perspexerit quidem inspectionem fieri, hanc nos divino pragmatico utentes typo ad eum qui administrationem hanc habet et tuae de hoc sedi communicantes causam disponimus, ut nulli tales pecuniae collectiones ingressibiles et incursibiles facile fiant. Qui autem administrationem habet maxime quidem per se omnia prohibebit; si

iubeamus, et assessor eius et reliquum ministerium et proconsularium et militum et si quod eos omnes mancipium vel iumentum sequitur: quoniam necesse habent, sicuti diximus, milites et si qui alii in locis illis versantur, scholarii forte vel domestici, praeceptis eius obtemperare, in cingulo et bonis periculum veriti. Damus enim illi licentiam etiam haec iis auferendi, nisi iussis eius operam dent, quia eum qui magistratum hunc gerit et metuendum et venerabilem subditis esse volumus. Etenim si quid miles sive proconsularis sive scholarius sive domesticus nomine mandatorum eius unum ex subditis nostris laeserit, hoc par est eum ex illius annonis proprio periculo auferre et mederi ei qui iniuriam passus est. Neque cuiquam omnino ne eorum quidem qui hinc proficiscuntur subditos nostros iniuria afficere permittet.
8 *Sed etiam cursum publicorum equorum illibatum custodiet; nihil enim ab eius iurisdictione excipimus. Et si quis eorum qui ex qualicumque iudicio in provinciam veniunt, iniuriam faciat et ultra id quod constitutum est exigat, in eum animadvertet.*

VIII. *Prospiciet vero civitati quoque et sitonicis quae vocantur operibusque eius, atque secundum legem nostram rationes perscribendas et tam tamiaca quam civilia consumenda curabit. Et si quem inveniat ex iis qui solitas illas iussiones insinuant, quia quis aquae ductus avertat, vel quo in statu muri sint, vel an qui pontes sint in provincia quotve viae, vel si qua alia est causa talis secundum ea quae olim perperam usu veniebant, hunc quoque omni modo e provincia expellet, neque permittens ei ut talem iussionem insinuet neque ut quicquam omnino lucri inde accipiat. Nam si placuerit nobis inspectionem quandam fieri, eam nos sacra pragmatica sanctione usi ad eum, qui magistratum hunc gerit, cum tua quoque sede de his re communicata, ipsi disponemus, ut nemini eiusmodi pecuniae exactiones proclives et expeditae temere fiant. Is vero qui magistratum gerit, maxime quidem per se omnia prohibebit,*

1 τε *om.* B ‖ 2 τούτοις MB] τοιούτοις Lς ‖ οἰκετικῶν B ‖ 5 ἔχουσι] εἰσὶ *Hombergk male* ‖ 8 αὐτῶν παρρησίας L[a] ‖ 9 πραττομένοις B ‖ 12 εἴ τι *dedi ex* ς] εἴτε *libri* ‖ ἀνθυπατιακὸς M ἀνθυπατικὸς LB ‖ 14 ὑμέτερον M ‖ τούτῳ B ‖ 17 οὐδὲ] οὐδὲν B ‖ 25 περισκευάσει L ‖ 26 νόμον] *Cod.* 1, 4, 26 ‖ 27 καὶ τὰ πολιτικά B ‖ 28 καὶ] κἂν Bς ‖ 29 πράξεις LB ‖ ὅτι] ὅτε B vel quia (*i. e.* ἢ ὅτι) ς ‖ 34 ἀπελάσει M] ἀπελᾶσαι LBς ‖ 35 *sq.* *οὐδὲ — οὐδὲ *libri* ‖ 36 τι] τίς L ‖ 37 συνίδοιμεν] perspexerit quidem (*i. e.* συνίδοι μὲν) ς ‖ 39 περὶ τούτου θρόνῳ κινούμενοι B[c]

2 proconsularium] eiussularium *V* ‖ si quo *V* ‖ 3 sequitur *vulg.*] requiritur *libri* ‖ 7 ei] eis *V* eius *T* ‖ 8 hac] haec *V al.* ‖ priuari *libri* ‖ 10 reuerenda *T* reuenda *V* ‖ 11 prooonsularius *vulg.* ‖ 14 est *om.* *V* ‖ 15 permittit *libri* ‖ 18 ueridorum *V* uerendorum *T* ‖ 19 iurisdictionem *T al.* ‖ 20 si *om.* *V* ‖ 22 exegerint *V* ‖ 24 autem habebit *T al.* ‖ 26 legem nostram *T al.* ‖ 30 si qua *V*[a] ‖ 31 pontes] potentes potentes (*sic*) *V* ‖ 32 alius *V* ‖ deposita *V* ‖ constituta *libri*] constitit *vulg.* est *addidi* ‖ 34 promittens *V* ‖ 36 perspexerit] si perspexerit *V* ‖ inspexione *V* inscriptionem *T* ‖ 38 habeat (habe•t *V*[a]) *V* ‖ 39 disponemus *vulg.* ‖ ut *vulg.*] et *libri* ‖ 42 prohibeat *V*[a]

οἴκοθεν πάντα κωλύσει· εἰ δέ τινος καὶ σφοδροτέρου δεηθείη, μηνύσει τε πρός τε τὴν σὴν ὑπεροχὴν πρός τε τὸν ἐνδοξότατον πραιπόσιτον πρός τε τοὺς ἄλλους πανευφήμους ἄρχοντας, οἷς τίς ἐστι πρὸς τὸ πρᾶγμα μετουσία, πρός τε ἡμᾶς αὐτούς· ἡμεῖς τε αὐτῷ τὸ
1 πρακτέον ὑφηγησόμεθα. Σανίδας δὲ ἀνατίθεσθαι κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἧς ἄρχει προσηγορίαν τινῶν ἐχούσας, ἐξῃρημένης τῆς βασιλείας καὶ τοῦ ταμείου, κωλύσει τοσοῦτον ὥστε καὶ δημοσίαν ποιεῖν τὴν οὐσίαν τῶν τοιοῦτό τι πράττειν ἐπιχειρούντων καὶ χειρῶν ἀφαιρεῖσθαι τοὺς ταύτας ἐπιτιθέντας, εἰ παρόντες αὐτοὶ τολμῷεν, εἰ δὲ οἱ τῶν ἀπόντων προνοοῦντες, μεγάλαις ἐκείνους ὑποθήσει βασάνοις. τοὺς μέντοι τίτλους ὅστις δήποτε τολμήσειεν εἴτε παρὼν εἴτε ὑπὲρ ἀπόντος πράττων ἀναθεῖναι, καθελὼν εὐθὺς περιρρήξει ταῖς τῶν ἀναθέντων κεφαλαῖς, εἰδὼς ὡς, εἰ ταῦτα μαθὼν ῥᾳθυμήσειεν, αὐτὸς ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ πράγμασι τῆς δημεύσεως αἰσθήσεται.

vero aliquid etiam vehementius indiguerit, nuntiabit et ad tuam celsitudinem et ⟨ad⟩ gloriosissimum praepositum et ad alios famosissimos nostros iudices, quibus aliqua est ad causam participatio, et ad nos ipsos, nosque ipsum quod agendum est explanabimus.
1 Titulos autem imponi in provincia cui praeest appellationem aliquorum habentes, excepto imperio et aerario, prohibebit in tantum, ut etiam fisci faciat substantiam aliquid tale agere nitentium et manus auferat horum qui eos imponunt, si praesentes ipsi praesumpserint; si vero absentium rectores, magnis illos subdat verberibus. Titulos autem quicumque praesumpserit sive praesens sive pro absente agens imponere, deponens mox infringet imponentium capitibus, sciens quia, si haec agnoscens neglexerit, ipse in suis rebus publicationem sentiet.

CAPUT IX.

Τῶν δικῶν δὲ ἐπιμελήσεται σὺν πάσῃ συντονίᾳ, καὶ οὐκ ἐάσει τὸ γεωργικὸν καθάπερ μέχρι νῦν ἀδικεῖσθαι· οὐδὲ ἐνοχλήσουσιν ἡμᾶς ἔτι Καππαδόκαι πολλὰ βοῶντές τε καὶ προσκυνοῦντες καὶ ὀδυρόμενοι, ἀλλ' αὐτὸς αὐτοῖς διαιτήσει. ἡμεῖς γὰρ εἴ τινα ἴδοιμεν ἐλθόντα ὃς οὐ πρότερον αὐτῷ τὰ οἰκεῖα προσωδύρατο πάθη, τοῦτον αὖθις ἐπὶ τῆς χώρας σὺν ἀτιμίᾳ στελοῦμεν, διότι τὸν ἄρχοντα καταλιπὼν εὐθὺς ἔδραμε πρὸς ἡμᾶς. εἰ δὲ οἱ μὲν προσίοιεν καὶ λέγοιεν τοὺς ἀδικοῦντας, αὐτὸς δὲ ἐκδεδιῃτημένος ἤδη καὶ τρυφῶν οὐκ ἐπιστρέφοιτο τῶν λόγων, ἀλλ' οἰμώζειν τοὺς ἱκετεύοντας καταλιμπάνοι, οἱ δὲ ἀναγκασθεῖεν τρέχειν εἰς ἡμᾶς, καὶ μάλιστα εἰ γυναῖκες εἶεν, ἡμεῖς τε μάθοιμεν ὡς οἱ μὲν προσῆλθον ὁ δὲ οὐκ ἠμύνατο, τὸ πρᾶγμά τε εὐθὺς ὑποπτεύσομεν ὡς ἢ διὰ κέρδος ἢ διὰ χάριν ἢ διὰ θεραπείαν τινῶν γενόμενον, ἑαυτούς τε αὐτῷ παντοίως ἀντιστήσομεν, καὶ τριπλῆς αὐτῷ τῆς ἀρχῆς οὔσης τριπλασίονα καὶ τὴν ἀντίστασιν ἕξει, πολεμοῦντος αὐτῷ τοῦ δικαίου τε καὶ ἡμῶν καὶ
1 τῶν νόμων. Ἅπερ αὐτὸν προσήκει δεδιότα καὶ τῶν ἡμετέρων παραγγελμάτων ἀναμιμνῃσκόμενον, ἅτινα

Causarum vero diligentiam habebit cum omni constantia, nec sinet agricolas sicut hactenus laedi, nec molestabunt nos ulterius Cappadoces multum clamantes et adorantes atque ingemiscentes, sed ipse eis iudicabit. Nos enim si quem viderimus venientem, qui suas ei non prius defleverit passiones, hunc rursus ad provinciam cum contumelia dirigimus, eo quod iudicem relinquens mox currit ad nos. Si vero illi quidem adierint et dixerint violentos, ille autem iudex et epulator non susceperit verba, sed gemere supplicantes dimiserit, illi vero coacti recurrant ad nos, et maxime si mulieres sint, nosque discamus quia illi quidem adierunt, ille vero non iuvit, causam statim suspicabimur quia propter lucrum aut propter gratiam aut propter medelam aliquorum factum est, nosque ei omnibus modis resistemus, et cum triplex etiam administratio sit, triplicem contrarietatem habebit, rebellante ei iustitia et nobis et legibus.

1 Quae eum decet metuentem et nostra praecepta rememorantem, quae ei dabimus cum administratio-

quodsi qua potestate graviore indigeat, nuntiabit rem et tuae sublimitati et gloriosissimo praeposito et reliquis celeberrimis magistratibus, qui aliquo modo rei participes sunt, et nobis ipsis, nosque ei quid fa-
1 *ciendum sit explanabimus. Tabulae autem quominus proponantur in provincia cui praeest nomina quorundam exhibentes (excepto imperio et aerario) adeo prohibebit, ut et bona eorum qui quid eiusmodi facere conentur publicet et manus abscindat iis qui eas imposuerunt, si praesentes ipsi id ausi sint; sin absentium procuratores, gravibus eos cruciatibus subiciat. Ipsos vero titulos quisquis affigere ausus sit sive praesens sive pro absente agens, sublatos statim in capite eorum qui eos proposuerunt confringet, sciens se, si haec cognita neglexerit, in suis ipsum rebus publicationem esse experturum.*

IX. *Litibus vero cum omni animi contentione curam adhibebit, nec patietur agricolas sicut usque adhuc iniuria affici; neque Cappadoces nobis amplius negotia facessent multa clamantes et supplicantes et conquerentes, sed ipse iis ius dicet. Nos enim si quem videamus venire, qui non prius illi iniurias suas conquestus sit, hunc rursus cum ignominia in provinciam mittemus, quoniam magistratu praeterito statim ad nos cucurrit. Si vero illi quidem ipsum adeant eosque qui iniuriam sibi intulerint nominent, ipse vero iam licentius vivens ac luxuriae deditus non advertat animum ad sermones eorum, sed supplices plorare sinat, iique ad nos currere cogantur, praesertim si mulieres sint, nosque cognoscamus eos quidem adiisse, ipsum vero opem non tulisse, eam rem statim suspicabimur vel propter lucrum vel propter gratiam vel propter beneficium quorundam factam esse, nosque ipsos illi omnibus modis opponemus, et cum triplicem potestatem gerat, triplicem quoque oppositionem habebit et iure et nobis et legibus ei repugnantibus.*
1 *Quae quidem veritum eum et memorem praeceptorum nostrorum, quae illi cum magistratus insignibus*

2 *πρός τε τὴν LBς*] *πρὸς τὴν M* ‖ 4 *ἄρχοντας*] nostros iudices *ς* ‖ 5 *αὐτῷ*] ipsum (*i. e. αὐτὸ*) *ς* ‖ 15 *περιρρήξει ML* ‖ 16 *εἰδῇς L* ‖ 19 *δικαίων L* ‖ *πᾶσι L* ‖ 23 *ἴδωμεν B* ‖ 26 *στελλοῦμεν ML* ‖ 28 *ἤδη om. ς* ‖ 30 *καταλιμπάνει B* ‖ 33 *ὡς ἢ*] *ἢ om. ς* ‖ 34 *ἑαυτούς τε αὐτῷ LB(ς)*] *ἐπαυτοὺς τὲ αὐτὸν M* ‖ 37 *ἡμῶν καὶ om. B*

2 ad *supplevi* ‖ 3 famossimos *V* ‖ 4 aliqua *vulg.*] aliqui *V al.* aliquid *T* ‖ partipatio *V*¹ ‖ 5 explanauimus *libri* ‖ 6 titulus *T al.* ‖ 7 appellationum *libri* ‖ 10 auferat *vulg.*] offerre *libri* ‖ 11 magni *V* ‖ 13 praesumpserint *T* ‖ 14 infringere *T* infringe *V* ‖ 22 et adorantes *om. V* ‖ 23 si quem *T al.*] si quidem *V* ‖ 24 suam *V*ᵃ ‖ *ei non] ei oīo (*i. e.* omnino) *V* enim *T al.* ‖ defluerit *V* ‖ 25 cum *V*] *om. T. al.* ‖ contumeliam *VT* ‖ *eo] et *libri*, *om. vulg.* ‖ 27 illi *om. V* ‖ quidem *vulg.*] qui *libri* ‖ adiecerint *V* ‖ uiolentes *V* ‖ 31 iuvit] iubet *libri* (iuvet *Beck*) ‖ 32 suspicauimus *libri* ‖ lucrum aut propter *om. V* ‖ 33 facta *vulg.* ‖ 34 resistimus *V* ‖ 35 etiam *V*] et *al.*, *om. T* ei *vulg.* *An* etiam *collocandum post* triplicem? ‖ fit *V* ‖ 36 rebellante] reuelantes *T al.* releuantes *V* ‖ iustitiam (iustiniani *V*) *libri* ‖ 38 nostram *V al.* ‖ praeceptam *V*ᵃ ‖ 39 rememorantem] rememorare *V* memorare *T al.* memorantem *vulg.*

δώσομεν αὐτῷ σὺν τοῖς τῆς ἀρχῆς συμβόλοις (ἐκάλουν δὲ ταῦτα καὶ οἱ πάλαι μανδάτα πριγκίπις), πάντα πράττειν κατὰ τὸν ἡμέτερον σκοπόν, γνώμης τε ἰσότητι καὶ καθαρότητι χειρῶν χρώμενον καὶ δικαιοσύνην τιμῶντα, ἧς οὐδὲν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἰσχυρότερόν τε καὶ κάλλιον οὐδὲ οἰκειοῦν θεῷ τε καὶ βασιλεῖ μᾶλλον δυνάμενον. ὄντα γὰρ αὐτὸν τοιοῦτον καὶ οὕτω παρ' ἡμῶν μαρτυρούμενον μόνον ἅπαντα πράττειν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν βουλόμεθα, οὐδὲ δικῶν ἑτέρου τινὸς ἀκροωμένου, οὔτε ἡμῶν ῥᾳδίως αἱρησομένων ἑτέρῳ τινὶ παραπέμπειν αὐτὰς οὔτε ἐκπεμψόντων τινὰς ἢ προφάσει τοῦ βίας κωλύειν ἢ κατ' ἄλλην οἱανουνδήποτε αἰτίαν· πρὸς τῷ κἂν εἴ τι τοιοῦτο μέχρι νῦν γέγονεν ἢ ἐκ θείων ἡμετέρων τύπων ἢ ἐκ προστάξεων ἀρχικῶν, τοῦτο πᾶσι σχολάζειν τρόποις, αὐτοῦ τὴν ὅλην ἀναλαμβάνοντος τῆς ἐπαρχίας διοίκησιν καὶ ἑτέρῳ πάροδον ἔχειν παντελῶς οὐ συγχωροῦντος.

nis codicillis (vocabant autem haec veteres mandata principis), omnia celebrare secundum nostram intentionem, et voluntatis aequitate et puritate manuum utentem et iustitiam honorantem, qua nihil inter homines est fortius atque melius nec commendando deo ac principi magis valens. Talem enim eum extantem et ita a nobis testimonium habentem solum omnia agere in provincia volumus, nec causas altero aliquo audiente nec nobis facile eligentibus eas alteri cuiquam delegare neque dirigentibus aliquos aut occasione violentias prohibendi aut per aliam quamlibet causam; insuper et si quid tale hactenus gestum est aut ex sacris nostris formis aut ex praeceptis iudicialibus, hoc omnibus vacare modis, ipso totam suscipiente gubernationem provinciae et alteri accessum habere penitus non sinente.

CAPUT X.

Καὶ ταύτην δὲ δὴ τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸ τῶν ἀνθυπάτων ἴδιον ἐν ταῖς περιβλέπτοις τίθεμεν. Καὶ τάς γε ἐκκλήτους τὰς παρ' αὐτοῦ τὴν σὴν ὑπεροχὴν ἅμα τῷ ἐνδοξοτάτῳ κοιαίστωρι τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου κατὰ τὸ τῶν consultation*ων σχῆμα κρίνειν βουλόμεθα. εἰ δέ τις ἐξ ἑκατέρας Καππαδοκίας δίκη πεντακοσίων ἐλάττων χρυσῶν ἐφέσιμος γένηται, εἴτε ἐξ ἡμετέρας κελεύσεως ὁ δεδομένος εἴη δικαστὴς εἴτε ἔκ τινος ἀρχῆς, ὡς μέντοι μὴ περίβλεπτον αὐτὸν καθεστάναι, ταύτης αὐτὸς ὁ περίβλεπτος ἀνθύπατος ἀκροάσεται κατὰ τὸ τοῦ θείου δικαστοῦ σχῆμα καὶ κατὰ τὸ θεῖον ἀκροατήριον. δίκαιον γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο δίδομεν καὶ κοσμοῦμεν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν προνομίᾳ τοσαύτῃ, ὅσην οὐδεὶς μέχρι καὶ νῦν ἐν Καππαδόκαις τεθέαται. Ἔστω τε οὖν δίκαιος καὶ ὑψηλογνώμων, καὶ εἰς ἡμᾶς τε καὶ τὸν νόμον ὁρῶν, καὶ γινώσκων ὡς εἰ μὲν ταῦτα τηροίη, μενεῖ τε ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἐπὶ μακρὸν καὶ διαδέξεταί γε αὐτὸν ἴσως ἑτέρα μείζων ἀρχή· τῶν δὲ ἡμετέρων ἀμελήσας κελεύσεων καί τινας τῶν δυνατῶν, ἀλλ' οὐ τὸν νόμον καὶ ἡμᾶς θεραπεύων θᾶττόν τε ἐκπεσεῖται τῶν δοθέντων καὶ τὸ λοιπὸν ἐν κατεγνωσμένοις ἔσται, τῆς ἡμετέρας φανεὶς ἀνάξιος κρίσεως.*

Hanc quoque administrationem secundum proconsulum speciem inter spectabiles ponimus; et appellationes quas ••• tuum culmen una cum gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii secundum consultationum schema audire volumus. Si qua vero ex utraque Cappadocia causa quingentorum minor aureorum sub appellatione fiat, sive ex nostra iussione datus sit iudex sive ab aliquo cingulo (ut tamen non spectabilis sit), hanc ipse spectabilis proconsul audiet secundum divini iudicis schema et secundum sacrum auditorium. Ius enim ei etiam hoc damus et decoramus eius cingulum privilegio tanto, quantum nullus hactenus in Cappadocibus inspexit. Sit ergo iustus et excelsae sententiae et ad nos legemque respiciens, quia si quidem haec observet, manebit in cingulo longius et suscipiet eum merito aliud potius; nostras autem neglegens iussiones et aliquos potentium et non nostras leges et nos curans citius amittet quae data sunt, et de cetero in reprehensibilibus erit, nostro apparens indignus iudicio.

---

dabimus (veteres autem ea mandata principis vocabant), omnia secundum nostrum consilium peragere decet, ut et voluntatis aequitate et manuum puritate utatur et iustitiam honoret, qua nihil est inter homines fortius atque pulchrius quodque commendare deo et imperatori magis valeat. Talis enim cum sit et tale a nobis testimonium habeat, omnia eum in provincia solum peragere volumus, ut ne lites quidem alter audiat: nos enim neque facile animum inducemus alteri eas delegare neque quosdam emittemus aut vim cohibendi nomine aut alia qualicumque de causa: praeterea etiamsi quid eiusmodi adhuc vel ex sacris nostris sanctionibus vel ex mandatis magistratuum factum sit, hoc omnibus modis irritum fiat, cum ipse integram provinciae administrationem suscipiat neque alteri aditum ullo modo concedat.

Sancimus itaque omnes huiusmodi creditores, quantumcumque modum vel tritici vel hordei vel aliae speciei quae in fructus aridos est dederint, hoc reddito in praesenti cum parte modii octava pro singulo modio in unoquoque anno praestanda terrulas colonis restituere; nemine penitus eorum audente terrulas detinere sub occasione feneraticiae cautionis, sive in scriptis sive sine scriptis credita sunt contracta; si autem pecunias dedit, nihil amplius quam unam siliquam pro singulo solido annuam praestare. Et hanc saluberrimam legem in omnes extendimus, ex praesenti quidem tempore initium accipientem, in omne autem aevum modis omnibus observandam, ut si quando fuerit vel triticum vel hordeum feneratum vel alii aridi fructus, creditores tam quod dederunt accipientes quam pro usuris octavam modii partem annuam pro singulis modiis, vel siliquam pro singulo solido (et secundum hunc modum in quantum fenus permanserit) percipientes, sive terrulas sive aliud pignus acceperunt, boves forte vel pecora vel mancipia, haec modis omnibus reddere; et hanc legem communem omnibus esse, humanitate et pietate gaudentem et omnibus egenis consulentem et creditoribus mediocre solacium adferentem.

⟨Epilogus.⟩ Haec igitur quae a nobis statuta sunt claritas tua in omni provincia quae tuo moderamine gubernatur observare festinet: scituris omnibus creditoribus quod, si aliquid praeter haec commiserint, exactione cadant, et cui fenus ablatum est hoc habebit solacium, ut ipse quidem securus degat, avarum autem creditorem videat in suis pecuniis patientem iacturam.

Dat. XVII. k. Iul. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

---

1 ℞ XXX·VI. Nullum *cet.* *V* ‖ 2 *sq. in appendice Iuliani rubrica est* Ut nulli liceat mutuanti (multuanti *Iul.*^{v}) agricolae terram ipsius tenere et quantam usuram accipiat (quartam usuram accipiat *Iul.*^{v} quantum usurae accipiat *vel* accipiant *Iul.*^{wc} *al.*, in *Iul.*^{b} *verba inter* agriculae *et* (acc)ipiant *margine detrito deleta sunt*) ‖ 4 *inscr. om. app. Iul.* ‖ agerutio *libri* ‖ v. c.] uicario *R* c̄ (*antea spat. vac.* 4 *litt.*, *in quo* ⁊ *scripsit* V^2) *V*, uic. *al.* ‖ praesidi emimontis *V al.* praesidie minoris *R* ‖ 5 dura atque inhumana *Iul.*^{c} duram ///////am *Iul.*^{b} ‖ et quae — avaritiam fit] et auaritiae (abaritiae *Iul.*^{b} auaritia *Iul.*^{v}) plenam *Iul.*^{bvw} ‖ inpietate R^1 ‖ sit *R* ‖ lege saluberrima (legem saluberrimam *Iul.*^{v}) perspeximus, *omisso v.* sanare *app. Iul.* ‖ 6 cummunem *Iul.*^{b} commune *Iul.*^{wc} ‖ praesentis] praesenti *VR*(²) *Iul.*^{v} ‖ praesenti — 8 fecisse *scr.* R^2 *in ras.* 3 *vv.* ‖ necessario *app. Iul.* ‖ 7 omni aevo] omne uero V^1 ‖ in misia *RV*] inmissi ad *Iul.*^{bv} amissa *Iul.*^{c} ‖ secundam *Iul.*^{v} ‖ provincia quam administras *om. app. Iul.* ‖ 8 aministrans *R* ‖ auare *RTV*^{2}] auare uel adire V^1 audere (*om. Iul.*^{c}) *app. Iul.* ‖ necessitate temporum *Iul.*^{c} ‖ necessitatem *Iul.*^{vw} ‖ capta *Iul.*^{bv} captam *Iul.*^{w} ‖ quosdam] quos *app. Iul.* ‖ feneratiquos *Iul.*^{v} ‖ contractos *Iul.*^{bvw} ‖ pauca V^1 ‖ pauca mensura *Iul.*^{c} de pauca mensura *Iul.*^{w} ‖ 9 fructum *Iul.*^{bvw} fructu non *Iul.*^{c} ‖ totas *app. Iul.*] *om. RVT vulg.* ‖ tota terrula *Iul.*^{c} ‖ adtraxisse *Iul.*^{v} ‖ ex *om. app. Iul.* ‖ hec *Iul.*^{vwc} ‖ 10 alios] et alios *V* ‖ fames *Iul.*^{w} ‖ nocitos *Iul.*^{b} nectitos *Iul.*^{v} ‖ et *om. Iul.*^{c} ‖ tristissima peste *Iul.*^{vc} ‖ homines pestem *V* ‖ incussione *Iul.*^{bw} ‖ barbaricae *Iul.*^{b} barbaricam *Iul.*^{vwc} (*in hoc verbo des. Iul.*^{v} *foliis aliquot deperditis*) ‖ 11 minore R^1 *Iul.*^{bc} ‖ 12 quantocumque *Iul.*^{c} ‖ modum (modo *Iul.*^{c}) *app. Iul.*] *om. RVT vulg.* ‖ ordei *libri* ‖ aliam *R* ‖ 13 specie *R Iul.*^{w} ‖ quae] que R^1 si que *V om. Iul.*^{w} ‖ in fructus (fructos *Iul.*^{bc1}) aridos *libri*] in fructibus aridis *vulg.* inter fructus aridos *coni. Contius* ‖ est] continentur (al. est *s. v.* V^2) *V*, *om. Iul.*^{bc1} ‖ dederunt *R* dederit *al.* ‖ credito *Iul.*^{bw} ‖ partem modii *Iul.*^{c} partem hodii *Iul.*^{b} patre medii V^1 ‖ octauo R^1 ‖ 14 anno *om.* *V* ‖ praestanda *cet.*] nda terrulas — 16 et hanc *scr.* R^2 *in ras.* 4 *lin.* ‖ coloni *Iul.*^{bw} ‖ audeant *Iul.*^{c} ‖ 15 detinere] et tenere *Iul.*^{b} ‖ cautiones *Iul.*^{w} ‖ in *om. Iul.*^{b} ‖ siue sine scriptis *post* contracta *coll. Iul.*^{c} ‖ si *V Iul.*^{bc}] sin *R*(²) *vulg.* et *Iul.*^{w} ‖ 16 per singulos solidos *Iul.*^{c} ‖ annuo *Iul.*^{bw} ‖ 17 praesentis *Iul.*^{c} ‖ accipiente *Iul.*^{b} ‖ omne autem aevum] omni autem euo *Iul.*^{b} omni aeuo *Iul.*^{c} o *cum spatio* 7 *fere litt.* *R* ‖ 18 fuerint *Iul.*^{b} ‖ ordeum *libri* ‖ funeratum R^1 ‖ arridi *V* andri R^1 ‖ aridi — 19 tam *et* m pro usuris octa *in Iul.*^{b} *margine detrito deleta sunt* ‖ 19 derunt *Iul*^{c1} erunt *Iul.*^{w} ‖ octaua modii parte *app. Iul.* ‖ annua *Iul.*^{c} annuam *om.* R^1 ‖ 20 siliquas *Iul.*^{c} si aliquam V^a ‖ solido] sing *cum spatio* 2 *litt.* V^1 ‖ farnus permanserint *Iul.*^{b} ‖ 21 acciperunt *Iul.*^{b} acciperint *Iul.*^{w} ‖ forte] q̃q̃ *Iul.* ‖ peccora *V* peccoras *Iul.*^{wc} ‖ mancipias *Iul.*^{c} ‖ 22 hanc] hec *Iul.*^{bc1} ‖ cummunem *Iul.*^{b} ‖ humanitatem *Iul.*^{w} ‖ 24 in omnes prouincias *et* 25 gubernantur *app. Iul.* ‖ moderamine *om. Iul.*^{w} ‖ 25 festinent *Iul.*^{c} ‖ quod si] ut si forte *app. Iul.* ‖ haec] hoc *R Iul.*^{b} ‖ comiserint *Iul.*^{b} miserit *Iul.*^{c} ‖ 26 exactione *Contius*] et actione (actionem R^1 accidē V^a) *libri* ‖ cadat *Iul.*^{w} cadent *Iul.*^{b} *vulg.* ‖ cui] cō *Iul.*^{c} ‖ fenus] penitus *app. Iul.* ‖ solutum R^1 ‖ ut] ut et *R* ‖ securus degat auarum *V vulg.*] secutus delat (degat c^3) auarum *Iul.*^{bc} secutus delata uero *Iul.*^{w} degat securus auarum (delatarum R^2 aurum T^1) *RT* ‖ 28 *subscr.* die XVIII. k. iul. *Iul.*^{w}, dat. v. kal. mart. constant. bilisario uiro clar. c. *T*, *om. cett.*, *ἐξεφωνήθη δὲ ὡσαύτως μηνὶ ἰουλίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.*, *om. Ath.* (*cf. p.* 240, 18. 31)

XXXV. Auth. XXXVII

℞ DE ADIUTORIBUS QUAESTORIS ℞

Idem A. Triboniano quaestori.

Inter viros devotos memoriales tam sacri nostri scrinii memoriae quam epistolares nec non libellenses et adiutores viri excelsi pro tempore quaestoris multas dubitationes scimus esse emersas temporibus Thomae gloriosissimae recordationis, cum is quaestoriam nuper tam sacri scrinii memoriae quam epistolarum gubernabat censuram, adiutoribus quidem asserentibus in scrinio quidem memoriae duodecim esse antiquitus adiutores, in aliis autem duobus scriniis, id est sacrarum epistolarum et sacrorum libellorum, in unoquoque septenos numero; sed postea sic effusam esse licentiam, ut innumerabiles paene adiutores extarent temporibus Iohannis viri magnifici quaestoris, cum per prolixum tempus tale gessisset officium;
1 et Proculum excelsae memoriae de confusione adiutorum imperiali culmini suggessisse, et divino nutu sacram constitutionem esse promulgatam, qua cavetur antiquo, id est XXVI, numero tantummodo quaestoris adiutores concludi et non licere alium subrogari, donec in praedictum numerum agmen adiutorum redigatur, omnibus superfluis paulatim deminutis: licentia primatibus tantummodo adiutoribus data in sua loca alios subrogandi, id est in scrinio quidem memoriae tertium [primum] locum optinenti et laterculensis nomen ineunti, in aliis autem duobus scriniis, id est epistolarum et libellorum, in secundum gradum venientibus et melloproximatum ingredientibus, ut hi tantummodo licentiam haberent alium sibi subrogare.
2 Posteaque eundem prudentissimae memoriae virum bene existimasse multos inveniri, qui non possint propter varias difficultates quae humano generi positae sunt per se divina ministeria peragere, et iterum verbo ad imperiale fastigium suggessisse, et pragmaticam subsecutam esse sanctionem, quatenus liceret et eis alium in suum locum subrogare hominem idoneum ad tale ministerium peragendum et condignum quaestoris
3 electione atque a pro tempore quaestore eandem licentiam accipientem. Et haec quidem esse subsecuta temporibus Proculi magnificae memoriae; verum opus quaestorium transivisse, et tunc ex altercationibus quorundam memorialium eandem licentiam per aliam constitutionem esse sublatam, ut nemini liceat in suum locum alium subrogare, ne quasi venalitas et sordidum mercimonium versari videretur inter homines qui sacrae vocis nostrae ministri esse noscuntur: tribus tantummodo exceptis quibus supradicta constitutio huiusmodi praestitit licentiam.
4 Cum igitur in praesenti comperimus eos, qui confectioni legum a nobis elimatarum et in ordinem per tuam excellentiam digestarum suum ministerium praebuerunt, dignos esse fungi adiutoris officio, quamvis cordi nobis est praedictum adiutorum numerum in sua stabilitate decurrere, tamen eos idoneos con-
5 stitutos huiusmodi spe defraudari nullo modo iustum esse aestimamus. Pragmaticam itaque sanctionem, quae a Proculo quidem excelsae memoriae rite est inventa et ad imperiale culmen relata est et ex hoc promulgata, postea autem per quorundam contentiosam instantiam sublata, renovamus et licentiam damus omnibus XXVI adiutoribus in sua loca alios subrogare, idoneos tamen et quos pro tempore quaestor sacrosanctis evangeliis propositis elegerit et mandata eis in scriptis praestiterit, ut centenis solidis tantummodo datis habeant licentiam homines praedicto opere digni iudicati in deficientium vel alio modo desistentium loca pervenire et adiutoris officium peragere. His qui in tribus gradibus, id est in scrinio quidem memoriae laterculensis, in aliis autem duobus melloproximi ascenderint, etiamsi inter viginti et sex ad-
6 iutores taxati non fuerint, licentiam habentibus in sua loca adiutores inferre: ita tamen, ut tam laterculensis quam melloproximi licentiam habeant quanti potuerint tanti loca sua vendere, cum iniquum est his quibus nihil a nobis additum est aliquid derogare; nam et ante hanc legem permissum erat eis suum officium in alios transferre. Hi itaque et venditionis ius habeant et quanti potuerint pacisci tanti et vendant: aliis autem, quibus ius venditionis praestitimus, non ultra centum solidorum summam hoc facere liceat.
7 Sive autem laterculenses sive melloproximi sive alii quibus ex hac lege hoc concessum est suum officium in alios transponere maluerint, is qui subrogetur talis ordinandus sit, qualem quaestoria censura elegerit, nec ex huiusmodi licentia in homines minus idoneos pro tempore gloriosissimi quaestoris administratio cadat. Si enim dignas sua industria mercedes homines quos iam enumeravimus accipiant, numerus ad-

Nov. XXXV (= *Authent. XXXVII*) *Latine tantum extat.* 'οὔτε ἡ λε' περὶ τῶν βοηθῶν τοῦ κοιαίστωρος· καὶ αὐτὴ οὐχ εὑρέθη:' *M.* — *Epit. Theod.* 35 (*inde L et B* 6, 6, 16), *Athan.* 22, 4. *Iulian. const. XXVI.*

2 *rubr.* De auditoribus quaestoris ℞ *t* (*in R novellae XXXV* [*Auth. XXXVII*] — *XXXVIII* [*Auth. XL*] *omissae sunt*) De adiutoribus quaestoris *V*² *in mg., rubricator cod. V errore rubricam novellae XXXIX* [*Auth. XLI*] *inscripsit* De restitutionibus et ea que parit in decimo mense post uiri mortem ‖ 3 tribuniano *libri* (*Ath.*) ‖ 4 *initium* inter uros deutos *citat L* ‖ nostri *om. V* ‖ quam] que *V* ‖ 5 quaestores *V t*¹ ‖ scimus] scrinius *t* ‖ 6 his *V* ‖ quaestoriam] quaestor iam *libri, vulg.* ‖ nuper tam *Zachariae*] gubernatam *libri* ‖ epistolares *t* ‖ 7 quidem] quidam *t* quedam *V* ‖ aserentibus *V* ‖ quedam *libri* ‖ 8 id est] idem *V t* ‖ 9 septonos *V*ᵃ ‖ numeros *libri* ‖ post eam *V* ‖ licentiam ut] licen et *V* ‖ 10 iohanni uiri magni *V* ‖ 11 Proculum] *cf. Io. Lydus de mag.* 3, 20 ‖ imperialis *t* ‖ culmini suggessisse et *vulg.*] culminis ut gessisset (gessisse *V*) *t V* ‖ diuino nutu *V*] nuto ūnt (ūnt *del.*) diuino *t* ‖ 12 constitutionem] *Cod.* 12, 19, 13 ‖ id est] idem *t* (*et sic* 15. 16. 37) ‖ tantummodo — 13 numerum *om. V* ‖ 13 et non *Neob.*] et tamen *t* nec tamen *vulg.* ‖ 14 licentiam *V* ‖ primatibus] partibus *libri* ‖ 15 scripnio *V* ‖ primum *om. Neob.* ‖ 16 ineunt *libri* ‖ 17 ingredientibus] ut ingredientibus *V* ‖ hii *V* ‖ habeat *V* ‖ subrogarent *t* ‖ 18 inuenire *V* ‖ 19 uacuas *t*¹ ‖ humani *V* ‖ generi *om. V* ‖ ministeria *V* ‖ 20 sanctionem] *cf. Cod.* 12, 19, 15 § 2 ‖ liceret *vulg.*] licet *V t* ‖ aplium *t* ‖ 21 misterium *V* ‖ et *om. t* ‖ dignum *V* ‖ quaestoris (*cf. Iulian.*)] quaestori *t* quaestioni *V* quaestoria *vir doctus in marg. Pithoeanae* ‖ 22 atque *V*] *om. t vulg.* ‖ subsecutam *V* subsequutam *t* ‖ 23 quaestiorum *V* quaestionum *t* ‖ transivisse et *Zachariae*] transiuit *libri. Nisi plura exciderunt* ‖ ex *om. t* ‖ 24 alia *V* ‖ constitutionem] *Cod.* 12, 19, 15 ‖ locum suum *V* ‖ 25 uenditas *V* ‖ uersati *V* ‖ inter homines *V*] *om. t vulg.* ‖ 28 legi *V* ‖ 29 digestorum *t* ‖ 30 praedicatum *libri* ‖ adiutorum *Osenbrüggen*] adiutorium *libri* ‖ numerum *V al.*] meum *t vulg.* ‖ decurre *V* ‖ 31 spe *om. t vulg.* ‖ existimavimus *vulg.* ‖ 32 quae] sue *libri* ‖ 33 aut *V* ‖ sublatam *V t* ‖ 34 et quos] et *om. V* ‖ 35 praepositis *V* ‖ 36 habeat *libri* ‖ indicato *V* ‖ 38 melloproxima *V* ‖ 39 fuerit *V t* ‖ ut cum laterculinsis *V* ‖ 40 habeat *V t* ‖ uenire *V* ‖ 41 aditum *V t* ‖ 42 alios] aliis *libri* ‖ hii *V, om. t vulg.* ‖ ius] suis *V* ‖ habeat *t* ‖ pascisci *V* ‖ uendatur *t* uendat *V* ‖ 43 summa *V* ‖ 44 aut *V* ‖ hoc *om. vulg.* ‖ suum] siue *t* ‖ 45 malucrit his qui *V* ‖ quaestori accensure legerit *V* quaestori accessure elegerit *t* ‖ 46 ne *t* ‖ 47 *si] sic *libri* ‖ digna *V* ‖ mercedis *V* ‖ enumeramus *V* ‖ accipiant *t*] accipiat *V* accipient et *vulg.*

8 iutorum sine ulla confusione permanebit. Sed quia volumus ante alios in deficientia quocumque modo
loca eos taxari, qui in legum confectione tuae sublimitati suum ministerium praebuerunt, id est Theodo-
sium et Epictetum et Quirillum et Sabbatium et Perigenen, hoc eis donamus, ut offerentes centenos solidos
ante alios omnes in loca adiutorum qui sua sponte recedere maluerint subeant, scilicet unusquisque ex his
9 quinque memorialibus in scrinium suum officium adiutoris impleturus. Illo etiam observando ut, etsi quis
ex viginti sex adiutoribus ab hac luce fuerit subtractus, in suos heredes vel liberos, licet heredes non sint,
huiusmodi beneficium transmittat, ut in locum eius alius adiutor subrogetur, centenis quidem solidis ab eo
offerendis, pro tempore autem sublimissimo quaestore electionem eius qui subrogetur secundum quod su-
10 perius dictum est faciente. Praerogativam autem, quam quinque memorialibus speciali dedimus beneficio,
ita eis donamus, si ille qui deficiat non habuerit filium iam utilem, iam idoneum ad peragendum adiutoris
officium et a pro tempore gloriosissimo quaestore aptissimum secundum praedictam observationem iudica-
tum; talem enim filium sperni et ad alium advenam pervenire satis durum atque inhumanum est. Aliis
videlicet omnibus si quae in praedictis constitutionibus continentur in suo robore durantibus.
11 Quae igitur nostra sanxit aeternitas, sinceritas tua scriniis quorum ⟨interest⟩ manifestare festinet,
quatenus sciant et quae a nostra maiestate disposita sunt et quantum eis accessit ex tua suggestione nostra-
que liberalitate.

Dat. x. kal. Iun. CP. Belisario v. c. cons. [a. 535]

XXXVI. Auth. XXXVIII

R UT HI QUI IN AFRICA SUNT INTRA QUINQUENNIUM COMPETENTES SIBI RES USQUE AD CERTUM GRADUM DEBEANT VINDICARE R

Idem A. Salomoni pp. Africae.

Omne infinitum et perperam effusum merito et incivile et incompositum esse credentes certis finibus nostras actiones limitare censemus. Nuper itaque in Africa nostra, quam deus Romanae dicioni nostris vigiliis subiugavit, sacram pragmaticam sanctionem promulgavimus, ut omnes quae iam Uuandalicis temporibus amiserunt ea possint a detentatoribus iniustis tam abstrahere quam sibimet vindicare, et quinquennale spatium statuimus intra quod liceret hoc facere. Quam sanctionem in suo quidem robore manere volumus, sed cum certo moderamine certaque definitione, ut non liceat Afris tam prolixa annositate elapsa et antiquis generibus paene deletis calumnias veteres resuscitare et invicem sibi molestias ingerere et in tanta pace bella gerere intestina.

1 Per hanc itaque legem sancimus, si quis praetendat res vel ad se vel ad patrem suum vel ad avum
pertinere et inique contra leges nostras ab aliis detineri, posse eas recuperare, scilicet antea legi cognitis
probationibus praestitis, vel ab instrumentis legitimis recitandis vel a testibus idoneis educendis et quorum
gravitas iudicibus acceptabilis sit, videlicet cognitionali certamine agitato: et extendi hanc nostram con-
2 stitutionem tantummodo ad patres et avos, non autem ad alium gradum superiorem. Et hoc in utrumque
videlicet sexum sancimus, ut quod suum vel ad patrem vel matrem vel avum vel aviam quisque eius mas-
culus sive femina pertinuisse ostenderit, hoc ab iniustis detentatoribus abstrahat, ulteriore requisitione pe-
nitus quiescente, ⟨ne⟩ quis proavum suum vel abavum vel atavum, vel proaviam vel abaviam vel ataviam
inducens miserae posteritati calumniae cumulum ingerat. Hocque et in transversa linea observari praeci-
pimus, ut usque ad tertium gradum tantummodo stetur, id est ad fratres et germanas, ad patruos et amitas,
3 et avunculos et materteras, non autem ad alios superiores agnationis seu cognationis gradus. Et si quis
huiusmodi quaestionem deferre sit paratus, non alibi, sed ad iudicium sublimitatis tuae vel praesidum pro-
vinciarum et insularum stricto iudicio celebrato huiusmodi praebeat probationes, et non ex una parte neque
in aliis provinciis vel in hac florentissima civitate, sed tantummodo in Africa dioecesi, praesentibus adver-

Nov. XXXVI (= *Authent. XXXVIII*) *Latine tantum extat.* — *Epit. Theod.* 36 (*inde L et B* 45, 6, 2), *Athan.* 19, 2.

2 legum] locum uel legum *t* ‖ sublimitatis suum misterium *t* ‖ 3 epictectum *V* epicteum *t vulg.* ‖ quurillum *V* ‖ sabbatium *V*] sabatium *Neob.* sabacium *t vulg.* ‖ perigenen *V Neob.*] perigeneri *t* ‖ 4 in *om. t vulg.* ‖ maluerit *t* ‖ his *om. t vulg.* ‖ 5 in scrinio suo *malit Zachariae* ‖ impleturos *libri* (unoquoque — impleturo *malit Zachariae*) ‖ 7 ut *om. V* ‖ alius *V*] *om. t vulg.* ‖ 8 aut *t* ‖ questorem *V* ‖ electione *t* ‖ secundum eius (ius *corr.* V^{b}) quod *V* ‖ 9 fatientem V^{a} ‖ 10 habuerit *V*] habuit *t vulg.* ‖ 11 pro tempore] praetore *t* ‖ aptissimum] est *add. t* (esse *add. vulg.*) ‖ iudicatum *vulg.*] iudicandi *V t* iudicanti *Neob.* ‖ 12 advenam] aduenium *t* uenam *V* ‖ 14 interest *add. vulg.* ‖ 15 suggessione *V* ‖ 16 libertate *V* ‖ 17 *subscr. om. V* ‖ x kal. iun. (iunius *Neob.*) *t Neob.*] xvi kal. iunias *Iul.*^{b} (*om. Iul. codd. cett.*) πρὸ ι' καλανδῶν ἰουλίων *Ath.*, μηνὶ ἰουλίῳ *Theod.*, v kal. Iun. *vulg.*, xv kal. Iun. *Zachariae* ‖ CP.] cap. *t* ‖ bilisa. uc. con. *t Neob.* (cons. uilisarii *Iul.*^{bw} ὑπατίας Βελισαρίου *Ath.*)] μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου *Theod.* ‖ 18 *rubr. om. V in spat. 4 versuum* (περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ διαδόχων *Theod.*, περὶ τοῦ τοὺς ἐν Ἀφρικῇ μέχρι πενταετίας τὰ ἀφαιρεθέντα ὑπὸ τῶν Βανδήλων πράγματα αὐτῶν εἴσω ῥητῶν βαθμῶν ἐκδικεῖν *Ath.*) ‖ hii *t Neob.* ‖ affrica *t* ‖ competentem *t* ‖ 19 res usque *vulg.*] rebusque *libri* ‖ certum (*cf. Ath.*)] tertium *vulg.* ‖ 20 iudicare *libri* ‖ 21 salomon ppo *V* ‖ affrice *V t* (*et sic passim*) ‖ 23 nostras actiones *vulg.*] nos transactiones *libri* ‖ limitare *Osenbrüggen*] militare *t* militari *Val.* ‖ affrica *V t* ‖ deus romanae *Zachariae*] diu rome *V* diuae memoriae *t vulg.* ‖ 24 sacram *V*] nostram *t vulg.* ‖ sanctionem] *non servatur* ‖ qui *t* ‖ uuandalicis *V*] uandalicis *t* ‖ 25 ammiserunt *t* ‖ amiserunt captos sint ad temptatoribus *V* ‖ uendicare *t* ‖ 26 liceret *V Neob.*] liceat *t vulg.* ‖ robore manere] robore V^{a} roborare V^{b} ‖ 27 cum] eum *t* ‖ diffinitione *t Neob.* ‖ afris *t* ‖ anositate *V* animositate *t* ‖ 28 *sq.* et in — gerere *om. V* ‖ 30 ad se *t*] a se *Neob.* se *V* ‖ ad avum] ad alium *V* auunculum *t* ‖ 31 inique *V*] in quae *t Neob.* ‖ nostras *V*] *om. t vulg.* ‖ detineris *V* ‖ 32 probationis *V* ‖ 33 cogṅitionali t^{1} (cognationali *vulg.*) ‖ 34 et avos] ad auos *t* ‖ ad superiorem alium gradum *V* ‖ hoc] in hoc *V* ‖ 35 sexsum *V* ‖ quod] qui *vulg.* ‖ quisque *t Neob.*] quisquam *V* ‖ 36 sive] suum *V* ‖ pertenuisse *V* ‖ 37 ne *add. vulg.* ‖ attauum *et* attauiam *t* ‖ 38 induces *V* ‖ misere *V Neob.*] miscere *t vulg.* ‖ posteritati *V*] pietati *t vulg.* ‖ et in] et *t* in *V Neob.* ‖ lincia *V* ‖ 39 stetur *V Neob.*] stet *t vulg.* ‖ germanas *V*] germanos *t vulg.* ‖ ad patruos] et ad patruos *Neob.*; *leg.* et patruos? ‖ 40 abunculos *V* ‖ agnationis] ad agnitionis *V* ‖ 41 deferre *V*] differre *t Neob.* ‖ 42 insularum stricto] insulae Sardiniae (*cf. Cod.* 1, 27, 1 § 12. 2 § 32) *coni. Zachariae* ‖ probationis *V* ‖ 43 diocesi *libri*

4 sariis suis, et tunc mereat nostri numinis nostraeque constitutionis auxilium. De fide enim generis pro-
bationes praestari ex una parte nullo concedimus modo, et si quis huiusmodi acta ostenderit quasi in hac
florentissima civitate confecta vel in alio loco, ea non esse audienda censemus, licet antea hoc fuerit per-
missum. Inventa etenim circa tales requisitiones summa calliditate respuendas esse huiusmodi concinnitates
5 sancimus, ne dum sua reddere cuidam cupimus, alienas ei substantias dolose accipere concedamus. Rerum
autem requisitionem secundum antelatum modum apud sublimitatem tuam vel praesides provinciarum intra
definitum tempus nostrae sanctioni fieri volumus, id est in quinquennium, anno qui iam transactus est ex
prioris pragmaticae sanctionis editione in quinquennium computando, ut actor reliquum habeat quadrien-
nium ad huiusmodi inquisitionem, scilicet si temporis computatio legitimas exceptiones excedit. Huiusmodi
enim quadriennii metas praeterire nullo patimur modo, ne immortalis fiat iudiciorum completus.
6 Quae igitur pro securitate Africae mea sanxit aeternitas, haec sublimitas tua per edicta sua in om-
nem Africanum tractum proponenda manifestare cunctis civibus Africanis deproperet, ut omnes quod in
transactis annis observari oporteat scientes hoc observare festinent. De cetero enim si quis casus talis
emerserit, successiones omnes et temporales cursus sic procedere disponimus quemadmodum in omnibus
terris nostro orbe inclusis sacratissima iura disponunt, et sint et descendentium et ascendentium et ab
utroque latere venientium gradus omnes et temporales cursus intacti, quemadmodum generales nostri nu-
minis leges eos omnibus tradiderunt.

Dat. kal. Ian. CP. Belisario v. c. cons. [a. 535]

XXXVII. Auth. XXXIX

DE AFRICANA ECCLESIA.

Idem A. Salomoni pp. Africae.

Venerabilem ecclesiam nostrae Carthaginis Iustinianae ceterasque omnes Africanae dioeceseos sacro-
sanctas ecclesias imperialibus beneficiis relevare noctu dieque festinamus, ⟨ut⟩, postquam nostrae reipublicae,
1 per dei praesidium a tyrannis abreptae, sociatae sunt, nostras etiam sentiant liberalitates. Cum igitur Re-
paratus vir sanctissimus sacerdos eiusdem nostrae Carthaginis Iustinianae, qui venerando concilio totius
Africae sanctissimarum ecclesiarum praeesse dignoscitur, una cum ceteris eiusdem provinciae reverentissimis
episcopis litteris propriis per Theodorum virum religiosum diaconum et responsalem eiusdem venerabilis
ecclesiae civitatis Carthaginis Iustinianae destinatis nostram deprecati sunt maiestatem possessiones eccle-
siarum totius Africani tractus tyrannico quidem tempore ablatas eis, post victorias autem caelesti praesidio
nobis ⟨contra⟩ Uandalos praestitas per nostri numinis piam dispositionem eis redditas, salva in quocum-
que loco constituta videlicet tributorum solutione, firmiter possidere secundum legis tenorem quae iam super
hac causa promulgata est, petitionibus eorum prono libentique animo duximus annuendum.
2 Ideoque iubemus sublimitatem tuam suis disponere praeceptionibus, ut praedictas possessiones, salva
prout dictum est tributorum ratione, venerabiles ecclesiae tam nostrae Carthaginis Iustinianae quam om-
nium civitatum Africanae dioeceseos firmiter possideant et sine ulla concussione, a nullo penitus abstra-
3 hendas. Si quas autem alias possessiones sive domus sive ecclesiarum ornamenta apud aliquos vel Arianos
vel paganos vel alias quaslibet personas detineri probatum fuerit, ea quoque omnimodo sine aliqua di-
latione avelli et sacrosanctis ecclesiis orthodoxae fidei adsignari, nulla prolixitate temporis his qui easdem
res inique detinent uti concedendis, sed earum restitutionem omni explosa machinatione facere compellen-
dis, quia non patimur sacratissima vasa vel ornamenta venerabilium ecclesiarum aut alias possessiones
apud paganos vel alias personas detineri; et lex quae nobis antea prolata est sat abundeque huiusmodi
4 capitulo consultum fecit. Alterius etiam nostrae constitutionis praerogativa, quam pro ecclesiasticis feci-
mus rebus et possessionibus, Africae quoque venerabiles ecclesias perpotiri censemus, et secundum eius

Nov. XXXVII (= *Authent. XXXIX; eadem in parte codicum Nomoc. XIV tit.* 4, 13. 8, 10. 9, 25 *citatur* ἡ ρϛβʹ *νεαρά*) *Latine tantum extat.* — *Epit. Theod.* 37 (*inde L et B* 1, 1, 49–52), *Athan.* 2, 6 (*inde Coll. const. eccl.* 3, 2, 6).
§ 2. 3 *summarium exhibet Nomoc. XIV tit.* 8, 10.

---

1 nunc *V* | nostraque *V* | probationis *V* | 2 ex una parte praestari *t vulg.* | 3 praemissum *V* | 4 concinnitatis *t* concinationis *V* comunicationis *Neob.* | 5 substantias *V Neob.*] subiectas *t* | reum *t* | 7 id est *V Neob.*] *om. t vulg.* | anno *Zachariae*] annum *libri* | qui] quod *V* | iam] tam *t* | 8 editione] seditionis *V* | quinquennio *V*ª | auctor *V* | 9 excede *V* excedat *vulg.* | 10 quadriennii metas *Heimbach*] quadriennium etas *V* quadriennii etas *t* | patitur *t* | ne *t*] *om. V Neob.* | 11 mea sanxit] me anxit *V* | dicta *V* | 12 affricanam *V*ª | tractatum *t* | deperet *V* | quod *V Neob.*] qui *t* quid *vulg.* | 13 hoc] hac *V* haec *t* | 14 emerscere *V* | temporales *V Neob.*] temporis *t vulg.* | sic] si *V* | 15 disponunt *Beck*] disponi ut *V t* | et ascendentium *om. t vulg.* | 16 generalis *V* | 17 tradiderunt omnibus *t vulg.* | 18 *subscr. om. V, Ath.* | kal. ian. *Neob.*, kal. iān. (*sic*) *t* μηνὶ ἰαννουαρίῳ *Theod.* | cap. *t* | bilis. (libis. *Neob.*) uc. con. (contra *t*) *Neob. t*, *μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.* (*sed cf. Zachariae edit. p.* 17 *n.* 6) | 20 *rubr. om. V in spatio vac.* — *Περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ ἐκκλησιῶν Theod. Ath.* (*Ἡ ... περὶ τῶν ἐκκλησιῶν Ἀφρικῆς ... λζ* [*ρϛβ codd. aliquot*] *νεαρά Nomoc. XIV tit.* 4, 13. 9, 25) | 21 salomon ppo *V* | 22 cartaginis (*et sic fere constanter*) *V t* | affrice *t* | diociseos *V* dioceseos *t* | 23 ut *add. vulg.* | 24 abrepte *V*] direptae *t vulg.* | sotiate *V*, societate *Neob.* societates *t vulg.* | Reparatus *Pithoeus* (*cf. Procop. de bello Vandal. II* 26, *al. ap. Mansi Concil. coll. VIII p.* 841. 848. 850)] separatus *libri* | 25 uir *V*] ut *t vulg.* | qui *t vulg.*] quae *V* | consilio *V* conscilio *t* | 26 ecclesiarum *om. V* | una *V*] iura *t Neob.* | provinciae *om. V in spat. vac.* 2 *litt.* | 27 litteris *V*] *om. t vulg.* | diaconem *V* | numerabilis *t* | 28 cartaginis ciuitatis *t vulg.* | 29 ablatias *V* | eius *t* | 30 contra *add. vulg.* | praestitam *libri* | nostris *V t* | numinis *om. t vulg.* | 31 constitutas *libri* | legis] *non servata est* | 32 haec *libri* | prono] pro non *t* | 34 tam *vulg.*] cum *libri* | 35 diociseos *t* dioecis con *V* | 36 quas] quis *t vulg.* | arrianos *t* | 38 auelli *V*] *om. t vulg.* | 41 detinere (decinere *t*) *libri* | ante *V* | sat *dedi* (satis *Zachariae in add.*)] sit *libri* sic *vulg.* | habundeque *t* ab eundem quae *V* | 42 capitulum *V* | etiam] et *V* | constitutionis] *Cod.* 1, 2, 21 (*cf. nov. VII c.* 8). 23 | prorogatiua *V*ª praerogatam *t* | 43 africam *Neob.* africane *V* affricā de *t* | uenerabilis *V* | perpatri *V* | eius *om. V*

tenorem licentiam eis damus res proprias et possessiones recuperandi a quacumque persona per provinciam
occupatas, ut possint quicquid ad eas pertinens ablatum est vel fuerit ab iniquis detentatoribus vindicare.
5 Curae autem erit tuae sublimitati, quatenus neque Arianis neque Donatistis nec Iudaeis nec aliis qui
orthodoxam religionem minime colere noscuntur aliqua detur communio penitus ad ecclesiasticos ritus, sed
omnimodo excludantur a sacris et templis nefandi, et nulla eis licentia concedatur penitus ordinare vel
episcopos vel clericos aut baptizare quascumque personas et ad suum furorem trahere, quia huiusmodi
sectae non solum a nobis, sed etiam ab anterioribus legibus condemnatae sunt et a sceleratissimis nec
6 non inquinatis coluntur hominibus. Omnes autem haereticos secundum leges nostras quas imposuimus
publicis actibus amoveri, et nihil penitus publicum gerere concedantur haeretici nec aliquam administratio-
nem quibuslibet subire ambitionibus, ne videantur haeretici constituti orthodoxis imperare, cum sufficit eis
vivere, non etiam sibi aliquam auctoritatem vindicare et ex hac orthodoxos homines et dei omnipotentis
7 rectissimos cultores quibusdam afficere detrimentis. Rebaptizatos autem militiam quidem habere nullo
modo concedimus, paenitentiam autem eorum, si ad orthodoxam fidem mente purissima venire maluerint,
non respuimus, sed damus eis licentiam hoc faciendi, quia et deo omnipotenti nihil ita est acceptabile ut
peccantium paenitentia. Iudaeis insuper denegamus servos habere Christianos, quod et legibus anteriori-
bus cavetur et nobis cordi est illibatum custodire, ut neque servos orthodoxae religionis habeant neque, si
8 forte catechumenos accipiant, eos audeant circumcidere. Sed neque synagogas eorum stare concedimus,
sed ad ecclesiarum figuram eas volumus reformari. Neque enim Iudaeos neque paganos neque Donatistas
neque Arianos neque alios quoscumque haereticos vel speluncas habere vel quaedam quasi ritu ecclesiastico
facere patimur, cum hominibus impiis sacra peragenda permittere satis absurdum est.
9 Privilegia insuper sacrosanctae ecclesiae nostrae Carthaginis Iustinianae omnia condonamus quae
metropolitanae civitates et earum antistites habere noscuntur, quae etiam Codici nostro in primo eius libro
segregata sacrosanctis ecclesiis suum honorem praestare noscuntur: ut civitas quam nostri numinis cogno-
10 mine decorandam esse perspeximus imperialibus etiam privilegiis exornata florescat. Confugas etiam, qui
ad venerabiles ecclesias et earum fines convolare festinant et suae saluti prospicere, nulli penitus licere
sacrilegis manibus ab his abstrahere, sed eos venerabilibus locis debita reverentia perpotiri, nisi tamen
homicidae sint vel virginum raptores aut Christianae fidei violatores: illos etenim qui talia facinora com-
mittunt nullis esse dignos privilegiis quis non confiteatur? cum non potest sacrosancta ecclesia et ho-
11 mines iniquos adiuvare et hominibus laesis suum adiutorium praestare. Sin quid praeterea sacrosanctae
ecclesiae saepe dictae nostrae Carthaginis Iustinianae vel aliis venerabilibus ecclesiis Africanae dioeceseos
a quacumque persona pro suae salute animae oblatum est vel fuerit quocumque modo legitimo seu in pos-
sessionibus seu in aliis quibuslibet speciebus, et hoc apud easdem venerabiles ecclesias manere firme, nullius
iniquis manibus abstrahendum, cum homines qui tam laudabiles tamque deo acceptabiles actus et pias fa-
cere oblationes deproperant satis et nos laudamus et dei caelestis remuneratur clementia.
12 Haec igitur omnia quae ad honorem sacrosanctarum dedimus ecclesiarum totius Africanae dioeceseos
per praesentem piissimam et in perpetuum valituram legem, quam omnipotenti deo dedicandam esse per-
speximus, sublimitas tua cognoscens firma illibataque custodire festinet et omnibus prout solitum est mani-
festare edictis ubique proponendis, ut nostra iussa summae pietatis rationem habentia ex omni parte in-
mutilata serventur; temeratoribus eorum poena decem librarum auri subdendis, aliaque gravissima nostri
numinis indignatione plectendis omnibus qui nostram dispositionem quocumque modo vel tempore violare
temptaverint vel violare concesserint.

Dat. kal. Aug. CP. Belisario v. c. cons. [a. 535]

§ 6—8 *citat Nomoc. XIV tit.* 4, 13. 9, 25.

---

1 *sq.* recuperandi — possit *V*] *om. t vulg.* ‖ provinciam] pām *V* ‖ 2 possint *Heimbach*] possit *V* ‖ iniquis *V*] antiquis *t vulg.* ‖ uendicare *t* ‖ 3 arrianis *V t* ‖ 4 aliqua *V*] alia *t Neob. vulg.* ‖ detur *V Neob.*] detur omnino *t vulg.* ‖ communo *V* ‖ ecclesiasticus *V* ‖ 5 nefandi] et nefandi *libri* ‖ 6 ad *t*] a *Neob.*, *om. V* ‖ quia] qua *V* ‖ 7 interioribus *V* ‖ condempnati *V* ‖ 8 nostras leges *V*. *Cf. Cod.* 1, 5, 12. 18 § 5. 10 ‖ 9 ammoueri *V* ‖ et *om. V* ‖ haeretici *om. V* ‖ nec aliquam — 10 haeretici *V Neob.*] *om. t vulg.* ‖ 11 orthodoxi *V Neob.* ‖ 12 afficere *V*] affrice *t* ‖ 13 penitentia *V* ‖ maluerit *t* ‖ 14 respuerint *V* hec *Neob.* ‖ 15 delegamus *t* ‖ 16 cordi esse illabatum *V* ‖ 17 catheouminos *t* catheouminus *V* ‖ accipiebant *t vulg.* ‖ audeant *om. t vulg.* ‖ 18 eas *V*] eos *t vulg.* ‖ 19 arrianos *V t* ‖ quadam *t* ‖ 20 sacre *V* ‖ peragendi *libri* ‖ promittere *t* ‖ 21 Priuilegia *V*] *om. t Neob. vulg.* ‖ 22 earum *Zachariae*] eorum *libri* ‖ etiam *V*] *om. t vulg.* ‖ Codici] 1, 2 ‖ 23 honore *V* ‖ nostris *V* ‖ 24 qui] quid *V* ‖ 25 conualere *V* ‖ *soluti *V* uoluntati *t Neob. vulg.* ‖ prospicere *V*] proficere *t Neob. vulg.* ‖ 26 sacrilegiis *t* sacris legis *V* ‖ 27 uel] nobis *t* ‖ aut *ex corr. V* ‖ 28 nullus *V* ‖ esse] causae esse *t*[1] ‖ quis] qui *V t* ‖ potest (pot̄ *V* p̄ *t*) *libri*] poterunt *Heimbach* possint *vulg.* prosit *Zachariae in add.* ‖ *sacrosanctae ecclesiae *libri* ‖ 29 adiubare *V* ‖ Sin] In *V* Si *t vulg.* ‖ 30 diooeseos *V t* ‖ 32 easdem *V*] *om. t vulg.* ‖ 33 iniquis *V t*] in quibus *Neob.* ‖ 34 deproperare *t*[1] deproperari *t*[2] ‖ remuneratur *V Neob.*] remunerat *t* ‖ 35 diooeseos *libri* ‖ 37 et *V*[b] *t*] *om. V*[a] *Neob.* ‖ solitum *t*] solutum *V Neob.* ‖ 38 rationem *om. t vulg.* ‖ 39 temeratoribus *Pithoeus*] demetatoribus *libri* ‖ auri] a· *t* ‖ aliaque *V*] aliqua *t Neob.* ‖ grauissima *V*] graui *t vulg.* ‖ nostra *V*[a] ‖ 40 nostra dispositione *V* ‖ violare *Zachariae*] uiolari *V*, violare temptaverint vel *om. t vulg.* ‖ 41 *leg.* violari? ‖ 42 kal. aug. *V t Neob.*, *Ath.*, *μηνὶ αὐγούστῳ Theod.*; XVII kal. Aug. *malit Zachariae* ‖ bilisiario uc. con. *V* bilis. uc. contra *t* bibilis. uc. con. *Neob.*; *ὑπατείας Βελισαρίου* (*v. l. Βασιλείου*) *Ath.*, *μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.*

ΛΗ

ΠΕΡΙ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ ΩΣΤΕ ΕΝΝΑΟΥΓΚΙΟΝ ΚΑΤΑΛΙΜΠΑΝΕΙΝ ΤΟΙΣ ΕΑΥΤΩΝ ΒΟΥΛΕΥΤΑΙΣ ΠΑΙΣΙΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω πραιτωρίων τὸ β΄, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Οἱ τὴν πολιτείαν ἡμῖν πάλαι καταστήσαντες ᾠήθησαν χρῆναι κατὰ τὴν τῆς βασιλευούσης πόλεως μίμησιν ἀθροῖσαι καθ᾽ ἑκάστην πόλιν τοὺς εὖ γεγονότας καὶ ἑκάστῃ σύγκλητον δοῦναι βουλήν, δι᾽ ἧς ἔμελλε τά τε δημόσια πράττεσθαι ἅπαντά τε γίνεσθαι κατὰ τάξιν τὴν προσήκουσαν. οὕτω τοίνυν τὸ πρᾶγμα ἤνθησεν, οὕτως ἐφάνη λαμπρόν, ὡς τὰς μεγίστας τε καὶ πολυανθρωποτάτας οἰκίας βουλευτῶν εἶναι, πλήθους μὲν ὄντος τοῦ βουλεύοντος, τῆς δὲ δοκούσης εἶναι τῶν λειτουργημάτων βαρύτητος οὐδενὶ παντελῶς ἀφορήτου καθισταμένης· τῷ γὰρ εἰς πλῆθος διῃρῆσθαι τὸ βάρος ἀνεπαίσθητον σχεδὸν τοῖς τοῦτο ὑπομένουσιν ἦν. Ἐπεὶ δὲ κατὰ μέρος ἤρξαντό τινες ἑαυτοὺς ἐξαιρεῖν τῶν βουλευτικῶν λευκωμάτων καὶ ἐξευρίσκειν προφάσεις δι᾽ ὧν πως ἐλεύθεροι τούτων ἔσονται, εἶτα κατ᾽ ὀλίγον ἠλαττώθη τὰ βουλευτήρια μυρίων ἐπινοηθεισῶν προφάσεων, ἐξ ὧν ἔμελλε τὰ μὲν ἴδια καλῶς ἕξειν, τὰ δὲ κοινὰ καὶ δημόσια διὰ πάντων ἐλαττοῦσθαι. διὰ τοῦτο εἰς ἄνδρας ὀλίγους περιστάντα τὰ λειτουργήματα κἀκείνοις τὰς οὐσίας κατέσεισε καὶ τὰς πόλεις οὕτως ἠλάττωσεν, ὥστε ὑπὸ τούτους εἶναι τοὺς ὀλεθρίους μισθωτὰς οὓς δὴ βίνδικας καλοῦσι. συμβέβηκεν οὖν τὸ πολίτευμα μεστὸν μὲν ἐλλειμμάτων, μεστὸν δὲ πάσης ἀδικίας γενέσθαι.

1 *Ταῦτα ἡμεῖς πολλάκις ἀνερευνώμενοι ᾠήθημεν χρῆναι θεραπείαν*

XXXVIII. Auth. XL

℞ DE NATURALIBUS IN CURIAM DEPUTANDIS VEL DE DISTRIBUENDA FACULTATE CURIALIUM IN FILIOS MASCULOS SEU FILIAS VEL SI SINE FILIIS FUERINT CURIALES IN QUOTAM PARTEM SUCCEDANT ℞

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp. per Orientem.

⟨Praefatio.⟩ Qui rempublicam olim nobis disposuerunt, aestimaverunt oportere secundum regiae urbis instar adunare in unaquaque civitate nobiles viros et unicuique senatus dare curiam, per quam debuissent agi quae publica sunt atque omnia fieri secundum ordinem competentem. Sic namque res floruit, sic apparuit clara, ita ut magnae et populosae domus curialium essent, multitudine quidem existente curialium, quod autem functionum videbatur esse onus nulli omnino intolerabile existebat: nam quod in multitudinem dividitur onus insensibile propemodum facit eis, qui hoc sustinent. Quoniam autem per partes quidam coeperunt se eximere albo curiae et occasiones invenire per quas liberi harum efficerentur, sic paullatim deminutae sunt curiae innumeris excogitatis occasionibus, per quas potuissent specialia quidem bene habere, communia autem et publica deminui per omnia. Propterea ad paucos viros redactae functiones et illorum facultates commoverunt, et civitates ita deminutae sunt, ut sub istos perditos conductores quos vindices vocant redacta curia plena quidem defectibus, plena vero omni iniustitia fieret.

1 Haec nos saepe perscrutantes aestimavimus oportere medelam rei adhibere; et quantum nos in hoc

Nov. XXXVIII (= Authent. XL: gloss., cf. Biener Gesch. der Nov. p. 447) Graece extat in ML. — Epit. Theod. 38, Athan. 8, 1. Iulian. const. XXXV.

XXXVIII.

DE DECURIONIBUS UT FILIIS SUIS DECURIONIBUS RELINQUANT NOVEM UNCIAS.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Qui rempublicam nobis olim constituerunt, ad imitationem urbis regiae in unaquaque civitate viros nobiles colligendos existimarunt et unicuique senatum dandum per quem et publica negotia conficerentur et omnia recte atque ordine fierent. Atque ea res adeo floruit, adeo splendida apparuit, ut maximae essent et populosissimae domus curialium, cum et magna esset copia curialium neque munerum quod esse videbatur onus cuiquam omnino intolerabile esset; eo ipso enim quod inter magnum numerum dividebatur onus fere non grave erat iis qui id sustinebant. Ubi vero singuli eximere sese ex albo curiali coeperunt causasque reperire per quas forte ab eo liberarentur, tum paulatim deminutae sunt curiae sescentis causis excogitatis, ex quibus ut privatae quidem res bene se haberent, communes vero et publicae omnino deminuerentur evenit. Propterea ad paucos viros redacta munera et illorum ipsorum bona everterunt et civitates adeo imminuerunt, ut perditis istis mercennariis, quos quidem vindices vocant, subicerentur. Inde contigit, ut respublica cum defectibus tum omni iniustitia repleretur.

1 *Haec nos dum saepius perscrutamur, medicinam ei rei adhibendam reputavimus; et quo*

9 *ἐπάρχῳ L Ath.*] *ὑπάρχῳ M* ‖ 10 *αἰώας L*[1] ‖ 12 *ἡμῖν MLϛ*] *ἡμῶν cit. Theod. Ath.* ‖ 13 *ᾠήθημεν L*[1] ‖ 15 *ἑκάστῃ L*[2]*ϛ*] *ἑκάστην ML*[1] ‖ 20 *οἰκείας L* ‖ 23 *τῷ Scrimger*] *τὸ MLϛ* ‖ 26 *λευκωμάτων*] *λειτουργημάτων L*[2] ‖ 28 *ἐπινοηθεῖς L*[1] ‖ 29 *ἤμελλεν L* ‖ 33 *ὥστε*] *ὥστε τοὺς L ὥστε αὐτοὺς Haloander* ‖ 34 *συμβέβηκεν οὖν τὸ πολίτευμα*] redacta curia *ϛ haec prioribus continuans* ‖ 37 *θεραπείας L*[1]

4 distributoria *V* ‖ 6 si *om. Vt* ‖ 7 fuerit *V* ‖ in quota parte *V* ‖ 8 succedunt *V*[a] ‖ 16 qua *t* ‖ 16 *sq.* secundum ordinem fieri *t* ‖ namque] itaque *vulg.* ‖ re *t* ‖ 18 aperuit *V* ‖ 19 domos curiali autem essent *V* ‖ quidem] quod *t Neob.* ‖ 20 cūrialium *V* ‖ uidebatur *V*] uideatur *Neob.* debeant *t* ‖ 21 esse honus *V*, *om. t Neob.* ‖ intollerabile *V* ‖ 22 multitudine *V* ‖ honus *libri* ‖ 23 facit] *leg.* fuit *vel* fit? ‖ 24 quidam coeperunt *vulg.*] quidem ceperunt *t Neob.* qui deceperunt *V* ‖ 25 invenire *om. V* ‖ liberi] *in hoc vocabulo deficit t* (*f* 86[v]) ‖ 26 dominuta *V* ‖ sunt *om. V* ‖ 27 *quas] qua *Neob.* quae *V* ‖ 28 speciali *V* ‖ autem *om. V* ‖ 29 ad] et *libri* ‖ 30 uiros sed acte functionis *V* ‖ 31 ita *om. Neob.* ‖ 33 defacultatibus *V* ‖ 34 iustitie *V*

ἐπαγαγεῖν τῷ πράγματι· καὶ ὅσῳ περὶ τοῦτο ἡμεῖς πονούμεθα, τοσούτῳ πᾶσαν ἐξεῦρον οἱ βουλευταὶ τέχνην κατὰ τῶν ὀρθῶς καὶ δικαίως νενομοθετημένων καὶ κατὰ τοῦ δημοσίου. ἐπειδὴ γὰρ εἶδον ἀναγκαζομένους ἑαυτοὺς πᾶσι τρόποις τῇ βουλῇ φυλάττειν τὸ τέταρτον, καὶ τοῦτο μόλις ἐν τοῖς παρ' ἡμῶν νόμοις ἀποτεθέν, ἤρξαντο διασπᾶν τὰς οὐσίας αὐτῶν, ὥστε ἄποροι τελευτᾶν καὶ οὐχὶ τὸ τέταρτον μέρος, ἀλλ' ὅλην ἐφεξῆς τὴν ἀπορίαν τῇ βουλῇ καταλιμπάνειν. εἶτα ἐπειδὴ καὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν ἀποστερῆσαι τὸ βουλευτήριον ἔγνωσαν, ἤδη καὶ πρᾶγμα πάντων ἀσεβέστατον ἐπενόησαν, γάμων ἀπεχόμενοι νομίμων, ὥστε αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἄπαιδες τό γε ἐπὶ τῷ νόμῳ τελευτᾶν ἢ καὶ τῷ γένει καὶ τῇ βουλῇ χρήσιμοι φαίνεσθαι. καὶ αὖθις κατεπράξαντο πρώην τεθῆναι νόμον, ὃς δεκρέτου χωρὶς ἐπέτρεπεν αὐτοῖς τὰ οἰκεῖα δωρεῖσθαι, καίτοιγε τὴν πρᾶσιν μετὰ δεκρέτου γίνεσθαι τοῦ νόμου βουλομένου· ὁ δὲ οὕτως ἦν θαυμαστός, ὥστε μόνην τὴν πρᾶσιν ὑπάγειν τῇ τοῦ δεκρέτου προσθήκῃ καὶ ταῖς ἐντεῦθεν ἀνάγκαις, τἄλλα δὲ πάντα αὐτοῖς ἐφιέναι πράττειν καθ' ὃν ἠβούλοντο τρόπον. ταῦτα μετέστησε τὰς βουλευτικὰς οὐσίας εἰς ἕτερα καὶ ἕτερα πρόσωπα, οὐδὲν τῆς βουλῆς ἐντεῦθεν ἐχούσης. τοιγαροῦν εἴ τις ἀριθμήσειε τὰ τῆς ἡμετέρας πολιτείας βουλευτήρια, ἐλάχιστα εὑρήσει, τὰ μὲν οὔτε ἀνδρῶν εὐποροῦντα οὔτε χρημάτων, τὰ δὲ ὀλίγων μὲν ἴσως ἀνθρώπων, χρημάτων δὲ οὐδαμῶς.

2 Ἤδη μὲν οὖν κατὰ μέρος ἐθήκαμεν νόμους ἡμεῖς τοὺς βουλομένους καὶ τὰς πράσεις καὶ τὰς δωρεὰς τὰς ἁπλᾶς καὶ πᾶσαν πρᾶξιν ἐκποίησιν ἔχουσαν βουλευτικῶν ἀκινήτων πραγμάτων ὑποκεῖσθαι δεκρέτῳ μετὰ τῆς ἐν ἐκείνῳ τῷ νόμῳ κειμένης παρατηρήσεως γινομένῳ. Εἶτα ὕστερον ἐπειδὴ μετὰ ψευδῶν αἰτιῶν ἐποιοῦντο τὰς δωρεάς, καὶ αὐτὸ καθάπαξ ἀνείλομεν τὸ δωρεὰν ἁπλῆν ποιεῖσθαι βουλευτὴν εἰς οἱονδήποτε πρόσωπον· ἐξείλομεν δὲ εἰκότως τὰς προγαμιαίας δωρεάς, ἐπειδὴ μηδὲ δωρεαὶ καθάπαξ εἰσίν, ἀλλὰ συναλλάγματός τε εἶδος ἐν ταύταις ἔγκειται καὶ παιδοποιΐας εἰσάγουσιν εὐπορίαν, ὅπερ ἡμῖν καὶ μάλιστα εἰς βουλευτὰς περισπούδαστόν ἐστιν. Ἔπειτα ὁρῶντες καὶ περὶ αὐτὸ

laboramus, tantum omnem adinvenerunt curiales artem adversus ea quae recte iusteque sancita sunt et contra fiscum. Dum enim vidissent compelli se omni modo servare curiae quartam partem, et hoc vix per nostras leges impositum, coeperunt discerpere proprias facultates, quatinus minus idonei deficerent et non quartam portionem, sed omnem continuum paupertatem suam curiae derelinquerent. Deinde quoniam et ipsis corporibus fraudare curiam voluerunt, iam et rem omnium impiissimam adinvenerunt, a nuptiis legitimis abstinentes, ut eligerent magis sine filiis quam sub lege deficere aut generi suo vel curiae utiles apparere. Et rursus egerunt dudum poni legem, quae praeter decretum iubebat eis donare propria, cum quando venditionem cum decreto fieri eadem lex volebat: sed haec ipsa erat mirabilis, quae solam venditionem subiciebat adiectioni decreti et aliis exhinc necessitatibus, alia vero omnia derelinquebat eis agere secundum quem voluissent modum. Haec transtulerunt curialium facultates ad alias ⟨et alias⟩ personas, nihil exinde habente curia. Denique si quis denumerat nostrae reipublicae curias, attenuatas inveniat, alias quidem neque virorum neque rerum copias habentes, alias autem paucorum forsan hominum, rerum autem nihil penitus.

2 Igitur olim per partes nos protulimus sanctiones quasdam quippe volentes et venditiones et donationes simplices et omnem actum alienationem habentem immobilium rerum curialium subicere decreto cum observatione facta quae in illa lege posita est. Deinde post haec quia sub falsas causas faciebant donationes, et hoc omnino abrogavimus donationem simplicem facere curialem in quacumque persona: excepimus autem competenter antenuptiales donationes, eo quod neque donationes omnino sunt, sed contractus species in eis inserta est et filiorum procreandorum copiam introducunt, quod nobis et maxime in curialibus studii est. Post haec conspicientes et de hoc ipso circumscriptiones multas fieri, legem

magis nos in eo laboramus, eo magis curiales omnis generis artificia contra ea quae recte et iuste sancita erant et contra fiscum repperarunt. Cum enim viderent se omnibus modis cogi curiae quartam partem servare, idque vix in legibus a nobis latis esse positum, coeperunt bona sua dissipare, ut inopes decederent ac non quartam partem, verum omnem deinceps inopiam curiae relinquerent. Deinde cum etiam corporibus curiam privare animum inducerent, iam rem omnium impiissimam excogitarunt: qui a matrimoniis legitimis abstinuerunt, ut ita mallent sine liberis quod ad legem attinet decedere quam et generi et curiae utiles esse. Ac deinde effecerunt, ut nuper lex ferretur, quae sine decreto donare res suas ipsis permitteret, tametsi venditionem cum decreto fieri lex vellet; ea autem lex adeo mira fuit, ut solam venditionem adiectioni decreti et necessitatibus inde oriundis subiceret, reliqua vero omnia ipsis quem ad modum vellent agere permitteret. Haec fuerunt, quae bona curialia ad alias atque alias personas transferrent, ita ut nihil inde ad curiam redundaret. Quapropter si quis reipublicae nostrae curias numeraverit, admodum exiguas inveniet, cum aliae neque viris abundent neque pecuniis, aliae paucos forte homines, pecunias vero habeant nullas.

2 Ac nos quidem iam singulas leges tulimus, quae et venditiones et donationes simplices et omnem actum qui alienationem rerum curialium immobilium contineret, decreto subici iuberent secundum observationem quae in lege illa scripta est faciendo. Postea cum ex falsis causis donationes facerent, id ipsum quoque plane vetuimus donationem simplicem conferre curialem in quamlibet personam: excepimus autem merito antenuptiales donationes, quoniam ne donationes quidem omnino sunt, sed contractus quaedam species in iis posita est et procreationis liberorum copiam praestant, quod quidem vel maxime in curialibus curae nobis est. Postea cum videremus hac quoque in re circumventiones multas fieri, legem scripsimus,

2 τοσούτον *L* ‖ 5 αὐτοὺς *L*[2] ‖ τὸ τέταρτον] τῆς περιουσίας αὐτῶν *add. L*[2] *s. v.* ‖ 6 νόμοις] *Cod.* 10, 35 ‖ 12 ἀπενόησαν *L*[1] ὑπενόησαν *L*[2] ‖ 15 νόμον] *Cod.* 10, 34, 3 ‖ 16 αὐτῆς *L*[1] ‖ 18 *sq.* οὕτως — ὥστε] ipsa — quae (*i. e.* αὐτὸς — ὅς γε?) ϛ ‖ 20 τὰ ἄλλα *L* ‖ 21 ἀφιέναι *L* ‖ 22 ταῦτα *M*ϛ] ταῦτας *L*[1] ταῦτα οὖν *L*[2] (ταύτῃ οὖν *Haloander*) ‖ μετέστησε *M*[b]] μετέστησαν *M*[a]*L*[2] *vulg.* μετέστησας *L*[1] ‖ 24 ἐχούσαις *L*[1] ‖ 25 *sq.* *οὐδὲ — οὐδὲ *ML* ‖ 28 νόμους] sanctiones quasdam ϛ. *Fuerunt Cod.* 10, 34, 4. 5. 35, 4. 5: *quae non extant* ‖ 32 γινομένῳ *Haloander*] γινομένας *M* γινόμενον *L*[1] γινομένων *L*[2] facta (*i. e.* γινομένης?) ϛ ‖ 33 εἶτα ὕστερον κτλ.] *Cod.* 10, 34, 4 *secundum Ath.* 8, 4 *et Theod. nov.* 87, 3, *rectius* 10, 34, 5 *secundum B*[Σ] 29, 1, 65 (*schol.* 10): *nisi forte temporum rationem h. l. non satis teneri statuas* ‖ 34 αὐτὸν *L*[2] ‖ 38 καὶ] ἢ *L*, ἀπαιδίας ἢ *add. s. v. L*[2] ‖ εἰσάγοντε vel εἰσάγοντας *corr. L*[2] ‖ 40 ἐστι *M*

1 artem] aūtem (*sic*) *V* ‖ 6 munus *V* ‖ 7 omnem *vulg.*] omne *V* commune *Neob.* ‖ continuum *V*] continuam *Neob.* continuo *vulg.* ‖ 10 iam et *om. V* ‖ impiissimam *vulg.*] impiam *libri* ‖ 11 legerent *V* ‖ 13 utilis *V* ‖ 14 iubebat] *leg.* tribuebat? ‖ 15 cum quando *V*] cum *Neob.* quamquam *Beck* ‖ 16 eadem *Neob.*] ad eam *V* ‖ 17 sola *Neob.* ‖ subiacebat *V* ‖ 19 quae *V* ‖ 21 et alias *add. vulg.* ‖ 22 denumerat *V*] denuetur *Neob.*, *leg.* denumeret? ‖ 23 atenuatas *V* ‖ inveniet *vulg.* ‖ 24 habentem *libri* ‖ 28 quippe *V*] quidem *Neob.*, *om. vulg.* ‖ uolentes] uō (*i. e.* uero) uolentes *V* ‖ 30 subiacere *vulg.* ‖ 32 sub falsis causis *vulg.* ‖ 33 haec *V* ‖ omnia *V*[a] ‖ 35 ante nuptias *Neob.* ‖ 40 ipsum *V* ‖ leges *V*

τοῦτο περιγραφὰς πολλὰς γινομένας, νόμον ἐγράψαμεν, ὥστε ἐκ τρόπου παντὸς χρῆναι τὴν βουλὴν εἴτε μετὰ σώματος εἴτε τούτου χωρὶς πάντως τὸ τριούγκιον ἔχειν, καὶ μὴ ἔλαττον ἐξεῖναί τινι καταλιμπάνειν τῇ βουλῇ μηδὲ τεχνάζειν μηδὲ ἐλαττοῦν αὐτὸ κατὰ μηδένα τρόπον, εἴτε παῖς ὁ βουλεύων εἴη εἴτε
3 καὶ αὐτὴ δέχοιτο τὸ τριούγκιον ἡ βουλή. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστημεν, ἀλλὰ καὶ τὰς θηλείας τῆς οἰκείας ἐνστάσεως διδόναι τινὰ μοῖραν ἐθεσπίσαμεν, ὥστε κατὰ μηδεμίαν πρόφασιν ἐλαττοῦσθαι τῇ βουλῇ, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, τὸ τεταρτημόριον τῆς πάσης τοῦ βουλεύσαντος οὐσίας. Καὶ τὰς πολλὰς δὲ ταύτας καὶ ἐκκεχυμένας φιλοτιμίας ἀνείλομεν, οὐ συγχωροῦντες ἀπαλλάττεσθαι βουλῆς ἄλλως ἢ κατὰ τὴν τῶν μεγίστων ἀξιωμάτων κτῆσιν, πατρικιότητός τε καὶ ὑπατείας καὶ ἐπαρχότητος, εἴτε τῆς ἐν πολιτικοῖς εἴτε τῆς ἐν στρατιωτικοῖς (πραεφεκτωρίας γὰρ εἶναι καὶ τὰς στρατηγίας ὁ νόμος ἐπίσταται)· ὥστε εἴ τις πραεφεκτωρίαν ἀρχὴν ἄρξῃ ἐν αὐτῇ τῇ πράξει γενόμενος, καὶ εἴτε ἄρχων αὐτὴν εἴτε στρατηγῶν, βουλευτικῆς οὗτος ἀπαλλάττεται τύχης κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον, τῶν ἄλλων πασῶν ἐξαιρέσεων ἀνῃρημένων. τὰς γὰρ διὰ μόνην τιμὴν διδομένας τοιαύτας ἀξίας (τὰς πραεφεκτωρίας φαμέν, ταὐτὸ δὲ ἔστιν εἰπεῖν καὶ στρατηλασίας) οὐκ ἐξαιρεῖν τοῦ βουλευτικοῦ λευκώματος τοὺς τούτων τυχόντας ἐθεσπίσαμεν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἡμῖν νενομοθέτηται μετὰ πολλῶν ἄλλων, ἅπερ ἔξεστιν ἐξ αὐτῶν τῶν ἤδη κειμένων νόμων λαβεῖν. Ἀπελύσαμεν δὲ καί τινας βουλευτικῆς τύχης διαφόρους αὐτοῖς πραγματικοὺς φιλοτιμησάμενοι νόμους, οὓς ἅπαντας κυρίους εἶναι βουλόμεθα, καὶ τὴν παροῦσαν νομοθεσίαν ἀπὸ τῆς ἐνδεκάτης ἐπινεμήσεως τῆς ἄρτι διελθούσης ἄρχεσθαι, ἐξ οὗπερ ἡμῖν
4 ἐν βουλῇ γέγονεν οὗτος ὁ νόμος. Ἐπειδὴ δὲ ὁρῶμέν τινας οὕτως ἀπεχθῶς διακειμένους πρὸς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, ὥστε αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἄλλοις τὰς ἑαυτῶν καταλιμπάνειν οὐσίας καὶ μόλις τὸ τέταρτον τῇ βουλῇ, καὶ τοῦτο διὰ τὸν ἡμέτερον νόμον, ᾠήθημεν χρῆναι ἀπαιδίας ὑπούσης τοῦτο τὸ μέρος αὐξῆσαι.

3 *Εἰ δὲ οὐδὲν ἕτερον εὑρεθείη πλὴν τῆς παραθέσεως τῶν συμβολαίων, τὸ μὲν μέχρι νῦν κεκρατηκὸς προβαινέτω τὸ τὸν προκομίζοντα εἰς τὴν παρ' ἄλληλα κρίσιν τὸ συμβόλαιον ὀμνύναι τὰ νενομισμένα· ἵνα δέ τινα ὅλως τὸ πρᾶγμα λάβοι προσθήκην εἰς πλείονα τοῦ πράγματος πίστιν, καὶ αὐτὸς ὁ ταῦτα αἰτῶν γενέσθαι προσομνύτω, ὡς οὔτε ἄλλης εὐπορῶν πίστεως ἐπὶ τὴν παρ' ἄλληλα κρίσιν τῶν συμβολαίων ἐλήλυθεν οὔτε τι περὶ αὐτὴν ἔπραξεν ἢ ἐμηχανήσατο, ὅπερ ὡς εἰκὸς δυνηθείη τὴν ἀλήθειαν κατακρύψαι. ὧν ἔξεστιν ἀπηλλάχθαι τοῖς συμβάλλουσιν, εἴπερ βούλοιντο καὶ ἑκάτεροι πρὸς τοῦτο συμβαῖεν τὸ ἐμφανῆ ποιεῖσθαι τὰ συμβόλαια καὶ κατατίθεσθαι [τε] ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων αὐτοὺς τοὺς συμβάλλοντας, ἵνα ἀπαλλαγεῖεν ἀγνωμοσύνης τε καὶ νοθείας καὶ παραποιήσεων καὶ ὁπόσα ἄλλα κακὰ ἐπανορθοῦντες τὸν παρόντα τίθεμεν νόμον. τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν ἐπὶ ταῖς παραθέσεσι τῶν γραμμάτων ταῖς ἐξ ἰδιοχείρων γινομέναις νενομοθετημένων ἐπὶ τῆς ἰδίας μενόντων ἰσχύος· δηλαδὴ καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς τῶν γραμμάτων ἀνεπιστήμοσιν ἤδη κρατούντων ἐν τοῖς δικαστηρίοις τὴν ἑαυτῶν ἐχόντων ἰσχύν, ἐπειδήπερ ἐκ δικαστικῶν τύπων τὰ τοιαῦτα τὸν προσήκοντα ἔλαβεν ἐξετασμόν.*

latio, non autem sola haec ad hoc sufficiant, sed et aliorum subscribentium forte aut contrahentium scripturae examinentur, ut ex plurimis comparationibus tam completionis quam subscribentium aut etiam contrahentium una quaedam colligatur undique et efficiatur fides.
3 Sin vero nihil aliud adinveniatur praeter collationem instrumentorum, quod hactenus valuit fiat, ut qui profert ad collationes documentum, iuret sollemniter; ut autem aliquod omnino causa sumat augmentum ad maiorem negotii fidem, et ipse qui haec petit fieri iuret, quia non aliam idoneam habens fidem ad collationes instrumentorum venit nec quicquam circa eam egit aut machinatus est quod forte possit veritatem abscondere. De quibus licebit sese liberare contrahentes, si consenserint utrique ad hoc venire, ut insinuent instrumenta et profiteantur ea sub gestis monumentorum ipsi contrahentes, quatenus priventur nequitia et corruptione et falsitatibus et quaecumque alia mala corrigentes praesentem promulgamus legem. His quae dudum a nobis in collationibus litterarum factarum per scripturam propriae manus sancita sunt in sua virtute manentibus; procul dubio et in his qui litteras nesciunt quae olim valent in iudiciis suam habentibus firmitatem, quoniam quidem ex iudiciali forma acceperunt examinationem haec talia competentem.

CAPUT VIII.

Δεῖ δὲ ἐπὶ τῶν γράμματα οὐκ ἐπισταμένων ταβουλαρίους δύο πάντως καὶ μάρτυρας παραλαμβάνεσθαι, ἐν οἷς εἰσὶ ταβουλάριοι τόποις, μάλιστα δὲ μάρτυρας οὐκ ἀγνώστους τοῖς συμβάλλουσιν· ἵνα οἱ μὲν γράφωσιν ὑπὲρ τοῦ ἀγραμμάτου ἢ ὀλιγογραμμάτου καθεστῶτος, οἱ δὲ μαρτυρῶσιν, ὡς καὶ παρόντων αὐτῶν ταῦτα ἐπράχθη καὶ εἰδεῖεν αὐτόν, καὶ οὕτως ἡ τῶν τοιούτων συμβολαίων εἰσδεχθείη πίστις· δῆλον ὂν ὡς

Oportet vero in his qui litteras nesciunt et testes et omnino tabularios adhiberi, in quibus locis sunt tabularii, maxime autem testes non ignotos contrahentibus, ut quidam scribant pro illitterato aut paucas litteras scienti, alii vero attestentur quia etiam praesentibus eis haec gesta sunt et scierunt eum, et ita talium instrumentorum suscipiatur fides: manifestum existens quia non minus quinque testes in

---

hoc sufficiant, sed etiam reliquorum qui subscripserunt forte vel qui contraxerunt scripturae examinentur, ut ex multis comparationibus tam completionis quam subscriptorum vel etiam contrahentium una
8 *undique colligatur atque efficiatur fides. Si vero nihil aliud reperiatur nisi comparatio instrumentorum, illud quidem quod usque adhuc valuit procedat, ut qui instrumentum producit ad collationis examen, legitimum sacramentum praestet: ut autem res aliquod omnino incrementum accipiat ad maiorem rei fidem, ipse quoque qui ut haec fiant postulat insuper iuret, neque ulla sibi alius probationis copia facta sese ad instrumentorum examen ex collatione faciendum venisse neque quicquam circa eam se egisse aut machinatum esse quod scilicet veritatem occultare posset. His autem ita liberari licet contrahentibus si velint atque in eo utrique conveniant, ut insinuent instrumenta et deponant sub actorum testificatione ipsi contrahentes, quo liberentur et fraude et corruptione et falsitatibus et quaecumque alia mala emendaturi praesentem ponimus legem. Ceterum ea quae iam de comparationibus litterarum ex chirographis instituenda a nobis sancita sunt, in suo robore maneant; ac sane ea quoque quae de personis litterarum imperitis in iudiciis iam obtinent, suam firmitatem habeant, quandoquidem ex iudicialibus sanctionibus haec talia convenientem examinationem acceperunt.*

VIII. *In iis autem qui litteras nesciunt, omnino tabularii [duo] et testes adhibendi sunt, quibus in locis sunt tabularii, utique vero testes non ignoti contrahentibus: ut illi quidem scribant pro eo qui litterarum imperitus vel parum peritus est, hi autem testentur et ipsis praesentibus haec acta esse et se novisse eum, atque ita eiusmodi instrumentorum admittatur fides. Qua in re manifestum est non minus quam quinque testes in*

---

2 *αἱ τῶν ἄλλων* αἱ τῶν *L* ‖ *ὑπογραψάντων Bf* ‖ *ἢ καὶ*] *καὶ om.* ς ‖ 3 *συμβαλόντων M* ‖ *ἐκ τῶν πολλῶν Epan.* ‖ 5 *ὑπογραφόντων Bs ὑπογραψάντων Bf*; *τῶν addidi* ‖ *ἢ*] *ἴσως ἢ LBs* ‖ 6 *συνεισάγεσθαι L* ‖ 8 *μὲν M (Bf)*] *om. LBs Epan.* ς ‖ 9 *παράλληλα M Epan. (id. 14)* ‖ 11 *δέ τινα*] *δή τινα Scrimger, vulg. (Bf)* ‖ *λάβῃ B Epan.* ‖ 12 *γίνεσθαι Epan.* ‖ 13 **οὐδὲ libri* ‖ 14 *κρίσιν*] *πίστιν Bs v. l.* ‖ 15 **οὐδὲ libri* ‖ 18 *τὸ*] *τοῦ Epan.* (*τῷ Zachariae*) ‖ 19 *καταθέσθαι Epan.* ‖ *τε MLB, om. Epan.* (ea ς) ‖ 20 *αὐτὰ malit Zachariae* ‖ 23 *τῶν* — 29 *ἐξετασμόν om. Epan.* ‖ 25 *γενομέναις L* ‖ *νενομοθετημένων*] *Cod.* 4, 21, 20. *Nov. XLIX*, 2 ‖ 28 *ἐκ δικαστικῶν* (*δικαστῶν L*[1]) *τύπων*] ex iudiciali forma ς ‖ 29 *τὸν*] *τῶν L*[1] ‖ 30 *Δεῖ δὲ om. Epan.* ‖ *τῶν*] *τῶν τὰ Bf*, *L*[2] *pr.* ‖ *γράμματα*] *γραμμάτων L* ‖ *οὐκ*] *μὴ Epan.* ‖ *ταβουλλαρίους LBs Epan.* (*et sic infra*) ‖ *ταβουλαρίους* — 31 *μάρτυρας*] et testes et omnino tabularios ς ‖ 31 *δύο πάντως*] *διὰ πάντων non recte Haloander, vulg. Delendum δύο, nisi malis καὶ πάντως, cf.* ς (necessarius erit tabularius, si in illo loco tabularii sunt, sed et testes *Iul.*, *ταβουλάριος καὶ μάρτυρες ὑπογραφέτωσαν Ath.*, *ὁ ταβουλάριος καὶ ε' μάρτυρες ὑπογραφέτωσαν Theod.*; *cf. supra p.* 273, 30) ‖ 32 *τόποις*] *κελεύομεν add. Epan.* ‖ 33 *γράφουσιν L* ‖ 36 *εἴδοιεν vel ᾔδεσαν Bs*

---

1 non] num *V*[1] ‖ 2 aliorum] ad liorum *V* ‖ 4 completionis] comparationibuspletionis *R*[a] ‖ 5 etiam *om. R* ‖ 6 et *om. V* ‖ 7 adinueniatur *V*] inueniatur *RT* ‖ 9 collationes *R*[a]] collationis *R*[b] *VT vulg.* ‖ 10 ut] iuret *V*[1] ‖ autem *del. V*[2] ‖ aliquod *V*] aliquid *RT* ‖ causam *R*[1] ‖ 11 haec *VT*] hoc *R vulg.* ‖ 12 petat *V* ‖ quia n (*sic*) aliam idoneam non habens *V*[1] ‖ 16 contrasenserint *R*[1] ‖ 17 sub gestis] suggestis *V* ‖ 19 nequitiae *RV*[1] ‖ et falsitatibus] et *om. V*[a] ‖ 21 his] huius *R*[1] ‖ 22 *leg.* factis? ‖ 30 et testes et omnino *T vulg.*] et testes omnino *R* testes et omnino *V* et testes omnino et *al.* ‖ 32 tabulariarum *R*[a] ‖ 33 quiddam *R* ‖ 34 sciente *vulg.* ‖ 35 hoc *R*[1] ‖ 37 quia non] qui ante *V*[1]

οὐκ ἐλάττους πέντε μαρτύρων ἐπὶ τῶν τοιούτων παραληφθήσονται, ἐν οἷς ἔσται καὶ ὁ γράφων ὑπὲρ τοῦ συμβάλλοντος ἢ τὸ πᾶν ἢ τὸ μετὰ τὰ ὀλίγα γράμματα τὰ παρ' ἐκείνου τεθέντα, ὥστε μηδὲν διαπεσεῖν τῆς εἰς ἄκρον ἀκριβείας.
1 *Καὶ ταῦτά φαμεν ἐπὶ τῶν ἐγγράφων συμβολαίων. εἰ γάρ τις ἀγράφως πρᾶξαι οἱονδήποτε συνάλλαγμα βουληθείη, τοῦτο πρόδηλον ὡς ἢ τὴν διὰ μαρτύρων ἢ τὴν δι' ὅρκων δέξεται πίστιν, τοῦ μὲν ἐνάγοντος μάρτυρας παράγοντος, τοῦ φεύγοντος δὲ ὀμνύντος ἢ ἀντεπάγοντος, καθάπερ ἂν ὁ δικαστὴς τὴν ὑπόθεσιν τάξειεν, ἵνα μηδὲν εἴη μηδὲ τούτων ἀδιόρθωτον.*
2 *Κἀκεῖνο μέντοι προσθεῖναι τῷ νόμῳ καλόν, ὥστε εἰ μέχρι μιᾶς χρυσίου λίτρας εἴη τὸ συνάλλαγμα, τὴν τοιαύτην παρατήρησιν ἐπὶ τούτῳ μὴ φυλάττεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὸ μέχρι νῦν πολιτευόμενον τὸ πρᾶγμα γίνεσθαι, ἵνα μὴ περὶ πραγμάτων σμικρῶν μεγάλας συντριβὰς ὑπομένωσιν ἄνθρωποι.*

his talibus adhibendi sunt, inter quos erit et qui scribit pro contrahente aut totum aut [post] ea quae post paucas litteras illius posita sunt, quatenus nihil omittatur de summa subtilitate.
1 Et haec dicimus super instrumentis ex scripto confectis. Nam si quis facere quemlibet contractum ex non scripto voluerit, hoc manifestum est quia aut per testes aut per iusiurandum fidem percipiet, actore equidem testes deducente, pulsato autem iurante aut referente, sicuti iudex negotium disposuerit, ut nihil sit neque horum inemendatum.
2 Illud quoque adicere legi bonum est, ut si usque ad unam auri libram fuerit contractus, huiusmodi observationem in hoc minime custodiri, sed secundum hoc quod tunc actum est causam fieri, ut non de rebus exiguis maximas homines attritiones sustineant.

CAPUT IX.

Ταῦτα δὲ πάντα κρατεῖν ἐπὶ ταῖς πόλεσι βουλόμεθα· ἐπείτοιγε ἐν χωρίοις, ἔνθα πολλὰ τὰ τῆς ἁπλότητός ἐστι καὶ οὐδὲ γραφόντων ἢ μαρτυρούντων πολλῶν εὐπορία, τὰ μέχρι νῦν παρ' αὐτοῖς κρατοῦντα καὶ νῦν ἔστω βέβαια. τοῦτο γὰρ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν διαθηκῶν, ἐφ' αἷς μάλιστα σπεύδομεν, ἤδη παρ' ἡμῶν νενομοθέτηται. Κρατείτω δὲ ὁ νόμος ἐπὶ τοῖς μετὰ ταῦτα ἅπασι γινομένοις συμβολαίοις τε καὶ συναλλάγμασι· τὸ γὰρ δὴ παρῳχηκὸς τί ἄν τις νομοθετήσειεν;

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τοῦτον ἡμῖν ἔτεκε τὸν νόμον ἀμφισβητήσεων πλῆθος γενομένων μὲν ἐν δίκαις ἡμῖν δὲ εἰσηγμένων, ἵνα τοῦ καθ' ἑκάστην πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητεῖν τοὺς ἀνθρώπους παύσαιμεν προαναστέλλοντες αὐτοῖς τὰς φιλονεικίας τῇ διὰ τῆς νομοθεσίας ἀκριβείᾳ. ὥστε προσήκει τὴν σὴν ὑπεροχὴν ταῦτα μανθάνουσαν φανερὰ πᾶσι καταστῆσαι τοῖς ὑπηκόοις τοῖς τε ἐνταυθοῖ τοῖς τε ἐπὶ τῶν ἐθνῶν. καὶ γὰρ δὴ πρὸς τοὺς ἄλλους ἐνδοξοτάτους ἐπάρχους τούς τε

Haec autem omnia tenere in civitatibus volumus; nam in agris, ubi multa simplicitas est et neque scribentium aut testium multorum copia est, quae hactenus apud eos valuerunt et nunc sint firma. Hoc enim et in ipsis testamentis, quibus maxime studemus, iam a nobis sancitum est. Valeat itaque lex in omnibus quae post haec facienda sunt instrumentis et contractibus: quod enim iam transiit cur quispiam sanciat?

⟨Epilogus.⟩ Hanc autem legem peperit contentionum multitudo factarum quidem in litibus apud nos autem introductarum, quatenus cotidie inter se contendere homines compescamus praeauferentes eis altercationes per legislationis subtilitatem. Quapropter convenit tuam eminentiam haec cognoscentem manifesta omnibus facere subiectis et qui hic sunt et qui in gentibus. Etenim ⟨ad⟩ alios gloriosissimos

cap. 8 § 2 et 9 in. summarium habet schol. Epan. l. c.

talibus negotiis adhibendos esse, in quibus is quoque erit qui pro contrahente vel totum vel quae sequuntur post paucas litteras ab illo positas conscripsit, ut nihil de summa diligentia praetermittatur.
1 *Atque haec dicimus de instrumentis in scripto compositis. Nam si quis sine scriptis qualemcumque contractum facere voluerit, manifestum est eum fidem vel per testes vel per sacramenta esse accepturum, cum actor quidem testes producat, reus autem iuret vel iusiurandum referat, prout iudex rem aestimaverit, ne vel ex his quidquam emendationis expers sit.*
2 *Verum illud quoque legi adicere par est, ut si usque ad unam auri libram contractus sit, huiusmodi observatio in eo non custodiatur, sed secundum id quod usque adhuc in usu fuit res peragatur, ne de rebus exiguis magna detrimenta homines subeant.*

IX. *Haec vero omnia valere in urbibus volumus: nam ruri quidem, ubi multa est simplicitas ac ne scribentium quidem aut testium multorum copia, quae usque adhuc illic valuerunt etiam nunc firma sint. Hoc enim in ipsis quoque testamentis, quorum nobis cura est praecipua, iam a nobis sancitum est. Valeat autem haec lex in omnibus quae posthac fient instrumentis et contractibus; nam quod praeteriit, de eo quid lege quis sanxerit?*

Epilogus. Hanc nobis legem peperit disceptationum multitudo et in litibus ortarum et ad nos delatarum, ut homines quominus cotidie inter se disceptent prohibeamus contentionibus eorum statim cohibitis per legislationis subtilitatem. Itaque tuam sublimitatem haec decet cognoscentem omnibus manifesta reddere subiectis et qui hic et qui in provinciis sunt. Etenim ad ceteros quoque gloriosissimos

3 *ἢ τὸ πᾶν*] *ἢ τὸ πᾶν μετὰ add. L*[a] ‖ *τὸ μετὰ*] *τὰ μετὰ Epan.* (ϛ) ‖ *μετὰ — 4 τεθέντα*] et postquam imperitus vel sanctam crucem fecerit vel paucas litteras *Iul.* ‖ *ὀλιγογράμματα L*[1] ‖ 6 *πράξειεν L*[1] ‖ 8 *ὅρκου L* ‖ *δέξηται Epan.* ‖ 10 *ἢ καὶ ἀντεπάγοντος Epan.* ‖ 11 *τάξειεν*] *quae sequuntur om. Epan.* (*cf. ad* ϛ) ‖ 12 *ἀδιάρθρωτον, s. v. καὶ ἀδιόρθωτον M* ‖ *τῷ νόμῳ προσθεῖναι B*[c] ‖ 15 *φυλάττεσθαι*] *συμβάλλεσθαι B*[c] *v. l.* ‖ *μέχρι νῦν*] tunc ϛ ‖ 20 *τὰ om. M* ‖ 22 *αὐτῆς M* ‖ 25 *νενομοθέτηται*] *Cod.* 6, 23, 31 ‖ *Κρατείτω δὲ c. q. s. om. B* ‖ 29 *Τοῦτο L*[1] ‖ *ἡμῖν*] autem ϛ ‖ *ἀμφισβητήσεων M*] *τὸ τῶν ἀμφισβητήσεων L* ‖ 32 *παῦσαι μὲν προαναστέλοντας L*[1] ‖ 37 * *ὑπάρχους ML*

2 trahente *V*[1] ‖ autem totum *V* ‖ postea *libri, del. Beck*; post *seclusi* ‖ quae] qui *R*[1] ‖ 4 supptilitate *V* ‖ 5 Et] At *V* ‖ 6 si] et si *R*[1] ‖ qualibet *R*[1] quodlibet *V* ‖ 9 auctore *V* ‖ deducentem *R*[1] ‖ 10 negotium iudex diposuerit *V* ‖ 11 ut *T*[1]] Ut autem *RVT*[2] *vulg.* ‖ sint *R* ‖ horum neque *V* ‖ 12 Illud *T*[1]] illud *prioribus continuant RVT*[2] *vulg.* ‖ 13 librarum *R* ‖ 15 tunc actum] al. tractatum *T*[2] ‖ 16 exigitus *V* ‖ atritiones *RT*[2] actiones *T*[1] ‖ 20 multas *V*[1] ‖ 24 sanctum *V* ‖ 26 ex contractibus *R*[1] ‖ quid *RVT* ‖ transit *RT* ‖ 29 contemptionum *R* ‖ 30 in militibus *V*[1] ‖ 31 sese *T vulg.* ‖ 32 compeccamus *R*[1] ‖ 33 legislationes *R*[1] ‖ 34 agnoscentem *R* ‖ 35 huic *V*[1] ‖ 36 ad *add. vulg.*

ἐπὶ τῆς Ἑσπέρας τούς τε ἐπὶ Λιβύης τούς τε ἐπὶ τοῖς ἀρκτῴοις (φαμὲν δὲ τοὺς ἐν Ἰλλυριοῖς) γράψομεν, ἵνα πᾶν ἡμῖν τὸ πολίτευμα μεστὸν γένηται τοῦ νόμου ⟨τοῦ⟩ τὰς τῶν ὑπηκόων θεραπεύοντος περιστάσεις.

Dat. prid. non. Iun. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. ann. XII. Iohanne v. c. cons. [a. 538]

praefectos et qui in Hesperia sunt et in Libya et qui in septentrionalibus (dicimus autem in Illyrico) scripsimus, ut omnis nobis respublica plena fiat hac lege subiectorum medente concussionibus.

Dat. prid. non. Iun. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XII. Iohanne v. c. cons.

ΟΔ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΙΔΩΝ ΠΩΣ ΧΡΗ ΝΟΕΙΣΘΑΙ ΑΥΤΟΥΣ ΓΝΗΣΙΟΥΣ Η ΝΟΘΟΥΣ. ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΠΡΟΙΚΩΝ ΣΥΝΟΙΚΕΣΙΩΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων ⟨ὑπάτῳ⟩ ὀρδιναρίῳ καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Ὀρθῶς εἴρηται τοῖς πρὸ ἡμῶν καὶ πρό γε ἁπάντων Ἰουλιανῷ τῷ σοφωτάτῳ τὸ μηδένα νόμον μηδὲ δόγμα τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαίων τεθὲν δόξαι καὶ πρὸς τὸ πᾶν αὐτάρκως ἐξ ἀρχῆς νομοθετηθέν, ἀλλὰ πολλῆς δεηθῆναι τῆς ἐπανορθώσεως,˙ ἵνα πρὸς τὴν τῆς φύσεως ποικιλίαν καὶ τὰς ἐκείνης ἐπιτεχνήσεις ἀρκέσαι. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἐκ νοθείας ἀφικνουμένων εἰς γνησίους πολλοὺς ἐγράψαμεν καὶ ποικίλους νόμους, ἐκ δὲ τῶν καθ' ἑκάστην ὑπὸ τῆς φύσεως τεχναζομένων εὑρόντες τι τοῖς ἤδη νενομοθετημένοις ἐλλεῖπον τοῦτο κατὰ τὸ παρὸν ἐπανορθοῦμεν. νενομοθέτηται γάρ, ὡς εἴ τις ἔχων γυναῖκα κατὰ ψιλὴν αὐτῷ διάθεσιν ἐγνωσμένην εἶτα παιδοποιήσεται, ὕστερον δὲ αὐτῇ καὶ γαμικὰ ποιήσαιτο συμβόλαια καὶ γνησίους ἐξ αὐτῆς τέκοι παῖδας, οὐδὲ οἱ πρότερον γενόμενοι μένουσι νόθοι, ἀλλὰ κἀκεῖνοι

LXXIV. Coll. VI tit. 1

℞ QUIBUS MODIS NATURALES FILII EFFICIUNTUR LEGITIMI ET SUI SUPRA ILLOS MODOS QUI SUPERIORIBUS CONSTITUTIONIBUS CONTINENTUR ℞

Idem Aug. Iohanni pp. secundo ex consule et patricio.

⟨Praefatio.⟩ Recte dictum est a praecessoribus nostris et ante omnes a Iuliano sapientissimo, quia nulla lex neque senatusconsultum prolatum in republica Romanorum videtur ad omnia sufficienter ab initio promulgatum, sed multa indigere correctione, ut ad naturae varietatem et eius machinationes sufficiat. Igitur de his qui ex naturalibus ad ius suorum perveniunt multas et varias conscripsimus leges, ex his autem quae a natura rerum per singula moliuntur invenientes aliquid deesse his quae iam statuta sunt, hoc in praesenti corrigimus. Sancitum namque est, ut si quis habens mulierem puro sibi affectu compertam, deinde filios procreaverit et postea ei etiam nuptialia fecerit instrumenta et legitimos ex ea procreaverit filios, neque hi qui prius nati sunt maneant naturales, sed et

Nov. LXXIV (= Coll. VI tit. 1: gloss.) Graece extat in M (om. L praeter rubr. et inscr.). — Epit. Theod. 74, Athan. 11, 3. Iulian. const. LXVII.

---

praefectos qui sunt in Occidente et in Libya et in septentrionalibus (dicimus in Illyrico) scribemus, ut universa nobis respublica impleatur lege quae subditorum necessitatibus medeatur.

LXXIV.

DE LIBERIS QUOMODO LEGITIMI AUT NATURALES EXISTIMANDI SINT. ET DE INDOTATIS NUPTIIS.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto praetorio Orientis iterum, exconsuli ⟨consuli⟩ ordinario et patricio.

Praefatio. Recte dictum est ab iis qui ante nos fuerunt et prae omnibus a Iuliano viro sapientissimo neque legem ullam neque senatusconsultum reipublicae Romanae latum videri ad omnia sufficienter ab initio sancitum, verum multiplici indigere emendatione, ut ad varietatem naturae eiusque inventa sufficiat. Atque de iis quidem qui ex naturalibus legitimorum ius consequuntur multas ac varias leges scripsimus, quoniam autem ex iis quae in diem a natura struuntur, deesse aliquid legibus iam sancitis deprehendimus, hoc in praesentia emendamus. Sancitum est enim, si quis mulierem habens mero affectu sibi cognitam inde liberos procreaverit, postea autem et nuptialia instrumenta cum illa composuerit et legitimos liberos ex ea susceperit, ne eos quidem qui prius nati sunt manere naturales, sed ipsos quoque legitimis adnumerari,

---

2 τοὺς ἐν] τοῖς ἐν *L* ‖ ἰλλυρικοῖς *M* ‖ γράψομεν] scripsimus ϛ ‖ 3 τοῦ νόμου] hac lege ϛ ‖ 4 τοῦ *addidi* ‖ θεραπευόντων *M* ‖ 5 *subscr. om. Iul.* ‖ prid. non. Iun. (ϛ)] pp. ꝶ iuin. *M* α' νόνων Ἰουνίων *Ath.* μηνὶ ἰουνίῳ *Theod.* ‖ CP. imp. dn. iunstiniano pp. aug. ann. XII. iohoanno uc. conss. *M*(ϛ), τῆς βασιλείας ιβ' ἔτει ὑπατείας Ἰωάννου ἰνδ. α' *Theod.* βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ιβ (ιγ' *coni. Heimbach*) ὑπατείας Ἀπίωνος ἰνδ. α'. *Ath.* ‖ 8 *sq. rubr.* Περὶ — συνοικεσίων *ML*] Ταῖς πρότερον γενομέναις διατάξεσι ταῖς βουλομέναις τοὺς νόθους παῖδας τῇ ποιήσει τῶν προικῴων γίνεσθαι γνησίους προστίθησιν ἡ παροῦσα διάταξις θέματά τινα καὶ τὰ ἑξῆς *Ath.* (*cf.* ϛ), Περὶ γνησιότητος παίδων, καὶ περὶ γάμων *Theod.* ‖ 13 *ὑπάρχῳ *ML* ‖ 15 ὑπάτῳ *add. Zacharias* ‖ 17 Ἰουλιανῷ] *Dig.* 1, 3, 10—12 (βι. ᾱ τι. γ̄ διγ. ῑ *schol. M*) ‖ 22 ἀρκέσαι (*sic*) *M*, ἀρκέσοι *vulg.* ‖ 24 νόμους] *Cod.* 5, 27, 10. 11. *Nov. XII c.* 4. *XIX.* ‖ 27 νενομοθέτηται] *Cod.* 5, 27, 10 ‖ 29 *ποιήσοιτο *M*

1 et in] in *om.* *V* ‖ libia *libri* ‖ 2 autem in] in *om.* *V* ‖ illirico *libri* ‖ 3 omnes R^1 ‖ nobis *om.* *R* ‖ 5 *subscr. dedimus ex V et Bamb. I* ‖ pridem nonos *V Bamb. I* ‖ iunii *V* ‖ Cap. *V* ‖ impr. dōno (dnn. *Bamb.*) Iust. *V Bamb. I* ‖ 6 ano *V* an. *Bamb. I* ‖ Iohanne uic. consule *Bamb. I*, *om.* *V* ‖ 7 ℞ LXX·IIII· *V* ‖ 8 moris *V* ‖ 9 legitimi efficiuntur *VT* ‖ 10 sui *om.* *V* ‖ modis V^1 ‖ 13 exconsuli *R vulg.* ‖ 16 praedecessoribus V^2 *vulg.* ‖ 20 corectione V^1 ‖ 23 scripsimus *T* ‖ 24 a natura R^2T *vulg.*] altura V^1 nature R^1V^2 ‖ 25 molliuntur R^1T^2 moriuntur R^2T^1 ‖ 27 Sancimus R^1 ‖ 28 comperatam V^1 ‖ 29 post *T* ‖ ei etiam R^2V] etiam ei *T* etiam R^1 *vulg.* ‖ 31 hii R^2T his R^1

τοῖς γνησίοις συναριθμοῦνται, διότι καὶ πρόφασις ὅλως αὐτοῖς εἰσὶ τῆς γεννήσεως. Ἀλλ' ἔσχε καὶ οὗτος ἐπανόρθωσιν ὁ νόμος. ἐπειδὴ γὰρ οἱ δεύτεροί τε καὶ μετὰ τὰ προικῷα τεχθέντες ἐτελεύτησαν, εἶτα ἠξίουν τινὲς μηκέτι τοὺς προτέρους ὑπὸ τῶν δευτέρων οὐκ ὄντων βοηθεῖσθαι, καὶ τοῦτο ἐπηνωρθώσαμεν, καὶ δεδώκαμεν αὐτοῖς καὶ οὕτω, κἂν εἰ τετελευτήκασιν οἱ δεύτεροι γεγονότες ἀδελφοί, τὸ νόμιμον ἔχειν, κἀκεῖνο προσθέντες (ἐπειδὴ καὶ τοῦτο ἠμφισβητήθη), ὡς κἂν εἴ τινες μετὰ τὰ προικῷα μὴ γένοιντο παῖδες, ἀλλ' οὖν τοὺς προειληφότας κἂν εἰ πρὸ τῶν προικῴων ἐτέχθησαν τοῖς γνησίοις ἐγγράφεσθαι, τοῦ πατρὸς ὅλως εἰς τοῦτο ὁρμηθέντος. 1 Ἀλλ' ἕτερόν τι τοιοῦτον ἀπήντησεν. ἐκ γὰρ δὴ τοιαύτης συνηθείας γενόμενοι παῖδες ὑπῆρχόν τινι, ὁ δὲ αὐτοὺς ἠβούλετο τῷ παρ' ἡμῶν ἐπινοηθέντι τρόπῳ ποιῆσαι γνησίους τῇ τῶν γαμικῶν ποιήσει συμβολαίων, βουλευομένῳ δὲ ταῦτα τῷ πατρὶ τετελεύτηκεν ἡ γυνή, καὶ ὁ τῆς διατάξεως αὐτὸν ἐπέλιπε τρόπος· οὐ γὰρ ἦν πρὸς ἥντινα ἔδει γαμικὸν συντάξαι συμβόλαιον, καὶ νόθοι μένουσιν οἱ παῖδες ἄκοντος τοῦ πατρός. Καί τι καὶ δεύτερον ἀνέστη τοιοῦτον ἐπ' ἀνδράσιν οὐδὲ ἀγνώστοις ἡμῖν. ἐπαιδοποιήσατο μὲν γάρ τις οὐ νομίμως, καὶ τοὺς μὲν παῖδας ὑπερηγάπα καὶ γνησίους αὐτῷ γενέσθαι κατὰ τὸν νόμον ἠβούλετο, τὰ δὲ τῆς γυναικὸς οὐκ ἦν αὐτῷ παντελῶς ἀναμάρτητα, οὐδὲ ἀξίαν αὐτὴν ἡγεῖτο νομίμου τινὸς ὀνόματος τήν γε ἑαυτὴν ὑβρίσασαν (ἀρκεῖ γὰρ τοσοῦτον εἰπεῖν). ὥστε δεύτερος οὗτος τρόπος ὁ τοὺς παῖδας ἀδικῶν, ἐν μὲν δὴ τῷ προτέρῳ διὰ τῆς τελευτῆς τῆς μητρός, ἐν 2 δὲ τῷ δευτέρῳ δι' ὧν ἐξήμαρτεν ἐκείνη. Ἴσμεν δὲ καί τι τρίτον ἕτερον κινηθέν. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ γνησίους ἠβούλετο ποιῆσαι τοὺς παῖδας καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς προικῴοις νομοθετηθέντα παρ' ἡμῶν ἐσκόπει, οἱ μέντοι παῖδες αἰσθόμενοι τούτων, ἐπειδήπερ τις παραδόξως ἦλθεν εἰς τὴν τεκοῦσαν αὐτοὺς (καίτοιγε οὐ νόμιμον αὐτῷ γαμετὴν οὖσαν) παρά τινος συγγενοῦς εὐπορία, κακούργως ἅμα καὶ δολερῶς πράττοντες τὴν μητέρα ἀπέκρυψαν, ἵνα μὴ γένηται δυνατὸν τῷ πατρὶ ποιήσασθαι γνησίους αὐτοὺς καὶ τελευτώσης ἴσως τῆς μητρὸς τῆς τῶν μητρῴων πραγμάτων ἀπολαῦσαι χρήσεως, τοῦτο ὅπερ τοῖς πατράσι

illi suis connumerentur, eo quod occasio omnino eis sunt nasci [legitimis]. Sed habuit etiam ista lex correctionem. Nam quod secundi et post dotem nati mortui sunt, ideo volebant quidam nequaquam priores a non existentibus adiuvari: et hoc emendavimus et dedimus eis etiam sic, vel si mortui [sui] sunt hi qui secundi fuerunt fratres, habere iura legitima, illud quoque adicientes, quoniam et hoc dubitatum est, ut vel si aliqui filii post dotalia non nascantur, attamen praecedentes, licet ante dotalia nati sunt, inter suos ascribi, patre quippe ad hoc festinante.

1 Sed aliud quiddam tale occurrit. Ex huiusmodi namque consuetudine nati filii erant alicui, at ille eos volebat a nobis adinvento modo facere suos nuptialium confectione documentorum; deliberante autem haec patre mortua est mulier et constitutionis eum deseruit modus: non enim erat ad quam oporteret nuptiale confici documentum, et naturales manebant filii invito patre. Et quiddam etiam secundum tale exortum est apud viros neque nobis incognitos. Procreavit etenim quidam filios non legitime, et filios quidem ultraquam diligebat et legitimos sibi fieri secundum legem volebat, ea autem quae sunt mulieris non erant omnino sine peccato, neque dignam eam aestimavit legitimo quodam nomine, quae etiam semet ipsam iniuriaverat (sufficit enim hoc tantum dicere). Quapropter secundus iste modus est qui filios gravat, in priori quidem per mortem matris, in secundo vero per id quod illa peccavit.

2 Novimus autem etiam quoddam tertium motum. Pater namque volebat legitimos facere filios et ad ea quae de dotibus sancita sunt a nobis respiciebat, filii vero sentientes quoniam quaedam inopinate venissent ad matrem eorum (licet uxorem non legitimam existentem) a quodam cognato divitiae, maligne simul et dolose agentes matrem occultaverunt, ne eos facere legitimos esset patri possibile et moriente forte matre maternarum rerum frueretur usufructu, hoc

quia causam omnino illis praestiterunt ut nascerentur. Sed haec quoque lex emendatione impertita est. Etenim defunctis filiis secundis qui post dotalia instrumenta nati sunt cum quidam priores a secundis non superstitibus non iam iuvari vellent, hoc quoque emendavimus iisque etiam sic dedimus, ut etsi defuncti sint qui secundi nati erant fratres, legitimorum ius habeant; illud quoque addidimus (quoniam etiam de eo dubitatum erat), ut etsi post dotalia instrumenta nulli liberi nati sint, tamen priores licet ante dotalia nati legitimis adscribantur, quippe cum pater omnino ad hoc festinaverit. 1 *Sed aliud quid eiusmodi accidit. Nam ex eius generis consuetudine erant liberi alicui nati, ille autem eos ratione a nobis excogitata legitimos efficere volebat nuptialium instrumentorum confectione: atqui dum pater haec mente agitat decessit mulier, et constitutionis ratio eum destituit: neque enim erat cum qua nuptiale instrumentum componere liceret, et naturales manebant liberi invito parente. Atque etiam aliud quid eiusmodi exortum est in viris nobis haud ignotis. Etenim liberos aliquis non legitime procreavit, atque illos quidem admodum diligebat et legitimos sibi fieri secundum legem volebat, mulieris autem res probro non omnino carebant neque dignam eam existimabat legitimo aliquo nomine, quippe quae sibi ipsa iniuriam fecisset (sufficit enim tantum dixisse). Itaque alter hic modus est quo liberi damno afficiantur, nempe ut priore per mortem matris ita altero per ea quae mater peccavit.* 2 *Novimus vero etiam tertium aliquid esse motum. Nam pater quidem legitimos efficere liberos volebat atque eorum quae de dotalibus a nobis sancita sunt rationem habebat, liberi tamen ubi haec senserunt, quoniam praeter opinionem ad matrem eorum (licet legitima illius uxor non esset) a cognato aliquo opes quaedam pervenissent, improbe simul et dolose agentes matrem occultaverunt, ne patri copia fieret ipsos legitimos efficiendi et defuncta forte matre maternarum rerum usufructu*

1 *καὶ om.* ϛ | 2 *οὕτως M* | 5 *δευτέρων om.* ϛ | 6 *ἐπηνωρθώσαμεν*] *Cod.* 5, 27, 11; *cf. Nov. XII c.* 4 | 26 *αὐτῷ om.* ϛ | 32 *ἕτερον om.* ϛ *quod probaverim* | 35 *τούτων om.* ϛ | 37 *παρά τινων M*[a] | 42 **ἀπολαύσοι M*ϛ

1 *sq.* occasio — legitimis *scr. R*[2] *in ras.* 20 *fere litt.* | 2 sunt] fuerit *R*(?) | nasci] *litteras sci scr. V*[2] *in spatio vacuo* | legitimis *ut glossema delevit Spangenberg* (*cf. Cod.* 5, 27, 10 § 1) | lex correctionem (correctione *R*) *RV vulg.*] correctionem lex *T* | 3 quod *T*[1]] qui *RVT*[2] quia *vulg.* | 6 dedimus] declinauimus *R*[1] | etiam] et *V* | sui *glossema om. vulg.* | sint hii *R* | 7 secundum *V* | 9 aliquot *R*[1] | nascatur *R*[1] | 10 sint *VT* | 13 Sed] Sed et *T vulg.* | huiusmodi] huius *V*[1] | 16 correctione *V* | 18 enim *om. V*[1] | 21 incognitos *Beck*] cognitos *libri* | 23 et filios] et filiis *R*[1] et filius *V*[1]*T*[1] et filium *V*[2] | quidam *R*[1] | 24 leges *T* | nolebat *R* | ea *om. R*[1] | mulieris sunt *R* | 25 erant] eāt *i. e.* eant *V* | 26 eaxistimauit *R* | nomine] modo *R*[1] | 27 iniuriauerit *R*[1] | 28 quia propter *R*[1] est] et *R* | 29 per mortem *TV*[b]] post mortem *RV*[a] | 30 illam *R*[1] | 31 quoddam *RT*[1]] quendam *VT*[2] *vulg.* | motum *T*[1]] modum *RT*[2]*V vulg.* | 32 filios legitimos facere *RT* | 33 de *om. V* | sancta *V*[1] | 34 inopinate uenissent *VT*] inopinata euenissent *R* | 36 *diuite *libri* | 37 nec *T* | 39 matere••rum *V*[a]

δίδωσιν εὖ ποιῶν ὁ νόμος. ταῖς τοιαύταις οὖν ἀντιτάξασθαι τέχναις νόμου καθέστηκεν ἴδιον ἀκριβοῦς, ὃν ἐν τῷ παρόντι τίθεμεν.

quod patribus dat bene faciens lex. Talibus itaque resistere artibus legis est proprium subtilis, quam in praesenti sancimus.

CAPUT I.

Εἴ τις οὖν οὐκ ἔχων παῖδας νομίμους, νόθους δὲ μόνον, αὐτοὺς μὲν γνησίους ποιήσασθαι βούλεται, τὴν γυναῖκα δὲ ἢ οὐκ ἔχοι παντελῶς ἢ οὐκ ἀναμάρτητον ἢ οὐ φαινομένην ἔχοι ἢ κατά τι νόμιμον πρὸς τὸ συνοικέσιον ἐμποδιζομένην, δίδομεν αὐτῷ παρρησίαν ξένῃ τινὶ καὶ νῦν ἐξηυρημένῃ παρ' ἡμῶν ὁδῷ πρὸς γνησίους ἀγαγεῖν τοὺς νόθους, δηλαδὴ γνησίων ἐπὶ τῶν τοιούτων θεμάτων οὐκ ὄντων. ὥσπερ γὰρ ἔστι τις τοῖς πρὸ ἡμῶν ἐξηυρημένος τρόπος ὃς τοὺς ἀπελευθέρους εἰς εὐγένειαν ἄγει, προκαθαίρων μὲν αὐτοὺς ἑτέρᾳ τινὶ πράξει καὶ διδοὺς αὐτοῖς τὸ τῶν χρυσῶν δακτυλίων δίκαιον, ὕστερον δὲ εἰς αὐτὴν ἐπανάγων τὴν φύσιν τὴν δοῦλόν τε καὶ ἐλεύθερον ἐξ ἀρχῆς μὴ διακρίνασαν, ἀλλ' ἐλευθέραν τὴν ἀνθρώπου ποιησαμένην γονήν· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἐπινοοῦμεν τῷ πράγματι. καὶ ἐξέστω τῷ πατρὶ ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένων τρόπων, ἢ καὶ εἴ τις ἕτερος ἀπαντήσει τοιοῦτος (πολλὰ δέ, καθάπερ ἔφθημεν εἰπόντες, τὰ τῆς φύσεως καινουργήματα), ἐξέστω τοίνυν καθάπερ ἔφαμεν τῷ πατρί, εἴπερ γνησίας οὐκ εὐπαροίη γονῆς, τοὺς παῖδας ἀποκαταστῆσαι τῇ φύσει καὶ τῇ ἄνωθεν εὐγενείᾳ, εἴ γε ἐξ ἐλευθέρας αὐτῷ γένοιντο, καὶ γνησίους τὸ λοιπὸν καὶ ὑπεξουσίους ἔχειν. ⟨Οὐδὲ γὰρ ἐξ ἀρχῆς, ἡνίκα ἡ φύσις⟩ διεθεσμοθέτει τοῖς ἀνθρώποις μόνη, πρὶν τοὺς γραπτοὺς εἰσφοιτῆσαι νόμους, ἦν τις διαφορὰ νόθου τε καὶ γνησίου, ἀλλὰ τοῖς πρώτοις γονεῦσιν οἱ πρῶτοι παῖδες ἅμα τῇ προόδῳ γεγόνασι γνήσιοι, καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐλευθέρων ἡ μὲν φύσις ἐλευθέρους πεποίηκεν ἅπαντας, οἱ πόλεμοι δὲ τὴν δουλείαν ἐξεῦρον, οὕτω κἀνταῦθα ἡ μὲν φύσις γνησίας προήγαγε τὰς γονάς, ἡ δὲ εἰς ἐπιθυμίαν ἐκτροπὴ τὸ νόθον αὐταῖς προσανεμάξατο. ὥστε ὁμοίων τῶν παθῶν γενομένων δεῖ καὶ τὴν θεραπείαν ἐκ τῶν ἴσων ἐξευρεθῆναι, τὴν μὲν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν τὴν δὲ ὑφ' ἡμῶν.

Si quis ergo non habens filios legitimos, naturales autem tantummodo, ipsos quidem suos facere voluerit, mulierem vero aut non habet penitus, aut ⟨quae⟩ non sine delicto sit aut quae non appareat habeat aut secundum quandam legem ad matrimonium praepeditam, damus ei fiduciam nova quadam et nunc adinventa a nobis via ad legitimorum ius perducere naturales, procul dubio suis in talibus casibus non existentibus. Sicut enim est quidam a praecedentibus nobis adinventus modus qui libertos ad ingenuitatem deducit, praemundans quidem eos alio quodam actu et dans eis aureorum ius anulorum, postea vero ad ipsam deducens naturam, quae servum et liberum ab initio non discrevit, sed liberam hominis fecit prolem: sic et nos hunc modum adinvenimus causae. Et licebit id patri, ut in his qui dudum a nobis dicti sunt modis, vel etiam si quis alter occurrerit talis (multae namque sicut praediximus naturae sunt novitates), liceat igitur sicut diximus patri, si legitimam non habeat sobolem, filios restituere naturae et antiquae ingenuitati, si ex libera ei fiant, et suos de cetero et sub potestate habere. Neque enim a principio, quando sola natura sanciebat hominibus, antequam scriptae provenirent leges, fuit quaedam differentia naturalis atque legitimi, sed antiquis parentibus antiqui filii mox ut procedebant fiebant legitimi, et sicut in liberis natura quidem liberos fecit omnes, bella vero servitutem adinvenerunt, sic etiam hinc natura quidem legitimas produxit soboles, at vero ad concupiscentiam diversio naturales eis inmiscuit. Tamquam ergo similibus passionibus factis oportet etiam medelam ex aequalitatibus inveniri, illam quidem a praecessoribus nostris, hanc vero a nobis.

---

potiendi, id quod patribus lex merito tribuit. Talibus igitur artibus resistere legis proprium est accuratae, quam in praesenti sancimus.

I. *Si quis igitur non habens liberos legitimos, sed naturales tantum, eos quidem legitimos reddere vult, mulierem autem vel omnino non habeat vel quae probro non careat vel quae non appareat vel quae secundum aliquam legem ad nuptias faciendas impediatur, licentiam ei damus nova quadam via et nunc excogitata a nobis ad legitimorum ius ducendi naturales, scilicet si legitimi in eiusmodi casibus praesto non sint. Sicut enim ratio quaedam est a decessoribus nostris excogitata quae libertinos ad ingenuitatem ducit, cum eos prius per alium quendam actum purget detque iis ius aureorum anulorum, deinde autem ipsi eos naturae restituat, quae servum et liberum ab initio non discrevit, sed liberam fecit hominis prolem: ita iam nos quoque hunc modum illi causae statuimus. Atque liceat patri in modis a nobis ante dictis, vel etiam si quis eius generis alius acciderit (multa enim, sicut supra diximus, a natura innovantur), liceat igitur uti dicebamus patri, si quidem legitimae subolis copia ei non sit, liberos restituere natalibus et antiquae ingenuitati, si modo ex libera ei nati sint, et legitimos in posterum ac sub potestate habere. Neque enim a principio, cum natura hominibus sola leges daret, antequam scriptae inducerentur leges, differentia erat ulla inter naturalem et legitimum, sed primis parentibus primi filii simul ac progeniti sunt legitimi extiterunt, et quemadmodum in liberis hominibus natura quidem omnes fecit liberos, bella autem servitutem invenerunt, ita hic quoque natura quidem legitimam produxit subolem, conversio autem ad libidinem naturalium notam iis impressit. Itaque cum similes affectus facti sint, remedium quoque ex similibus excogitari par est, alterum a decessoribus nostris alterum a nobis.*

---

5 *μόνων M* ‖ 6 *οὐκ ἔχοι*] non habet *ς* ‖ 19 *ἐξέστω*] licebit id *ς* ‖ 27 *ὑπεξουσίους om. M^a* ‖ *ἔχειν M*] *σχεῖν cum Scringero vulg.* ‖ *Οὐδὲ — 28 φύσις omissa in M ex ς et Nov. LXXXIX* c. 1 *supplevi* (*sim. Heraldus rer. quotid. I* 5) ‖ 33 *πόλεμοι Heraldus ex ς et Nov. LXXXIX* c. 1] *πολέμιοι M*

---

1 dabat *T* ‖ legem V^1 ‖ 2 subtilius *V* ‖ quam] est V^1 ‖ 5 uoluerit facere suos *R* facere autem (autem *del.* T^2) suos uoluerit *T* ‖ 6 quae *add. vulg.* ‖ 7*sq.* habeat autem *libri, corr. Beck* ‖ 9 licentiam *T* ‖ 10 perducere] procedere *R* ‖ 14 *praemundans *Heraldus rer. quotid. I* 5] praemandans (praemandan• V^1) *VT vulg.* praemendas (praecendens? *corr.* R^2) *R* ‖ quodam alio *R* ‖ 15 anulorum ius aureorum *V* ‖ 19 id *om.* T^1 ‖ quem R^1 ‖ a *om.* R^1 ‖ 21 namque] nam R^1 ‖ praediximus *RT*] supra diximus *V* ‖ 24 ingenuitate *V* ‖ fiat *V* sunt *T* ‖ 26 quando] ante V^1 ‖ sanciebat] faciebant R^1 ‖ hominibus *Hombergk*] hominis R^1V^1 homines R^2V^2T ‖ 27 scripture peruenire R^1 ‖ 28 legitima *V* ‖ 30 in liberis quidem natura quidem liberos omnes fecit *V* ‖ 31 adinuenerant (adinueniant T^1) *libri, corr. vulg.* ‖ hinc] huic *RV*, *om. T* ‖ 32 legitimas quidem *V* ‖ 33 concupiscentias *T* ‖ diuersio *TR*²] diuerso R^1 diuisio V^1 diuisio V^2 ‖ naturalis RV^1T ‖ 35 aequalitatibus *Spangenberg*] qualitatibus *libri* ‖ inuenire *RT* ‖ 36 praedecessoribus V^2 *vulg.* ‖ vero a *om.* V^1

CAPUT II.

Ἔστω τοίνυν ἄδεια τῷ πατρὶ τὴν μητέρα ἐπὶ τοῦ προτέρου καταλιμπάνοντι σχήματος, εἴπερ ταῖς ἀληθείαις ἁμαρτάνουσά τι περὶ τὴν εὐνὴν φανείη (ἄλλως γὰρ γίνεσθαι τοῦτο ἐπὶ τοῦ τοιούτου θέματος οὐκ ἐφίεμεν), ἢ εἴπερ κατά τινα περίστασιν ἢ οὐκ ἔστιν ἢ λανθάνοι ἤ τι ἕτερον γένοιτο περὶ αὐτὴν ὃ αὐτὸν κωλύει τὴν ἐπὶ τὰ προικῷα φέρουσαν ὁδὸν ἐλθεῖν, καὶ οὕτως αὐτὸν προνοῆσαι τῶν παίδων, καὶ ἐπιδοῦναι τῇ βασιλείᾳ δέησιν αὐτὸ τοῦτο λέγουσαν ὡς βούλεται τοὺς νόθους αὐτοῦ παῖδας ἀποκαταστῆσαι τῇ φύσει καὶ τῇ ἄνωθεν εὐγενείᾳ τε καὶ γνησιότητι, ὥστε ὑπεξουσίους αὐτῷ καθεστάναι μηδὲν τῶν νομίμων παίδων διαλλάττοντας. καὶ τούτου γινομένου ἐντεῦθεν τοὺς παῖδας ἀπολαύειν τῆς τοιαύτης βοηθείας, καὶ μηδὲ κακουργεῖν δύνασθαι τὸν πατέρα καὶ ἀποκρύψαντας τὴν μητέρα διωθεῖσθαι τὴν γνησιότητα. ἑνὶ γὰρ δὴ τούτῳ τῷ τρόπῳ πάσας τὰς τοιαύτας τῆς φύσεως παρεκβάσεις τε καὶ ἐπινοίας ἐπὶ τῶν νομίμους οὐκ ἐχόντων παῖδας θεραπεύομεν, οὕτω συντόμῳ συμμαχίᾳ τοσαύτην ὁρμὴν ἐπανορθώσαντες

1 φύσεως. Εἰ μέντοιγε ὁ μόνων φυσικῶν παίδων πατὴρ τοῦτο μὲν διά τινας τυχηρὰς περιστάσεις οὐ πράξειε, τελευτῶν δὲ ἐπί τινος τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων θεμάτων γράψειεν ⟨ἐν⟩ διαθήκῃ βούλεσθαι αὐτῷ γνησίους εἶναι τοὺς παῖδας καὶ διαδόχους, καὶ ἐν τούτῳ δίδομεν αὐτῷ παρρησίαν· δεομένων μέντοι καὶ οὕτω τῶν παίδων μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦτο διδασκόντων, καὶ δεικνύντων τὰς τοῦ πατρὸς διαθήκας, καὶ κληρονομούντων εἰς ὅσον ἂν ὁ πατὴρ αὐτοὺς γράψειε, καὶ ἐκ τῆς βασιλείας αὐτὸ λαμβανόντων, ἵνα κατὰ ταὐτὸν δῶρον ᾖ τὸ γινόμενον πατρός τε καὶ βασιλέως, ταὐτὸν δέ ἐστιν εἰπεῖν φύσεώς τε καὶ νόμου. Καὶ ταῦτά φαμεν οὐδένα τῶν ἔμπροσθεν νομίμων ἀναιροῦντες τρόπων, ἀλλὰ καὶ τοῦτον προστιθέντες ἐφ' ὧν ἐκείνους λαβεῖν οὐκ ἔξεστιν. ὅλως γὰρ γνησίων ὑπόντων εἶτα νόθων ἐπιγινομένων ἢ προγενομένων οὐκ ἂν ἡ γνησιότης αὐτοῖς προστεθείη, εἰ μὴ πάντως διὰ τῶν διατάξεων ἡμῶν, αἵπερ τὸν τῶν προικῴων συμβολαίων εἰσηγήσαντο τρόπον.

Sit igitur licentia patri matrem in priori statu relinquenti, si ex veritate aliquid circa torum apparuerit deliquisse (aliter namque fieri hoc in talibus casibus non permittimus), et si per quandam circumventionem aut non est aut latitet aut aliquid etiam aliud fiat circa eam aut quod prohibeat venire ad viam ducentem ad dotalia, etiam sic providere filiis et offerre imperatori precem hoc ipsum dicentem, quia vult naturales suos filios restituere naturae et antiquae ingenuitati et legitimorum iuri, ut sub potestate eius consistant nihil a legitimis filiis differentes. Et hoc facto exinde filios frui tali solacio, et neque fraudare posse patrem et celantes matrem ius legitimorum abicere. Uno enim hoc modo omnibus huiusmodi naturae excessibus et adinventionibus in his qui legitimos non habent filios medemur, ita brevi solacio tantum naturae impetum corrigentes.

1 Si vero solummodo naturalium filiorum pater hoc quidem propter quasdam fortuitas circumstantias non agat, moriens vero sub quodam praedictorum casuum scripserit in testamento velle sibi eos legitimos esse filios successores, et huius rei damus licentiam; supplicantibus tamen etiam sic filiis post mortem patris et hoc docentibus et ostendentibus patris testamentum, et heredibus existentibus in quantum pater eos scripserit, et ab imperio hoc percipientibus, ut in uno eodemque hoc quod agitur sit donum patris et principis, idem est dicere naturae simul et legis. Et haec dicimus nullum anteriorem legitimum perimentes modum, sed etiam hunc addentes in quibus illos accipere non licet. Omnino enim suis existentibus, deinde naturalibus procreatis aut primitus natis, nequaquam legitimorum ius eis adiciatur, nisi forsan per constitutiones nostras, quae dotalium instrumentorum introduxerunt modum.

II. *Sit igitur patri licentia matre in priori statu relicta, siquidem quid re vera eam adversus torum peccasse appareat (alioqui enim hoc fieri in eiusmodi casu non patimur), vel si qua ex necessitate aut non sit superstes aut lateat aut quid aliud de ea factum sit quod illum prohibeat ne viam ad dotalia instrumenta ducentem ingrediatur, sic quoque liberis prospiciendi, et imperatori preces offerendi quae id ipsum dicant velle se naturales suos liberos natalibus et pristinae ingenuitati et legitimorum iuri restituere, ut sub potestate sua sint neve quicquam a legitimis liberis differant. Et hoc facto liberi dehinc tali auxilio fruantur, neu fraudem facere patri valeant et matre occultata ius legitimorum repudiare. Uno enim hoc modo omnes eiusmodi naturae lapsus et inventiones in iis qui legitimos liberos non habent sanamus, cum tam exiguo subsidio tantum impetum naturae correxerimus.*

1 *Si tamen pater naturalium tantum liberorum id quidem propter fortuitas quasdam necessitates non fecerit, moriens autem de uno ex casibus supra dictis in testamento scripserit velle se liberos sibi legitimos esse et successores, huius quoque rei licentiam ei damus, ut tamen sic quoque liberi post mortem patris supplicent et hoc doceant, et testamentum patris ostendant, et heredes existant in quantum eos pater scripserit, atque id ab imperatore impetrent, ut quod fit eodem modo donum sit et patris et imperatoris, vel quod idem est et naturae et legis. Atque haec dicimus nullum ex prioribus modis legitimis tollentes, immo hunc addentes ubi illos adhibere non licet. Utique enim si legitimi praesto sint et naturales postea nascantur sive antea nati sint, ius legitimorum iis non impertietur nisi omnino per constitutiones nostras, quae modum dotalium instrumentorum introduxerunt.*

4 ἐπὶ τοῦ τοιούτου θέματος] in talibus casibus ς ‖ 5 ἢ εἴπερ] et si ς ‖ 6 ἤ τι ἕτερον *M* aut aliquid etiam aliud ς ‖ ὃ *Scrimger*] ἢ *M* aut quod ς ‖ αὐτὸν *om.* ς ‖ 11 καὶ τῇ *Agylaeus ex* ς (*cf.* 372, 25)] οὓς τῇ *M* (ὡς τῇ *Osenbrüggen*) ‖ 24 *γράψειεν ἐν (*cf.* ς)] γράψειεν *M* γράψει ἐν *Zachariae* ‖ 25 καὶ διαδόχους] καὶ *om.* ς, *Iul.* 241 ‖ 26 αὐτῷ *om.* ς ‖ 31 κατὰ ταὐτὸν *Zachariae ex* ς] κατ'ὰ|τὸν (*sic*) M^1 κατ' αὐ|τὸν M^2 ‖ 32 καὶ βασιλέως *Scrimger ex* ς] καὶ *om.* *M* ‖ 38 πάντως] forsan ς ‖ διατάξεων] *Cod.* 5, 27, 10. 11

1 matri T^1 matre T^2 ‖ 2 relinquenti *vulg.*] delinquenti (delinquentem V^2 delinquente T^2) *libri*; derelinquenti *Heimbach* ‖ 4 et si] aut si *Beck* ‖ *per quandam circumventionem] per quedam circumuentio (cir|uentio T^a) T^1 quaedam circumuentionem (circumuentione R^2) *R* quaedam circumuentio est *V* quadam circumuentione T^2 *vulg.* ‖ 5 latitet *V*] latet *RT vulg.* ‖ 6 fiat] uel fatiat (*sic*) *T* ‖ aut *delet Beck* ‖ quod] qui T^1 eam aut V^1 ‖ prohibebat *T* ‖ 8 offerre imperatori praeces *V* ‖ 10 legitimorum *vulg.*] legitimo *libri* (*cf. v.* 36) ‖ sub] sub sua R^1 ‖ 12 facta V^a ‖ 13 fraudari *R* ‖ ius *RV*] et ius *T vulg.* ‖ 14 hominibus R^1 ‖ 15 huius modo V^1 ‖ 16 legimos V^1 ‖ ita] et ita *V* ‖ 17 tantum] inter R^1 ‖ 21 pater filiorum *V* ‖ 22 quosdam V^1 ‖ 23 agit R^2 ‖ 24 scripsit *VT* ‖ eos] eorum V^1 ‖ 25 filios et successores *al.* ‖ huiusmodi rei *R*; *leg.* huiusmodi ei? ‖ 26 pōt V^1 ‖ 27 *dicentibus *libri* ‖ 28 et] et ex V^1 ‖ 29 ut] et V^1 ‖ 30 quod] que *V* ‖ donum R^1T^a ‖ 31 idem est T^2] id est *RV* idem T^1 ‖ dicte *V* ‖ 32 legitimum anteriorem *V* ‖ 35 naturalibus existentibus procreatis R^a ‖ aut] uel *R* ‖ 36 ius legitimorum *T* ‖ aditiatur *V*] dicitur R^1 addicitur R^2T adicitur *vulg.*

CAPUT III.

Καὶ οὐ λέληθεν ἡμᾶς ὡς καὶ ὁ τῆς υἱοθεσίας τρόπος ἦν πάλαι τισὶ τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων ἐπὶ τῶν νόθων τῶν εἰς γνησίους μεθισταμένων νομισθεὶς οὐκ ἀδόκιμος. ἀλλ' ὅ γε τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἡμῶν πατὴρ καὶ ἡ διάταξις ἡ παρ' ἐκείνου τεθεῖσα τῶν τοιούτων κατέγνω, μένειν δὲ κἀκείνην ἐπὶ τῶν ἑαυτῆς ὅρων βουλόμεθα, ἐπειδὴ τῆς σωφροσύνης ἀκριβῶς ἐστόχασται. καὶ οὐ προσῆκόν ἐστι τὰ καλῶς ἐκβεβλημένα πάλιν εἰς πολιτείαν κατάγειν.

Et nos non latuit quia etiam adoptionis modus erat antiquitus ab aliquibus ante nos imperatoribus super naturales ad legitimos transferendos non improbabilis aestimatus. Sed aeque piae memoriae noster pater et constitutio ab illo prolata talia reprehendit. Manere ergo et illam in suis terminis volumus, quoniam castitatem diligenter consideravit, et incompetens est quae bene exclusa sunt rursus ad rempublicam revocare.

CAPUT IV.

Κἀκεῖνο δὲ ἡγούμεθα κάλλιον εἶναι τάξαι προσηκόντως, ὅπερ ἐκ πολλῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἐλάβομεν πείρας· πολλαὶ γοῦν καὶ ἐφεξῆς δίκαι προσηγγελμέναι τῷ ἡμετέρῳ κράτει τοῦ παρόντος ἡμᾶς εἰς χρείαν ἤγαγον νόμου. ἐπειδὴ γὰρ καὶ τοῖς παλαιοῖς διηγόρευται νόμοις καὶ ἡμῖν αὐτοῖς τὰ αὐτὰ διατέτακται, ὥστε τοὺς γάμους καὶ γαμικῶν συμβολαίων χωρὶς ἐκ μόνης ἐρρῶσθαι διαθέσεως καὶ κυρίους εἶναι, γενοθευμένων ⟨δὲ⟩ ἡμῖν ἐντεῦθεν συναλλαγμάτων ἐπλήσθη τὸ πολίτευμα, καὶ παρίασι μάρτυρες ἀκινδύνως ψευδόμενοι καὶ ὅτι κυρίαν ἐκάλει τὴν συνοικοῦσαν ὁ ἀνὴρ κἀκείνη τοῦτον ὁμοίως ὠνόμαζε, καὶ οὕτως αὐτοῖς πλάττεται συνοικέσια καὶ μὴ ταῖς ἀληθείαις συστάντα· τοῦτο ᾠήθημεν χρῆναι κατὰ τοὺς φυσικοὺς διορίσαι νόμους. ἴσμεν γάρ, εἰ καὶ σωφροσύνης ἐσμὲν ἐρασταὶ καὶ ταῦτα τοῖς ἡμετέροις νομοθετοῦμεν ὑπηκόοις, ἀλλ' οὐδὲν εἶναι μανίας ἐρωτικῆς σφοδρότερον, ἣν ἐπισχεῖν φιλοσοφίας ἐστὶν ἀκριβοῦς, νουθετούσης τε καὶ πηδῶσαν καὶ σφαδάζουσαν τὴν ἐπιθυμίαν ἐπεχούσης· ὥστε οἱ τούτῳ κεκρατημένοι τίνος ἂν ἀπόσχοιντο ῥήματος πρὸς τὰς ὧν ἐρῶσιν, ὅπερ αὐταῖς οὐ διὰ κολακείαν προσάγουσι; τοιγαροῦν τοσοῦτον καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν νομοθέται τὰς τοιαύτας ἠπίσταντο τῶν ψυχῶν διαθέσεις, ὥστε καὶ τὰς ἐν γάμῳ κωλύουσι δωρεάς, ἵνα μὴ τῇ τῆς ἐπιθυμίας νικηθέντες ὑπερβολῇ λάθοιεν κατὰ μικρὸν ἑαυτοὺς οἱ συνοικοῦντες τῆς οὐσίας ἀφαιρούμενοι. ταῦτα οὖν σώφρονι νόμῳ διαθεσμοθετῆσαι καλῶς ἔχειν ᾠήθημεν.

Illud quoque melius arbitramur constituere competenter, quod ex plurimo causarum experimento cognovimus; multae quidem et continuae lites nuntiatae nostrae maiestati ad opus nos deduxerunt legis. Quia enim et antiquis promulgatum est legibus et a nobis ipsis sunt haec eadem constituta, ut nuptiae et extra dotalia documenta ex solo affectu valeant et ratae sint, sed falsatis contractibus nostra ex hoc est completa respublica (nam introeunt testes sine periculo mentientes, quia vir vocabat dominam cohaerentem et istum illa similiter nominabat, et sic eis finguntur matrimonia non pro veritate confecta), hoc aestimavimus oportere secundum naturales definire leges. Novimus etenim et castitatis sumus amatores et haec nostris sancimus subiectis: sed nihil est furore amoris vehementius, quem retinere philosophiae est perfectae, monentis et insilientem atque inhaerentem concupiscentiam refrenantis; ut hi qui hoc tali detinentur ⟨quo⟩ se abstinebunt sermone ad eas quas amant, quem eis non per blandimenta conferunt? denique in tantum etiam ante nos legislatores tales scierunt animorum affectus, ut etiam donationes constante matrimonio prohiberent, ut non concupiscentiae magnitudine victi laterent paulatim coniuges semet ipsos sua privare substantia. Haec ergo casta lege sancire bene se habere credidimus.

1 *Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν μειζόνων ἀξιωμάτων καὶ ὅσα μέχρι τῶν ἡμετέρων ἐστὶ συγκλητικῶν καὶ τῶν με-*

1 In maioribus itaque dignitatibus et quaecumque usque ad nostros est senatores et magnificentissimos

III. *Neque fugit nos etiam adoptionis modum olim nonnullis eorum qui ante nos fuerunt imperatorum ad naturales legitimos reddendos non indignum esse iudicatum. Verum ea parens noster piae memoriae et constitutio ab illo lata reiecit; quam manere ipsam quoque in suo statu volumus, quoniam castitatem accurate sectata est nec decet ea quae recte explosa sunt rursus in rempublicam revocare.*

IV. *Sed illud quoque ut apte ordinemus satius esse arbitramur, quod ex multa rerum experientia accepimus: certe multae et continuae lites ad nostram maiestatem delatae ad praesentis nos legis necessitatem adduxerunt. Nam cum et antiquis legibus praeceptum et idem a nobis ipsis constitutum sit, ut nuptiae etiam sine nuptialibus instrumentis ex solo affectu valeant et ratae sint, ⟨atqui⟩ inde suppositis contractibus respublica repleta est, et testes prodeunt impune mentientes et virum dominam vocasse eam quae cum eo vivat et illam simili eum nomine appellasse, atque ita finguntur iis matrimonia quae revera non sunt contracta: hoc secundum leges naturales definiendum esse existimavimus. Etsi enim castitatis sumus amatores atque eiusmodi leges subiectis nostris damus, at satis scimus nihil esse furore amoris vehementius, quem cohibere philosophiae est severae, quae et reprehendat et lascivientem atque exultantem concupiscentiam contineat: unde qui illo victi sunt quo verbo abstinebunt adversus eas quas amant, quod non in eas per blanditias conferant? Quam ob rem etiam qui ante nos fuerunt legislatores adeo cognitos habuerunt eiusmodi animorum affectus, ut vel donationes constante matrimonio prohiberent, ne coniuges victi nimia concupiscentia imprudentes se ipsos paulatim bonis suis privarent. Haec igitur lege prudenti*
1 *disponere par esse duximus. Atque in maioribus dignitatibus et quaecumque usque ad senatores*

1 *λέλυθεν M* ‖ *cf. Cod.* 5, 27, 6 § 1 ‖ 4 *γε*] aeque *ς* ‖ 5 *διάταξις*] *Iustini Cod.* 5, 27, 7 ‖ 6 *δὲ*] ergo *ς* ‖ 13 *τοῦ παρόντος om. ς* ‖ 15 *διατέτακται*] *cf. Nov. XXII c.* 3 ‖ 18 **δὲ addidi ex ς* ‖ 19 *καὶ*] nam *ς* ‖ 20 *καὶ om. ς* ‖ 22 *καὶ μὴ*] non *ς*; *delendum videtur καὶ* ‖ 24 *εἰ om. ς* ‖ 29 *τούτῳ*] hoc tali *ς* ‖ 30 *προσάσων ὁρῶσιν M, corr. Scringer*

1 non nos *R* ‖ 4 exstimatus *R* existimatus *vulg.* ‖ 5 prolata] et prolata R^1 ‖ 8 est] et $R^1 V^1 T^1$ ‖ quae] qui $V^1 T^1$ ‖ exclausa V^1 ‖ 10 *rubr.* Qui sine dotalibus instrumentis nuptias contrahere possunt *RT in marg.* (*cf. Iul.*) ‖ 14 est *om. V* ‖ 15 ipsi V^1 ‖ instituta *V* ‖ 16 nuptiae et] et nuptie et *V* et nuptie T^1 ‖ documenta ex] instrumenta et ex *T* ‖ 17 falsatis V^1 *vulg.*] falsitas T^1 falsitatis $R V^3 T^2$ ‖ 18 introeunt *Beck*] introeuntes *libri* ‖ 21 non] uero non *T* ‖ 22 estimauimus *T*] exstimauimus *R* existimauimus *V vulg.* ‖ diffinire *libri* ‖ 23 et] etsi *vulg.* ‖ 24 hoc *R* ‖ 25 est] esse *vulg.* ‖ 26 phylosofie *V* filosophie *T* ‖ momentis V^a morientis T^1 ‖ 28 hii *RVT* ‖ hoc tale T^1 tale hoc R^1 ‖ quo *addidit Beck* ‖ se] si *RT* etsi *V* ‖ 29 amaret *R* ‖ quem] al. que R^2 *in marg.*, quae *vulg.* ‖ eius V^1 ei *T* ‖ non *del.* R^2 ‖ 31 s••erunt V^1 scietur T^1 ‖ effectus $V^1 T$ ‖ 33 laterent $R^1 T^2$] late••• V^1 laterentur R^2 latentur V^3 latenter T^1 *vulg.* ‖ 34 privare *Contius*] priuari $R V^1 T$ priuarent V^3 *vulg.* ‖ 35 lex V^1 ‖ 38 et quaecumque — 375, 1 patimur *scripsit* V^2 *in ras.* 1½ *vers.* ‖ 39 usque ad] ad usque R^1 ‖ nostros est V^2] nos est $R V^1 T$ nostros sunt *Contius*

γαλοπρεπεστάτων ἰλλουστρίων οὐδὲ γίνεσθαι ταῦτα παντελῶς ἀνεχόμεθα, ἀλλ' ἔστω πάντως καὶ προὶξ καὶ προγαμιαία δωρεὰ καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα τοῖς σεμνοτέροις πρέπει τῶν ὀνομάτων. Ὅσον δὲ ἐν στρατείαις τε σεμνοτέραις καὶ ἐμπορίαις καὶ ὅλως ἐν ἐπιτηδεύσεσιν ἀξιολογωτέραις ἐστίν, εἰ βούλοιτο νομίμως γυναικὶ συνελθεῖν καὶ μὴ ποιήσασθαι γάμων συμβόλαια, μὴ οὕτως εἰκῇ καὶ ἀπαραφυλάκτως καὶ ἐκκεχυμένως καὶ ἀναποδείκτως τοῦτο πραττέτω, ἀλλὰ παραγινέσθω πρός τινα τῶν εὐκτηρίων οἴκων κοινωσάσθω τε τῷ τῆς ἁγιωτάτης ἐκείνης ἐκκλησίας ἐκδίκῳ, ὁ δὲ παραλαβὼν τρεῖς ἢ τέσσαρας τῶν ἐκεῖσε εὐλαβεστάτων κληρικῶν ἐκμαρτυρίαν συνιστάτω δηλοῦσαν, ὡς ἐπὶ τῆσδε τῆς ἐπινεμήσεως τοῦδε τοῦ μηνὸς ἄγοντος τόσην ἡμέραν τῆς βασιλείας ἔτους τόσου ὑπατείας τοιᾶσδε ἦλθον παρ' αὐτῷ ἐν τῷδε τῷ εὐκτηρίῳ οἴκῳ ὁ δεῖνα καὶ ἡ δεῖνα καὶ συνηρμόσθησαν ἀλλήλοις. καὶ τὴν τοιαύτην ἐκμαρτυρίαν εἰ μὲν ἐκλαβεῖν βούλονται ἢ ἀμφότεροι οἱ συνιόντες ἢ καὶ ἕτερος αὐτῶν, καὶ τοῦτο πραττέτωσαν καὶ ὑπογραφέτωσαν ταύτῃ ὅ τε τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἔκδικος καὶ οἱ λοιποὶ τρεῖς ἢ ὅσους ἂν βουληθείη (οὐκ ἐλάττους μέντοι τῶν τριῶν) γράμματα τοῦτο σημαίνοντα.

Praefatio. Scimus nos olim legem tulisse de electione mandatorum et fideiussorum et constitutae pecuniae reorum, quae multas et in commune utiles subiectis nostris sanctiones complectitur: in praesentia autem alia quoque aliqua nobis indigere visa est expolitione et adiectione non ignobili neque communi reipublicae inutili constituta.

1. Si quis enim mutua fideiussione obligatos acceperit aliquos, siquidem non additum sit debere etiam singulos in solidum teneri, omnes ex aequo actionem sustineant. Sin etiam quid eiusmodi additum sit, pactum quidem servetur, neve tamen statim ab initio ab unoquoque solidum exigatur, sed interim pro qua quisque parte tenetur; procedat autem etiam contra ceteros, siquidem et locupletes et praesentes sint. Et si hoc ita se habere apparuerit, si quidem solvendo sunt et praesto fuerint, illi periclitentur explere pro sua quisque parte quod sub mutua fideiussione creditum est, ex quo omnino obligati sunt, neve commune debitum proprium cuiusquam onus fiat. Sin autem ceteri inopes appareant sive omnes sive aliqui, sive pro parte sive in solidum, vel etiam forte absentes sint, in illud quoque teneatur quod a ceteris accipere non potuit: ita enim et illi pacti modus servabitur, neque ullum actor damnum subibit, etiamsi quid illi

---

3 *ἐπάρχῳ M*] *τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ L* ‖ 4 *ὀρδιναρίων addidi cum Zachariaeo (qui ὀρδιναρίῳ)* ‖ 5 *νόμον*] *nov. IV* ‖ 7 *ἔχοντας? L^a* ‖ 8 *sq. καὶ ἑτέρας ἡμῖν ἔδοξε δεῖσθαι*] et aliud nobis visum est egere ϛ ‖ 10 *ἀγεννοῦς L* ‖ *τῷ κοινῷ*] usui ϛ ‖ 12 *λάβῃ B^a* ‖ 13 *μὴ om. M, B^a v. l.* ‖ *προστεθείη Zachariae*] *προσθείη libri* ‖ 17 *ὁλόκληρον ἕκαστον B^a v. l.* ‖ 19 *αὐτῶν L^1* ‖ *καὶ om. L* ‖ *λοιπῶν B^a* ‖ *εἴ γε*] sive (*i. e. εἴτε*) ϛ ‖ 20 *καθεστῶσι B^a* ‖ 23 *ἐξ οὗπερ*] aut ex quo ϛ ‖ 25 *γινέσθω*] *γενέσθω L^1, B^a v. l. γενέσθαι B^a v. l., γίνεσθαι Zachariae ex* ϛ ‖ 26 *εἴτε πάντες om. L* ‖ 27 *τύχοιεν B^a* ‖ *καὶ om.* ϛ ‖ 28 *ἐκείνους B^a (ἐκεῖνο ἐκείνους Leunclavius)* ‖ 29 *κἀκείνῳ ML*] *κἀκείνοις B*ϛ

2 De reis promittendis *RT* De duobus rei promittendi *V* ‖ 5 quidem *T* ‖ ponente R^1 ‖ 6 electionibus *T* ‖ fideiiussorum *T* (*et sic saepius*) ‖ 7 habentes R^2T ‖ 9 quaedam T^1 ‖ 10 exgenere] ex••••• T^1 exdegenere *T* ‖ usu VT^1 ‖ imperfecto et] *leg.* imperii? ‖ 13 adicerit R^1 ‖ et unum horum] unum et horum *V* et •••••• T^1 ‖ 14 solicitum T^1 ‖ tenere *V* ‖ omnes T^2 *vulg.*] omnem *RV* omne T^1 ‖ 15 etiam aliquid *R* ‖ tale *om. R* ‖ 16 tū̃ R^1 ‖ 17 sed] secundum set R^a ‖ interim] intm̄ (*i. e.* intantum) T^1 ‖ 19 et eum contra *R* eum contra et contra V^a ‖ siue et T^1] siue (si• V^1) RVT^2 si et *vulg.* ‖ 20 et in eo — 21 inueniantur *scr.* R^2 *in ras.* ½ *vs.* ‖ Et si] ui••• V^1 ut si V^2 ‖ ita hoc *T* ‖ 22 compelleret T^2 ‖ in *om. vulg.* ‖ 24 omni V^1 ‖ 25 proprium debitum *T* ‖ bonus *RVT* ‖ 26 minus idonei (ydonei *R*) *RV vulg.* idonee minus *T* ‖ se] sunt V^1 sese V^2 ‖ sive] si uero T^1 ‖ 27 seu in *RV*] sive in *T vulg.* ‖ absentes *VT* ‖ 28 teneri] tenere *libri* ‖ tenere — 30 modus *scr.* R^2 *in ras.* 1 *vs.* ‖ 29 pationis T^1 ‖ 30 actor] ••• ictor T^1

ὁ ἐνάγων, κἂν εἴ τι πρὸς ἀλλήλους ἐκεῖνοι συμφωνήσειεν ἀγνοοῦντος τοῦ τούτους ἔχοντος ὑπευθύνους, καὶ ἕκαστος ἐνέξεται ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς συνεγράψατο, τέχναις ἢ δόλοις ἢ διαλύσεσιν ὑπερβαίνειν τὰ συγκείμενα
1 *μὴ συγχωρούμενος. Εἰ μέντοι τοῖς αὐτοῖς ἐνδημοῖεν ἑκάτεροι ἢ καὶ ἅπαντες τόποις, θεσπίζομεν τὸν τῆς ὑποθέσεως ἀκροώμενον ἄγειν κἀκείνους εὐθύς, καὶ κοινῇ μὲν ἐξετάζειν τὴν ὑπόθεσιν, κοινὴν δὲ ἐπάγειν τὴν ψῆφον. οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἔνοχοι πάντες εὐθυνθήσονται, καὶ ἡ τῆς περιουσίας αὐτῶν ποιότης ἐξετασθήσεται, καὶ τὸ χρέος ὁμοίως μὲν κατὰ τὴν τοῦ δικαίου ὁμοίως δὲ κατὰ τὴν τοῦ νόμου τάξιν προβή-*
2 *σεται. Εἰ δὲ οὐκ ἄρχων εἴη ὁ τῆς δίκης ἀκροώμενος ἀλλ᾽ ἕτερός τις, δίδομεν ἄδειαν ἢ ἐνταῦθα τῷ προσφόρῳ δικαστῇ προσέλευσιν δεχομένῳ, ἢ ἐν ἐπαρχίαις τούτων προσαγγελλομένων τῷ λαμπροτάτῳ ἄρχοντι ἢ καὶ τῷ ἁρμοδίῳ δικαστῇ ἀναγκάζειν διὰ τῆς αὐτοῦ τάξεως κἀκείνους παραγίνεσθαι τῇ δίκῃ καὶ μέρος αὐτῆς γίνεσθαι, ὥστε μηδὲν ἐμπόδισμα τῷδε ἡμῶν τῷ θείῳ νόμῳ γενέσθαι. Τούτων ἁπάντων κρατούντων ἐπὶ τῶν συναλλαγμάτων τοῦ μετὰ ταῦτα χρόνου καὶ ἀπὸ τῆς τοῦδε τοῦ νόμου θέσεως· τὸ γὰρ παρῳχηκὸς τοῖς πρὸ αὐτοῦ τεθειμένοις ὑπὲρ τούτου καταλιμπάνομεν νόμοις.*

⟨*Ἐπίλογος.*⟩ *Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω.*

Dat. XVIII. k. Ian. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XIII. Apione v. c. cons. [a. 539]

quid inter se illi pepigerint ignorante isto qui habet eos obligatos, et unusquisque tenebitur quod ab initio scripsit, artibus aut dolis aut transactionibus praevaricari quae constituta sunt non sinendus.
1 Si autem eisdem commorentur utrique aut omnes locis, sancimus negotii iudicem deducere illos mox, et communiter examinare negotium, communiter autem inferre sententiam. Sic etenim et rei omnes obligabuntur, et substantiae eorum qualitas examinabitur, et debitum similiter quidem secundum iustitiae similiter autem secundum legis ordinem procedet.
2 Si autem non administrator sit causae iudex sed alter aliquis, damus licentiam aut hic competenti iudici interpellationem suscipienti, aut in provinciis his denuntiatis clarissimo praesidi aut competenti iudici cogere per suum officium et illos interesse liti et partem eius fieri, ut nullum inpedimentum huic nostrae legi fiat. His omnibus incipientibus in contractibus sequentis temporis et ab huius legis positione; quod autem praeteriit [et] ante eam positis pro his relinquimus legibus.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua quoque celsitudo operi effectuique contradere festinet.

Dat. XIII. kal. Ian. ⟨imp.⟩ dn. Iustiniani pp. Aug. anno XIII. Apione v. c. consule.

---

inter se pacti sint ignorante eo qui obligatos eos habet, et unusquisque tenebitur sicut ab initio con-
1 *scripsit, nec licebit ei artibus vel dolis vel transactionibus pacta circumvenire. Si vero iisdem locis uterque vel omnes degant, sancimus ut qui causam cognoscit illos quoque statim arcessat, et communiter causam examinet communemque sententiam ferat. Ita enim et rei omnes condemnabuntur, et qualitas substantiae eorum examinabitur, et debitum pariter et secundum iustitiae et secundum legis ordinem*
2 *procedet. Quodsi qui causam cognoscit non sit magistratus sed alius quis, licentiam damus vel hic competenti iudici interpellationem accipienti, vel in provinciis his denuntiatis clarissimo praesidi aut etiam competenti iudici, ut per officium suum illos quoque cogant causae interesse et partem eius fieri, ne quod impedimentum huic nostrae sacrae legi fiat. Haec autem omnia in contractibus valeant futuri temporis atque inde ab hac lege lata: nam quod praeteriit, legibus ante eam hac de re latis relinquimus.*

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram legem declarantur tua sublimitas ad opus effectumque adducere studeat.

---

1 *τι om. B* ‖ 2 *τοῦ τούτους Mς*] *τούτου τοῦ B, τοῦ om. L* ‖ 3 *ὥσπερ*] quod (*i. e. ὅπερ?*) ς ‖ 4 *δόλους M* ‖ 7 *κἀκείνους*] illos ς ‖ 8 *κοινὴν*] communiter (*i. e. κοινῇ*) ς ‖ 9 *τὴν ψῆφον LB*] *τὴν om. M, vulg.* ‖ *καὶ om. L* ‖ 10 *καὶ ἡ τῆς* — 11 *ἐξετασθήσεται om. L* ‖ 12 *ὁμοίως δὲ — νόμου om. M* ‖ 19 *γενέσθαι L* ‖ 20 *θείῳ om.* ς ‖ 21 *κρατούντων*] incipientibus ς ‖ 23 *γὰρ*] autem ς ‖ *ὑπὲρ τούτου*] de his ς ‖ 26 *ἡ σὴ*] tua quoque ς ‖ 28 XVIII. k. ian. *Iul.** (*om. subscr. Iul. cett.*) *πρὸ ιη΄ καλάνδων Ἰανουαρίων Ath.*] XV. k. iann. *M quod probat Zachariae*, XIII. kal. Ian. ς, *μηνὶ ἰανουαρίῳ Theod.* ‖ CP. — cons. (*cf.* ς)] cp. dn. iusti. pp. aug. apion. uc. conss. *M*, imp. dn. iustiniani aug. *Iul.** *βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ιγ΄ ὑπατείας Ἀπίωνος Ath. ἔτει ιγ΄ βασιλείας ὑπατείᾳ Ἀπίονος* (*ἀππίονος cod. Bodleianus ap. Heimbach Anecd. I* 262) *Theod.*

1 habeat *R* ‖ 2 tenebitur] tenebitur in id R^2T^2 *vulg.* in id tenebitur V^2 *in ras.* ‖ quod] qui T^1 ‖ 3 scripserit *T vulg.* ‖ artibus] et artibus *RT* ‖ 4 praeuari *R* ‖ quae *om.* R^1 quo V^1 ‖ sinendus *vulg.* (*gloss. T*)] sinendos *RVT* ‖ 5 Si autem] Sin R^1 Sin autem T^2 *vulg.* ‖ hisdem R^2VT isdem R^1 ‖ comonentur V^1 ‖ 6 loci R^1 ‖ 7 et *om.* T^1 ‖ examinari *libri, corr. vulg.* ‖ 8 etenim] enim *V vulg.* ‖ 9 oblegabuntur V^1 ‖ qualitatis R^1 ‖ 10 *sq.* quidem — similiter *om. V* ‖ iustitiae *om.* R^1 ‖ 11 procedit *libri, corr. vulg.* ‖ 13 administrator non sit *T* ‖ 14 aliter R^1 ‖ hic competenti *vulg.*] incompetenti RV^1T^1 competenti V^2T^2 ‖ 15 iudicem V^1? R^1 iudice R^2 ‖ interpellatione *T* ‖ aut in] autem in T^1 ‖ 16 his *om. V* ‖ 20 sequentibus V^a ‖ 21 positione T^1] dispositione (*scr.* V^2 *in ras.*) RVT^2 *vulg.* ‖ praeterit *R* ‖ et *om. vulg.* ‖ 25 igitur] autem *V* ‖ 27 contrahere V^1 ‖ 28 *subscr.* dat. XIII. kal. ian. dō. iusti. pp. aug. anno XIII. apicē uc. consule *V, om. cett.*

P̄

C. Auth. XCVIII. Coll. VII tit. 10

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΧΡΟΝΟΥ ΤΗΣ ΕΠΙ ΤΗΙ ΠΡΟΙΚΙ ΑΝΑΡΓΥΡΙΑΣ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ β΄, ἀπὸ ὑπάτων ὀρδιναρίων καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Καὶ τὰς ἀναργυρίας τὰς ἀντιτιθεμένας ἐπί τινων θεμάτων οὐκ ἀνεξετάστους οἱ ἡμέτεροι καταλελοίπασι νόμοι, ἀλλὰ τὸ μακρὸν αὐτῶν καὶ ἐκκεχυμένον συνεστείλαμεν, ἵνα μὴ τῆς ἑαυτῶν ῥᾳθυμίας ἢ κακουργίας ἴσως ἐμπορικώτερον ἀπολαύοιεν ἄνθρωποι καὶ πράγματα παρέχοιεν ἑτέροις. οὐ γὰρ ἐν ἴσῳ διὰ παντὸς τὰ τῶν ἀποδείξεών ἐστι τοῖς δοῦναι ταύτας βουλομένοις, πολλὰς δὲ ὁ χρόνος παραιτεῖται. δι' ἅπερ εὖ ποιοῦντες συνεστείλαμεν ἐπί τινων θεμάτων τὰς ὑπὲρ τῶν ἀναργυριῶν μέμψεις, ἅπερ ἔξεστιν ἐκ τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν νενομοθετημένων λαβεῖν. ὁποῖον δή τι κατὰ τὸ παρὸν καὶ ἐπὶ τῆς προικὸς πράττομεν. ἐπειδὴ γὰρ ἅπας ὁ χρόνος τοῦ συνοικεσίου ἐδέδοτο τοῖς ἀνδράσιν ἕως ὁ γάμος συνίστατο μέμφεσθαι τῷ μὴ δεδωκέναι τὴν προῖκα, παρενθήκη δὲ μείζων ἐγένετο τὸ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ καὶ μετὰ ῥεπούδιον, εἴσω ἐνιαυτοῦ δοῦναι τὴν μέμψιν, διὰ τοῦτο ᾠήθημεν βραχεῖ καὶ συντόμῳ νόμῳ ταχυτέραν ποιήσασθαι καὶ τὴν ἐπὶ τῇ τῆς προικὸς ἀναργυρίᾳ μέμψιν καὶ ἀπαλλάξαι τὰς γυναῖκας τῆς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις μετὰ μακροὺς χρόνους ἀποδείξεως.

℞ DE TEMPORE NON SOLUTAE PECUNIAE SUPER DOTEM ℞

Idem Aug. Iohanni pp. per Orientem secundo, ex consule ordinario et patricio.

⟨Praefatio.⟩ Omnes pecuniae non numeratae replicationes subiectas in aliquibus casibus non inexaminatas nostrae reliquerunt leges, sed prolixitatem earum et effusionem adbreviavimus, ne sua neglegentia aut calliditate forsan negotiose fruantur homines et causas praebeant aliis. Non enim sub aequalitate semper probationes erunt eas exhibere volentibus, multa quoque tempus refutat. Quapropter bene facientes adbreviavimus in quibusdam casibus pecuniae non numeratae querelas, quas licet ex his quae iam a nobis sancita sunt ••••••••. Quia enim omne tempus matrimonii dabatur viris, donec matrimonium constaret, queri de non data dote, interpositio quoque maior facta est, ut etiam post mortem virorum, ut et post repudium, intra annum daretur querela, ideoque aestimavimus brevi et compendiosa lege velocem facere et pecuniae non numeratae super dotem querelam et liberare a probatione mulieres in talibus ex longo tempore.

CAPUT I.

Εἰ μὲν οὖν ἐνιαυτοὺς δύο μόνους συνοικήσειέ τις τῇ γαμετῇ ἢ καὶ τούτων τῶν χρόνων ἐλάττω, καὶ

Si ergo annis duobus solummodo habeat aliquis uxorem aut etiam his temporibus minus, et non ac-

Nov. C (Authent. XCVIII = Coll. VII tit. 10: gloss.) Graece extat in ML, c. 1. 2 in B 29, 3, 1, *ubi prooemium add.* B^{Σ}. — *Epit. Theod.* 100 (*inde* B^{Σ}), *Athan.* 10, 8, B^{Σ} 23, 1, 76 (*II p.* 665 *Heimb.*), *Epanagoge* 18, 26 *schol. i. Iulian. const. XCIII.*

C.

DE TEMPORE NON NUMERATAE PECUNIAE DOTIS.

Idem Augustus Iohanni praefecto praetorio iterum, ex consule ordinario et patricio.

Praefatio. Non numeratae pecuniae exceptiones quae in nonnullis casibus opponuntur leges nostrae non inexploratas reliquerunt, verum longinquitatem earum effusam contraximus, ne homines neglegentia sua vel fraude forte negotiatorum modo fruantur aliisque negotia facessant. Neque enim pariter per omnia probationes praesto sunt iis qui eas praestare volunt, multas autem tempus quoque respuit. Quapropter merito in quibusdam casibus querelas non numeratae pecuniae contraximus, sicut ex iis quae iam a nobis sancita sunt colligere licet. Cuiusmodi aliquid in praesentia etiam in dote facimus. Quoniam enim totum coniugii tempus datum erat viris quamdiu matrimonium constaret, ut de non data dote quererentur, atque additamentum maius erat factum, ut etiam post mortem virorum, quemadmodum etiam post repudium, intra annum querela concederetur, propterea visum est brevi et succincta lege querelam non numeratae pecuniae dotis celeriorem efficere et mulieres a probationibus eiusmodi rerum post longum tempus praestandis liberare.

I. *Atque siquidem quis per duos annos solos vel etiam per brevius his tempus uxore usus sit, nec*

---

2 *rubr. Περὶ ἀναργυρίας προικός Theod.* ‖ 4 *ἐπάρχῳ M*] *τῷ ἐνδοξοτάτῳ* ἐς *ὑπάρχῳ* (*sic*) *L* ‖ 5 *ὀρδιναρίων addidi ex* ς (*ὀρδιναρίῳ Zachariae*) ‖ 6 *Καὶ τὰς*] *Καὶ τῆς* $B^{\Sigma l}$ Omnes (*i. e. Πάντας*) ς ‖ 8 *μόνοι* $B^{\Sigma l}$ ‖ 9 *μὴ τῆς*] *μήτις* $B^{\Sigma l}$ ‖ 10 *ἴσως om.* B^{Σ} ‖ *ἀπολάβοιεν* $B^{\Sigma l}$ ‖ 12 *ἐστι*] *ἐπὶ* $B^{\Sigma l}$ erunt (*i. e. ἔσται*) ς ‖ 13 *παραιτῆται M* ‖ 16 *ἅσπερ* $B^{\Sigma l}$ς ‖ *ἤδη ἐκ τῶν L* ‖ *νενομοθετημένων*] *Cod.* 4, 30, 14. 15. 5, 15, 3 (*βι. κδ΄ τί. γ΄ διγ. νβ΄ καὶ βι. δ΄ τοῦ κώδικος τί. λ΄ διάταξις λδ΄* (*corr. ιδ΄*) *schol. M*) ‖ 19 *συνίσταται L* ‖ 20 *τὸ L* (*quod recepit Zachariae*) ‖ 21 *ἐγίνετο* $B^{\Sigma l}$ ‖ *τὸ om. L* ‖ *τὴν om.* $B^{\Sigma l}$ ‖ 22 *ῥεπούδιον*] *διαζύγιον* $LB^{\Sigma l}$ ‖ 24 *παχυτέραν* L^a ‖ 25 *τῇ om.* $M^a L$ ‖ 26 *τὰς*] *τὰ ζητήματα* L^a ‖ *τῆς*] *τοῖς* $B^{\Sigma l}$ ‖ 28 *Θεσπίζομεν εἰ μὲν ἐνιαυτοὺς δύο μόνον inc. B* ‖ 29 *τούτων χρόνον ἐλάττω malit Zachariae* ‖ *χρόνων om.* B^{l}

2 solutae] consulte V^1 ‖ 3 super dotem *om.* T^1 ‖ 5 exc̄a. (exc. *T*) ord. *RT* exconsuli ordinar. *V* ‖ pat̄ *T* ‖ 7 non examinatas (examinas R^1) *libri, corr. Contius* ‖ 8 prolixitate mearum V^1 prolixitate eorum R^1 ‖ 9 adbreuiabimus *V* abreuiauimus *R* abreuiamus *T* ‖ 10 caliditate T^1 ‖ *negotiose (*vel* negotiative, *cf. XCVII* 1)] negotiis *libri* ‖ 12 scribere T^1 ‖ 14 benefacient•••• V^1 ‖ adbreuiabimus *V* adbreuiamus *T* abreuiamus *R* ‖ 16 *hiatum non notant libri*; colligere *post* licet *inserit* T^2, *post* sancita sunt V^2 *vulg. Supplendum fere* sancita sunt ⟨percipere. Quale quid in praesenti etiam in dote agimus.⟩ ‖ Quia enim — 18 constaret *scr.* V^2 *in ras.* 1½ *vs.* ‖ 17 matrimonium T^1 ‖ 18 matrimonium constaret *in ras.* T^2 ‖ quaeri *RT* (*ita infra fere constanter scribitur in R et V*) quae *V* ‖ 19 interposito *V* interposita R^1 ‖ ut etiam *V*] et R^1T^1 etiam R^2T^2 *vulg.* ‖ 20 ut *om. V* ‖ inter T^1 ‖ 21 ideo *vulg.* ‖ breuem T^1R^2 ‖ compendiosam legem RT^1 ‖ 22 peccunie innumerate ••uper T^1 ‖ 23 dotem VT^1] dote RT^2 *vulg.* ‖ et *om.* R^1 ‖ probationem R^1 ‖ 28 ergo] igitur *R* ‖ hereat *V* ‖ 29 uxori *V* ‖ his *om. R*

μὴ λάβῃ τὴν προῖκα, μηδὲν ἐκ τῆς σιγῆς ὁ ἀνὴρ ἀδικείσθω, μηδὲ οἱ κληρονόμοι τοῦ ἀνδρὸς κἂν εἰ σιγήσειεν ἐκεῖνος, ἀλλ' εἴσω ἑτέρου ἐνιαυτοῦ τὰ τῆς μέμψεως κινείσθω· τὸ γὰρ βραχὺ τοῦ συνοικεσίου πρὸς ταύτην ἡμᾶς τὴν νομοθεσίαν καλεῖ. εἰ δὲ εἰς πλείονα τῆς διετίας χρόνον, ἐλάττονα δὲ δεκαετίας τὸ συνοικέσιον ἐκταθείη, δίδομεν τῷ ἀνδρὶ μέμφεσθαι, καὶ λέγειν οὐκ εἰσκεκομίσθαι αὐτῷ τὴν προῖκα εἰς μέρος ἢ εἰς ὁλόκληρον, καὶ εἰ τοῦτο ποιήσειε, παραπέμπεσθαι τὴν μέμψιν, ἅπαξ τοῦ ἀνδρὸς μεμψαμένου καὶ τῆς γυναικὸς ὅτι δέδωκεν οὐκ ἀποδειξάσης.

1 *Εἰ δὲ μὴ τῶν δέκα ἐνιαυτῶν εἴσω μέμψηται, τῇ σιωπῇ τοῦ ἀνδρὸς ἀναιροῦμεν τὴν μέμψιν, οὔτε αὐτῷ μετὰ τὴν δεκαετίαν τοῦτο πράττειν συγχωροῦντες οὔτε τὸν ἐνιαυτὸν διδόντες ἔτι τοῖς αὐτοῦ κληρονόμοις. καὶ ἔστω καὶ τοῦτο οὐχ ἡμετέρα κατά τινων ποινή, ἀλλὰ ἀπραγμοσύνης τῶν ὑπηκόων ἐπιμέλεια. ᾧ γὰρ ἔξεστιν ἐπὶ μακρὸν οὕτω χρόνον (τὸν τῆς δεκαετίας φαμέν) προθεῖναι τὴν μέμψιν, εἰ τὸ σιγᾶν ἕλοιτο, πρόδηλός ἐστι βουλόμενος, κἂν εἰ μὴ λάβοι τὴν προῖκα, ταύτην πάντως τοὺς αὐτοῦ κληρονόμους διδόναι. τῶν αὐτῶν κρατούντων καὶ εἰ ῥεπουδίῳ διαλυθῆναι συμβαίη τὸν γάμον· μηδὲν διαφερομένων ἡμῶν, εἴτε ἡ γυνὴ ὡς τὴν προῖκα ἐπενεγκαμένη καταγράψειεν εἴτε πατὴρ εἴτε ἕτερός τις ὑπὲρ αὐτῆς, τοῦ χρόνου ἐπὶ παντὸς θέματος τοιούτου, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, τὰ οἰκεῖα δεικνύντος ἀποτελέσματα καὶ ἢ διδόντος ἢ ἀναιροῦντος τὴν μέμψιν. διαμαρτυρίαν δέ φαμεν οὐ τὴν ἐν ῥήμασι μόνην (πολλάκις γὰρ ἤ τις ὀργὴ ἢ ἄλλη παρεμπεσοῦσα πρόφασις τοιαῦτά τινα τὸν ἄνδρα παρασκευάζει λέγειν, ἢ καὶ ὁ μὲν εἶπεν οὐδὲν μάρτυρες δὲ ἐωνημένοι ταῦτα καταψεύδονται), ἀλλὰ δεῖ τὴν ἐκμαρτυρίαν ἐν γράμμασιν εἶναι. εἰ δὲ καὶ ἐν δικαστηρίῳ τυχὸν ποιήσασθαί τις αὐτὴν βουληθείη, δεῖ πάντως γνωσθῆναι τῇ γυναικὶ ἢ τῷ τὴν προῖκα ὅλως ἐπιδοῦναι καταγράψαντι· ἐπείτοιγε οὐδέν ἐστι τὸ κωλῦον τὸν ἄνδρα αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ τοῦτο πρᾶξαι καὶ μέμψασθαι δῆθεν, καὶ τὸ μὲν μέρος τῆς γυναικὸς τὸ πραττόμενον ἀγνοεῖν, πρόνοιαν δὲ ἑαυτοῦ θέσθαι κατὰ μηδένα δύνασθαι τρόπον, τό γε καὶ ὅτι μέμψις αὐτῷ γέγονεν ἀγνοοῦν.*

c. I § 1 *argumentum breviter indicatur* ʽ*Ρωπ.* 31, 7.

cipiat dotem, nihil ex taciturnitate vir laedatur, neque heredes viri licet tacuerit ille, sed intra annum alium querela moveatur: brevitas enim matrimonii ad hanc nos legislationem vocat. Si vero in maius biennio tempus minus autem decennio matrimonium protendatur, damus marito queri et dicere non illatam sibi dotem aut in partem aut in solidum, et si hoc fecerit, transmittere querelam, semel marito querente et muliere quia dedit non probante.

1 Si autem neque intra decennium queratur, taciturnitate mariti auferimus querelam, neque ei post decennium hoc agere sinentes nec annum dantes ulterius eius heredibus. Sitque etiam hoc non nostra adversus aliquos poena, sed libertatis subiectorum diligentia. Ubi enim licet in prolixo sic tempore (decennii dicimus) proponere querelam, si tacere elegerit, palam est voluisse, vel si non accepit dotem, omnino eam suos reddere heredes. His valentibus etsi repudio solvi contingat matrimonium; in nullo discernentibus nobis, sive mulier tamquam dotem offerens conscribat sive pater sive alter quispiam pro ea, tempore in omni casu tali, sicuti praediximus, ostendente suos effectus et dante vel perimente querelam. Contestationem vero dicimus non in sermonibus solam (saepe enim indignationis aut alterius incidens occasio talia quaedam virum praeparat dicere, aut etiam ille quidem dixit nihil, testes autem redempti haec mentiuntur), sed oportet contestationem in litteris esse. Si autem etiam in iudicio eam forte facere aliquis voluerit, oportet omnino innotescere mulieri aut ei qui dotem omnino offerre conscripsit. Nam nihil est quod prohibeat maritum in semet ipsum hoc agere et queri quasi, et partem quidem mulieris quod agitur ignorare, providentiam vero sui ponere nullo valere modo et quia vel querela ab eo facta est nescire.

dotem acceperit, nullum ex silentio damnum vir patiatur, neve magis heredes viri licet ille tacuerit, sed intra alterum annum querela moveatur: brevitas enim coniugii ad hanc nos legem ferendam vocat. Si autem in longius biennio tempus minus vero decennio coniugium extendatur, viro concedimus ut queratur dicatque dotem sibi pro parte vel in solidum illatam non esse, et si hoc fecerit, querela transmittatur, 1 *cum maritus semel questus sit et uxor se dedisse non probaverit. Si vero intra decem annos questus non sit, ob silentium mariti querelam tollimus, neque ipsi post decennium hoc agere permittentes neque heredibus eius amplius annum dantes. Ac sit etiam hoc non nostra in quosdam poena, sed tranquillitatis subiectorum cura. Cui enim licet per tam longum tempus, decennium dicimus, querelam proponere, si silentium praetulerit, manifestum est eum, etiamsi dotem non acceperit, velle eam utique heredes suos dare. Atque eadem valeant etiamsi repudio dissolvi contigerit matrimonium: neque ullo modo distinguimus, utrum mulier tamquam illatura dotem conscripserit an pater an alius ullus pro ea, cum tempus in omni eiusmodi casu, sicut modo diximus, suos effectus ostendat atque querelam aut det aut tollat. Denuntiationem autem dicimus non solam quae verbis fit (saepe enim vel ira nescio quae vel alia causa incidens efficit ut vir haec talia loquatur, vel etiam cum ille nihil dixerit, testes empti ea mentiuntur), sed denuntiationem in scriptis fieri oportet. Quodsi quis etiam in iudicio forte facere eam voluerit, id omnino mulieri vel ei qui utique dotem se dare scripsit, notum fieri oportet: ceteroqui nihil est quod prohibeat, quominus maritus ipse per se et hoc agat et queratur scilicet, atque mulieris pars quid agatur ignoret, sibique prospicere nullo modo possit, quippe quae id ipsum ignoret querelam sibi motam esse.*

7 *ἐνταθείη B* ‖ 8 *αὐτῷ ML*¹*B* ‖ *εἰς μέρος*] aut in partem *ς* ‖ 12 *μὴ*] neque (*i. e. μηδὲ*) *ς* ‖ *μέμψεται LB*ˡ ‖ 13. 15 **οὐδὲ — οὐδὲ libri* ‖ 18 *ᾧ*] *ὡς B*ˡ ubi *ς* ‖ *μακρῷ L*ᵃ ‖ 19 *προθῆναι L* ‖ *εἰ*] *εἰς ML* ‖ 22 *τῶν αὐτῶν*] his *ς* ‖ *κἂν εἰ B* ‖ *ῥεπουδίῳ*] *διαζυγίῳ LB et sic infra constanter* ‖ 24 *ἡ om. M*ᵃ ‖ 25 *αὐτοῦ L* ‖ 27 *ἢ διδόντος*] *ἢ om. ς* ‖ 29 *ἤ τις om. ς*, *ἢ om. B*ˡ ‖ 37 *ἄνδραν L*¹ ‖ 38 *καὶ om. ς* ‖ *πράξειν L* ‖ 40 *αὐτοῦ L* ‖ *τρόπον δύνασθαι L* ‖ *τό γε — ἀγνοοῦν Zachariae*] *τῷ γε — ἀγνοοῦντι libri*, et — nescire *ς*, *unde τῷ γε — ἀγνοεῖν Osenbrüggen* (*τοῦ γε — ἀγνοοῦντος Hombergk*)

2 licet] liceat et *T*¹ ‖ inter *T*¹ ‖ 4 *in maius] et maius *RT* maius et *V* maius *vulg.* ‖ 5 matrimonii *V* ‖ 8 haec *RT* ‖ 9 quia] quam *V*¹*T*¹ ‖ 12 intra annum decennium *R*ᵃ ‖ 14 sinentes *Beck*] sinemus (sinamus *V*) *libri* ‖ annum dantes] nudantes *R*¹ ‖ 15 etiam haec *R*¹ et haec *T* ‖ 17 diximus *V*¹ ‖ 18 eligerit *R* ‖ 19 acceperit *R* ‖ eam *Beck*] eum *libri* ‖ 20 etsi] si *T*¹ ‖ 23 tempore] ipse *V*¹ ‖ 24 *ostendente] extendente (extendentes *V*¹) *libri* ‖ 26 vero *om. T* ‖ dicimus] dn̄s (*i. e.* dominus) *V*¹ ‖ solam *T*] solum *RV vulg.* ‖ 28 praeparat quidem dicere *T* ‖ 29 diximus *T*¹ ‖ haec *RV*] hoc *T vulg.* ‖ 30 mentientur *V* ‖ oporteret *R* ‖ 31 in iudicio] in *om. R* ‖ 33 omnino dotem offerre *V*² *in ras.* ½ *vs.* ‖ conscripserit *R* contemsit *V* ‖ 34 quod] qui *T*¹ ‖ 35 parte *T*¹ ‖ 36 ignorante *T*¹

CAPUT II.

Συνελόντα τοίνυν εἰπεῖν εἴσω μὲν διετίας τοῦ γάμου διαλυθέντος εἴτε θανάτῳ εἴτε ῥεπουδίῳ καὶ αὐτῷ τῷ ἀνδρὶ τὰ περὶ τῆς ἀναργυρίας ἔξεστι μέμφεσθαι καὶ τῷ γε αὐτοῦ κληρονόμῳ εἴσω ἑτέρου ἐνιαυτοῦ. εἰ δὲ ὑπὲρ διετίαν ἄχρι δέκα ἐνιαυτῶν ὁ γάμος ἐκταθείη, τῷ ἀνδρὶ δίδομεν τὴν μέμψιν καὶ τῷ γε αὐτοῦ κληρονόμῳ μηνῶν εἴσω τριῶν. εἰ δὲ παραδράμοι ἡ δεκαετία, τότε οὔτε τῷ ἀνδρὶ οὔτε κληρονόμοις αὐτοῦ τὰ τῆς μέμψεως ἔσται, τοῦ χρόνου προσάπαξ ἐξαρκοῦντος τῇ γυναικί. εἰ μὲν οὖν ἀφῆλιξ ᾖ ὁ ἀνὴρ καὶ μὴ μέμψηται, τοσοῦτον εἰς ἀποκατάστασιν αὐτῷ δίδομεν χρόνον, ὥστε μὴ ὑπερβῆναι δωδεκαετίαν ἐκ τοῦ καιροῦ τῶν γάμων. ἴσμεν γὰρ τοὺς σφόδρα τάχιστα συναλλάττοντας γάμον οὐκ ἐλάττους τῶν πεντεκαίδεκα ἐνιαυτῶν πρὸς τοῦτο ἰόντας· ὥστε καὶ ὑπερβήσεται τὸν πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἐνιαυτὸν καὶ ἔσται δυνατὸς εἴσω τοῦ εἰκοστοῦ ἑβδόμου μέμψασθαι τῇ τῆς προικὸς ἀναργυρίᾳ. τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ εἴσω τοῦ ῥηθέντος χρόνου τοὺς κληρονόμους ἔχειν τὸν ἐνιαυτὸν εἰς τὴν
1 μέμψιν. εἰ δὲ ἀφήλικες εἶεν οἱ τοῦ μὴ μεμψαμένου κληρονόμοι εἴτε τελείου εἴτε ἀτελοῦς, πενταετίαν ἐχέτωσαν μόνην εἰς τὸ κινῆσαι τὴν μέμψιν ἐπὶ τῇ ἀναργυρίᾳ, ἀρκοῦντος τοῦ χρόνου καὶ μὴ ἀναμένοντος τὴν διέξοδον ἁπάντων τῶν ἐλαττόνων χρόνων. ὅπερ ἡμᾶς πρὸς τὸν παρόντα νόμον ἐκίνησεν· τῆς γὰρ γυναικὸς συνοικησάσης τεσσαρεσκαιδέκατον ἐνιαυτὸν μετὰ εἰκοστὸν ἔτος τοῦ θανάτου τοῦ πατρὸς ἀποχρώμενος τῇ ἀφηλικότητι ἐκίνει τις κατὰ τῆς μητρὸς τὸν τῆς ἀναργυρίας ἀντιτιθεὶς λόγον μετὰ τέταρτον καὶ τριακοστὸν τοῦ συνοικεσίου χρόνον. ὅπερ ἡμεῖς δικάζοντες ἐθεραπεύσαμεν, καὶ διὰ ταύτας τὰς περιστάσεις καὶ τὸν τῶν ἀφηλίκων χρόνον εἰς τὴν πενταετίαν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὡρίσαμεν νόμου· ἐκείνου δηλαδὴ τὴν ἀναργυρίαν ἀντιτιθέντος ὃς ἂν γεγραμμένος εἴη τὴν προῖκα ὑποδέχεσθαι, καὶ κατὰ τοὺς οἰκείους χρόνους, εἴτε τέλειος εἴη εἴτε ἀτελής, τοῦ πράγματος

Generaliter igitur dicendum intra biennium quidem matrimonio soluto sive morte sive repudio et ipso marito de non numerata pecunia licet queri et eius heredi intra alium annum. Si vero ultra biennium usque ad decem annos matrimonium extendatur, marito damus querelam et heredi eius intra menses tres. Si vero transcurrerit decennium, tunc neque marito neque heredibus eius querela erit, tempore ad omnia sufficiente mulieri. Et si quidem intra aetatem maritus sit et non queratur, tantum ad in integrum restitutionem ei damus tempus, ut ⟨non⟩ transcendat XII annos a tempore nuptiarum. Novimus enim eos qui vehementer citius contrahunt nuptias non minus XV annorum ad hoc procedentes: qua de re transit quintum et vicesimum annum et erit possibilis intra vicesimum septimum queri de non numerata pecunia dotis. Moriente quoque eo intra praedictum tempus heredes habere annum ad querelam.
1 Si autem minores sint non querentis heredes, sive maioris sive minoris, quinque habeant solum ad movendam querelam non numeratae pecuniae, sufficiente tempore et non expectante exitum omnium minorum temporum. Quod nos ad praesentem legem movit: muliere namque coniuncta quarto et decimo anno post vicesimum annum mortis patris, abutens minori aetate movebat quidam contra matrem non numeratae pecuniae obiciens rationem post quartum et tricesimum nuptiarum annum. Quod nos iudicantes curavimus, et propter has circumstantias et tempus aetate minorum in quinquennium in praesenti decrevimus lege, illo videlicet non numeratam pecuniam obiciente qui scriptus fuerit dotem suscepisse, et secundum sua tempora, sive perfectae aetatis sit sive minoris, causa iudicanda. Valente hac

c. II Ὅτι εἴσω μὲν διετίας — 487, 1 κρινομένου *ex B habet* B^a *A* 39, 11 *p.* 68 *Zach.* — *Summarium extat* Ῥοπ. 25, 11, *argumentum* 486, 4—7 *ib.* 15, 6 (*ubi corr.* ἡ ρ' νεαρά *pro* ἡ η' νεαρά).

II. *Ut igitur paucis comprehendamus, matrimonio intra biennium soluto sive morte sive repudio et ipsi marito de non numerata pecunia queri licet et heredi eius intra alterum annum. Quodsi ultra biennium usque ad decem annos matrimonium extendatur, marito querelam damus eiusque heredi intra tres menses. Sin autem praeterierit decennium, tum neque vir neque heredes eius querela utentur, cum tempus omnino mulieri sufficiat. Atque si maritus minor sit et non questus sit, tantum ad restitutionem ei tempus damus, ut non excedat duodecim annos a tempore nuptiarum. Scimus enim eos qui mature admodum matrimonium contrahunt, non minores quindecim annis ad hoc venire: itaque et annum vicesimum quintum superabit et intra vicesimum septimum de dote non numerata queri poterit. Defuncto autem eo intra prae-*
1 *dictum tempus heredes annum ad querelam habeant. Si autem minores sint heredes eius qui questus non est, sive is maior sive minor fuerit, quinquennium habeant solum ad movendam querelam non numeratae pecuniae, atque id tempus sufficiat neve decursum omnium temporum minorum expectet. Quod nos ad praesentem legem movit: muliere enim quattuordecim annos nupta post vicesimum annum a morte patris abusus aetate minori agebat aliquis contra matrem, non numeratae pecuniae rationem opponens post quartum et tricesimum annum matrimonii. Quod nos iudicantes sanavimus, atque ob eiusmodi casus etiam tempus minorum ad quinquennium in praesenti lege definivimus: ut is scilicet non numeratae pecuniae exceptionem opponat qui dotem accepisse scriptus sit, et secundum ipsius tempora, sive maior aetate sit sive*

---

1 Συνελόντι *Haloander sine causa* ‖ 3 τὰ *om.* L ‖ περὶ *om.* B^s ‖ 6 μηνῶν εἴσω] εἴσω μηνῶν (εἴσω ἑτέρου ἐνιαυτοῦ L^a) L ‖ 7 παραδράμῃ B^s *v. l.* περιδράμῃ B^l ‖ * οὐδὲ — οὐδὲ *libri* ‖ 8 κληρονόμοις] τοῖς κληρονόμοις *CGEHeimbach, sed cf. Ath. in.* ‖ 9 πρὸς ἅπαξ *MLB*^{l} ad omnia ς ‖ 10 οὖν *om.* B^l ‖ ᾖ *ML*] εἴη *B* ‖ μέμψεται LB^{ls} ‖ 12 ὑπερβαίνειν B^s ‖ 13 συναλλάσσοντας B^s ‖ γάμων *L* γάμους B^s ‖ 14 πεντεκαίδεκα] ιβ' L^a ‖ 15 τοῦτον B^s ‖ ὥστε καὶ] καὶ *om.* B^l ς ‖ 16 δυνατ L^1 (δυνατὸν *Haloander*) ‖ 19 τὴν *om.* B^s *v. l.* ‖ 22 τῇ *om.* L ‖ 24 τῶν] τῷ B^l ‖ ὅπερ — 33 νόμου *om.* B^s ‖ 26 τέταρτον καὶ δέκατον ἐνιαυτὸν B^l, τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἐνιαυτῷ (*cf.* ς) *malit Zachariae* ‖ 27 *verbis* μετὰ εἰκοστὸν ἔτος *et* 28 κατὰ τῆς μητρὸς *puncta subiecta esse in M testatur Zachariae* (*ipse nihil notavi*) ‖ 28 ἀφηλικιότητι *Haloander*, B^l ‖ 29 ἀντιθεὶς B^l ‖ 31 δικάζοντος L^a ‖ 33 νόμον *L* ‖ ἐκείνου *in litura L* ‖ 35 ὑποδέξασθαι *malit CGEHeimbach* (*cf.* ς)

1 dicendum R^1] dicendum est R^2VT *vulg.* (*unde* 3 licere *vulg.*) ‖ inter *T* (*idem v.* 4. 10. 16) ‖ 2 ••oluto T^1 ‖ 3 ipso RV^1T^1] ipsi V^2T^2 *vulg.* ‖ marito] repudio marito R^a ‖ non *om.* V^1 ‖ 5 decem annos] decennium *T* ‖ extenderentur T^1 ‖ 6 et *om.* R^1 ‖ eius heredi *T* ‖ 8 neque eius ab (ab *del.* T^2) heredibus *T* ‖ 9 sefi•••• V^1 ‖ 10 tamen *R* ‖ 11 in *om. T* ‖ 12 non *add. vulg.* ‖ 13 eos enim *V* ‖ titius *V* ‖ 14 minores *vulg.* ‖ 16 possibilis *V*] possibile *RT vulg.* ‖ septimum *RV*] septimum annum *T vulg.* ‖ de non] deinde T^a ‖ 18 int• T^1 ‖ 20 sin *V* ‖ 21 quinque *RV*] *om.* T^1 quinquennium T^2 *vulg.* ‖ habeat T^1 ‖ 23 non *om.* T^1 ‖ 24 temporum] ipsorum VT^1 ‖ ad praesentem] absentem R^1 ‖ 25 muliere] al. mulier *gloss. T* ‖ quarta R^1 ‖ decimo] xx^{mo} T^1 ‖ 26 morte T^1 ‖ 27 quidem R^2T ‖ 28 post *om. V* ‖ quantum *V* ‖ 29 annum nuptiarum *T* ‖ nos *om. V* ‖ 33 suscipisse V^a ‖ 34 tempora *om. V* ‖ 35 minori R^1 ‖ causa] sit causa R^aV

κρινομένου. κρατοῦντος δὲ τοῦ νόμου ἐπὶ τῶν ὕστερον ἐσομένων γάμων· ἐπὶ γὰρ τῶν συνεστώτων, εἰ μὲν ὑπόλοιπός ἐστιν ἡ δεκαετία ἢ οὐκ ἐλάττων διετίας, τοῦτον ἐχέτω τὸν χρόνον ἐπὶ τῇ ἀναργυρίᾳ, ἥτις αὐτῷ καὶ τὴν παραπομπὴν δίδωσιν· εἰ δὲ ἢ ἐλάττων αὐτῷ τῆς διετίας ὑπολείπεται χρόνος ἢ καὶ ἐξῆκεν ὁ σύμπας τῆς δεκαετίας καιρός, τηνικαῦτα αὐτοῖς μὲν διετίαν δίδομεν εἰς τὸ μέμφασθαι τῇ ἀναργυρίᾳ, τοῖς δὲ αὐτῶν κληρονόμοις μετὰ διάλυσιν τοῦ γάμου εἴσω τῆς τριμήνου, ἵνα διὰ πάντων αὐτοῖς τὸ δίκαιον φυλάξωμεν.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. XIII. k. Ian. CP. ⟨imp.⟩ dn. Iustiniani pp. Aug. anno XIII. Apione v. c. cons.

lege super his quae postea futurae sunt nuptiis; super his enim quae constant, siquidem residuum est decennium aut non minus biennium, hoc habeat tempus in non numerata pecunia, quod ei etiam transmissionem dabit. Si vero aut minus ei biennino reliquum est tempus aut etiam excessit totum decennii tempus, tunc ipsis quidem biennium damus ad querelam non numeratae pecuniae, eorum autem heredibus et post solutionem matrimonii intra tres menses, ut per omnia eis iustitiam servemus.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo manifesta omnibus facere festinet. Dat. XVI. kal. Ian. ⟨imp.⟩ dn. Iustiniani pp. Aug. anno XIII. Apione v. c. consule.

[a. 539]

ΡΑ

ΠΕΡΙ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ.

Ἐγράφη Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ β, ἀπὸ ὑπάτων ⟨ὀρδιναρίων⟩ καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Καλῆς ἡμῖν νομοθεσίας ἀφορμὴν προσέλευσις τινων δέδωκε βουλευτῶν, καὶ τόνδε ποιούμεθα τὸν νόμον οὐκ ἐπί τινων βουλευτῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῇ ὑπηκόῳ πάσῃ, λέγομεν δὲ ὅσον τε πρὸς ἑῴαν ἐστὶν καὶ ὅσον δυόμενος ἥλιος ἐφορᾷ καὶ ὅσον ἐκ τῶν πλαγίων ἑκατέρωθέν ἐστιν. ἐπειδὴ γὰρ ἐσπούδασται τοῖς πρὸ ἡμῶν τὰ περὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἐπιδόσεων τῶν εἰς τὰς βουλάς, καὶ τίνες μὲν ἕλκονται πρὸς τύχην βουλευτικὴν τίνες δὲ ἐλευθεροῦνται, ἐκεῖνο θεσπίζομεν τὸ ἄδειαν εἶναι τοῖς βουλευταῖς οὐ μόνον τῆς αὐτῆς

CI.

R DE DONATIONIBUS A CURIALIBUS FACTIS SUIS AB INTESTATO VEL TESTAMENTO EORUM SUCCESSORIBUS R

Idem Aug. Iohanni pp. per Orientem.

⟨Praefatio.⟩ Bonae nobis sanctionis occasionem quorundam curialium interpellatio dedit, et hanc legem facimus non ad quosdam curiales, sed ad omnes qui nobis oboediunt, dicimus autem quantum quidem ad orientem est et quantum sol occidens respicit et quantum ex utriusque lateribus est. Quoniam enim sollicitudo fuit eis qui ante nos fuerunt de curialibus et de collationibus in curiam, ⟨et⟩ qui sunt qui trahuntur ad curiam, qui autem sunt qui exuuntur, illud sancimus, licentiam esse cu-

Nov. CI (Authent. CI) Graece extat in ML. — Epit. Theod. 101, *Athan.* 8, 5. *Iulian. const. XCIV.*

minor, causa dirimatur. Atque lex in matrimoniis postea futuris valeat: in iis enim quae iam constant, si quidem decennium reliquum est aut non minus biennio, hoc tempus habeat ad querelam non numeratae pecuniae, quae ei etiam transmissionem praestat; si vero aut minus biennio tempus relinquitur aut etiam totum decennii tempus exiit, tum ipsis quidem biennium damus ad querendum de non numerata pecunia, heredibus autem eorum post solutionem matrimonii trium mensium spatium, ut per omnia iis servemus quod iustum est.

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram legem declarantur tua sublimitas ad opus effectumque adducere studeat.

CI.

DE CURIALIBUS.

Scripta est Iohanni gloriosissimo praefecto praetorio iterum, ex consule ⟨ordinario⟩ et patricio.

Praefatio. Bonae nobis legis ferendae copiam dedit interpellatio nonnullorum curialium, itaque hanc legem facimus non de nonnullis curialibus, sed de universa dicione nostra, scilicet et quae orientem versus est et quam occidens sol lustrat et quae ab utroque latere est. Quoniam enim a decessoribus nostris opera data est iis quae pertinent ad curiales et oblationes curiis factas et quinam ad fortunam curialem trahantur quinam liberentur, illud sancimus, ut curialibus liceat non solum eiusdem civitatis curiales

1 *δὲ MB*[l]] *τοῦδε LB*[l] *ς* ‖ 2 *γάμων om. B*[l] ‖ 3 *οὐχ' ἐλάττων M* ‖ 5 *ἔλαττον L* ‖ 10 *τὸ δίκαιον αὐτοῖς L* ‖ 13 *ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι M*] *φανερὰ πᾶσι καταστῆσαι Lς* ‖ 14 *subscr. om. Iul.* ‖ XIII. k. iann. *M πρὸ ιγ' καλανδ. Ἰαννουαρίων Ath.*] XVI. kal. ian. *ς μηνὶ ἰανουαρίῳ Theod.* (*eadem die datam esse novellam putat Zachariae qua XCVIII. XCIX*) ‖ 15 ep. (*om. ς*) dn. iust. pp. aug. *Mς*, *βασιλείας Ἰουστινιανοῦ Ath.*, *om. Theod.* ‖ anno XIII Apione vc. consule (*ς*), *τὸ ιγ' ὑπατείας Ἀπίωνος Ath.*] *ὑπατείᾳ Ἀπίωνος Theod.*, *om. M* ‖ 22 *inscr. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τῷ αὐτῷ Ath.* (*cf. ς*) ‖ 23 *ὀρδιναρίων addidi* (*ὀρδιναρίῳ add. Zachariae*) ‖ 28 *καὶ ὅσον δυόμενος — 29 ἐστιν Lς*] *om. M* ‖ 31 *τὰς βουλάς*] curiam *ς* (*cf.* 488, 13. 27. 491, 30) ‖ *τινὲς — τίνες L τινὲς — τινὲς M* ‖ *πρὸς τύχην βουλευτικὴν*] ad curiam *ς*

2 enim *om. V* ‖ constant *scr. V*[2] *in ras.* 12 *litt.* ‖ 3 non *om. T*[1] ‖ biennio *T*[2] ‖ 4 non *om. V* ‖ etiam ei *T* ei *om. V* ‖ 5 minus aut *T*[1] ‖ biennium *V* ‖ 6 aut *om. V* ‖ 6 *sq.* tempus totum decennii *R* ‖ 7 damus biennium *T* ‖ 8 non] īn (*i. e.* inde) *T*[1] ‖ 9 inter *T*[1] ‖ 10 ei *RT* ‖ 14 *subscr. dedimus ex V* ‖ 15 dōno iust. *V* ‖ XIIII *V* ‖ 17 *const. CI omittitur in R, inter extravagantes Authentici habetur in T f.* 178 *ab altera manu scripta* ‖ 18 *rubr. om. V* ‖ 24 Mone *V* ‖ nobis *om. T* ‖ occasione *T* ‖ 25 hac lege sancimus *T* ‖ 26 quondam *T* ‖ ad omnes *om. V* ‖ 27 quantum quidem *vulg.*] quantum quod *VT* quantumque *Heimbach* ‖ 29 utrisque *vulg.* ‖ 32 et *addidi* ‖ 33 *eruuntur *V* exiguntur *T*

πόλεως βουλευτὰς ἐνίστασθαι κληρονόμους (τοῦτο δὴ τὸ καὶ μέχρι νῦν ἐφιέμενον), ἀλλὰ καὶ εἴ τινας βουλῆς ἐλευθέρους ἐνστήσασθαι βούλονται κληρονόμους, τοῦτο πράττειν, ἐπὶ τούτῳ μέντοι τῷ ὅρῳ ἐφ' ᾧτε προσαγαγεῖν πάντως ἑαυτὸν τὸν κληρονόμον ἢ τοὺς κληρονόμους τῇ βουλευτικῇ τύχῃ τοῦ διατιθεμένου, τουτέστιν ἐξ ἧς ἐκεῖνος ὥρμηται, καὶ τὰ βουλευτικὰ μετιέναι λειτουργήματα, καὶ τὸν κλῆρον λαμβάνειν ἐμποδίζοντος οὐδενός. ἐπιστάμενοι γὰρ ὡς τοῦ πράγματος ἔσται τοῦ παρόντος ἐπανόρθωσις, ὅτι νῦν μὲν προστίθεται τῇ βουλῇ ἐκ τῶν τοιούτων τρόπων ἡ ἐν χρήμασιν ὠφέλεια, ἐκ δὲ τῆς ἐσομένης νομοθεσίας καὶ ὁ βουλευτὴς καὶ ἡ οὐσία περιγενήσεται, καὶ ἀνθήσει τὰ βουλευτήρια σώμασί τε πλείοσι καὶ τὰς περιουσίας ἔχοντα τὰς αὐτῶν,

rialibus non solum eiusdem heredes instituere civitatis ⟨curiales⟩ (hoc quod hactenus licitum fuit), sed etiam quosdam liberos a curia si voluerint instituere heredes, hoc agere, sub hac videlicet definitione, ut offerat modis omnibus se heres vel heredes condicioni curiae defuncti, id est ex qua ille progressus est, et curialis sit particeps functionis, et hereditatem nullo impediente percipiat. Scientes enim quia haec res erit in praesenti correctio, quoniam nunc quidem adicitur curiae ex istis modis in pecunia utilitas, ex futura vero legislatione et curialis et substantia proficiet, et florebit curia corporibus pluribus et substantias habebit eorum:

CAPUT I.

διὰ τοῦτο θεσπίζομεν ἄδειαν εἶναι τοῖς ἐκ τῶν βουλευτηρίων διατιθεμένοις χρῆσθαι κληρονόμοις εἴτε βουλευταῖς τῆς αὐτῆς πόλεως βούλονται (τοῦτο δὴ τὸ τοῦ νόμου) εἴτε τισὶ τῶν ἐκ γένους εἴτε τῶν ἔξωθεν, εἴτε βουλευταὶ εἶεν εἴτε καὶ μή, εἴτε εἰς μέρος οὐκ ἔλαττον τῶν ἐννέα οὐγκιῶν εἴτε εἰς ὁλόκληρον, ἐπιδεδομένοις μέντοι τῇ βουλῇ καὶ ἑνουμένοις τῷ ταύτης σώματι καὶ πληροῦσιν ἀμέμπτως τὰ λειτουργήματα. τούτου κρατοῦντος ἐπ' αὐτῶν τε καὶ παίδων καὶ ἐγγόνων καὶ εἰς τοὺς ἐφεξῆς διαδόχους, οὐ μὴν κατὰ τὸ σχῆμα καθ' ὅπερ ἡ μικρῷ πρόσθεν τεθεῖσα διάταξις ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντων τοῖς βουλευτηρίοις παρακελεύεται τὴν γονὴν τῶν ἐπιδιδομένων οὐχ ὑπάγουσα τύχῃ, ἀλλ' ὥσπερ εἰ τὴν ἀρχὴν ἐτύγχανον ὄντες βουλευταί, οὕτω καὶ αὐτῶν σὺν τῇ οἰκείᾳ γονῇ τῷ τῆς βουλῆς ἑνουμένων λευκώματί τε καὶ σώματι· οὐ γὰρ ἄν τι διαφέροι ἢ τὸν ὄντα βουλευτὴν τῆς αὐτῆς πόλεως γράψαι κληρονόμον ἢ τὸν αὐτίκα ἐσόμενον.

propterea sancimus licentiam esse eis qui curiales sunt, dum testamenta condent, uti heredibus sive curialibus eiusdem civitatis voluerint (hoc lege permittente) sive quibusdam ex suo genere sive extraneis, seu curiales fuerint seu non, in portionem non minus novem unciarum vel certe in integrum, dantibus se tamen curiae et unitis eius corpori et explentibus inculpabiliter functiones. Hoc valente circa eos et circa filios et nepotes et residuos successores, non tamen secundum modum quem ante paululum constitutio promulgata circa eos qui se curiae offerunt praeceperat prolem eorum qui se obtulerunt ad condicionem non trahens, sed tamquam si a principio fuissent constituti curiales, ita et ipsis cum propria prole curiae uniendis et albo et corpori; neque enim quicquam differt, aut eum qui fuerit curialis eiusdem civitatis scribere heredem aut eum qui mox erit.

CAPUT II.

Εἰ δὲ καὶ τις συγγενὴς βουλευτὴς ὢν ἢ καὶ ἄλλως τῆς τοιαύτης τύχης ἐλεύθερος ἐπὶ τὸν κλῆρον καλοῖτο

Sed et si quis consanguineus curialis existens vel alter ab eadem condicione liber ad successionem cu-

c. II summarium extat 'Ροπ. 19 *n.* 31 (*ex Cuiacii editione*).

heredes instituere (id quod etiam usque adhuc concessum erat), sed etiam si quos a curia liberos instituere heredes velint, id facere, hac tamen condicione, ut heres vel heredes sese omnino offerant curiali fortunae testatoris, id est ex qua ille prodiit, et curialia munera exequantur, itaque hereditatem nullo impediente capiant. Cum enim intellegamus hanc rei qualis in praesentia est emendationem fore, quia nunc quidem curiae ex eiusmodi rationibus pecuniaria utilitas accedit, ex futura autem legislatione tam curialis quam substantia praesto erit, et florebunt curiae et corporibus pluribus et cum eorum substantias habeant:

I. *propterea sancimus, ut iis qui ex curiis sint testamenta facientibus liceat heredibus uti sive curialibus eiusdem civitatis velint (id quod praeceptum legis est) sive quibusdam ex cognatis sive ex extraneis, sive curiales sint sive non sint, sive in partem novem unciis non minorem sive in solidum, ut tamen ii curiae offerantur eiusque corpori uniantur et integre munera impleant. Atque hoc et de ipsis et de liberis et nepotibus et qui deinceps erunt successoribus valeat, neque vero secundum eam formam quam constitutio paulo ante lata de iis qui se curiae offerant praecipit, quippe quae prolem eorum qui sese offerant non subiciat eidem condicioni, sed tamquam si ab initio curiales fuissent, ita et ipsi cum prole sua curiae et albo et corpori uniantur. Neque enim quicquam differt aut eum qui est curialis eiusdem civitatis heredem scribere aut eum qui statim futurus est.*

II. *Sed etiam si quis cognatus qui curialis sit vel adeo omnino liber ab eiusmodi condicione,*

2 *τὸ καὶ*] *τὸ om. L, καὶ om.* ς ‖ 3 *ἐνίστασθαι L* ‖ 7 *ὥρμηται M*] *ὥρμητο L. τῆς πόλεως deesse ante ἐξ ἧς suspicatur Zachariae* ‖ *τὰ βουλευτικὰ μετιέναι λειτουργήματα*] curialis sit particeps functionis (*i. e. τοῦ βουλευτικοῦ μετεῖναι λειτουργήματος*) ς ‖ 8 *λαμβάνει L* ‖ 9 *ἐπιστάμενος L, ἐπιστάμεθα Zachariae sine causa* ‖ *τὸ πρᾶγμα ex* ς *non male effici putat Zachariae* ‖ 12 *ἐπομένης Scrimger, vulg.* ‖ *ὁ et* 13 *ἡ om. M*[a]*L* ‖ 17 *βουλευτηρικῶν L* ‖ 18 *αὐτῆς*] *ἄλλης M* ‖ *τοῦτο δὴ τὸ τοῦ νόμου*] hoc lege permittente ς ‖ 20 *εἴτε εἰς*] *εἴτε om.* ς ‖ 21 *εἴτε εἰς ὁλόκληρον*] vel certe (*i. e. ἤ γε?*) in integrum ς ‖ *ἐπιδεδομένης et* 22 *ἑνουμένης L* ‖ 24 *τούτου*] *οὕτω L*[a] ‖ *ἐκγόνων L* ‖ 26 *μικρὸν L* ‖ *διάταξις*] *nov. XXXVIII* ‖ 27 *παραδιδόντων L* ‖ 29 *τύχῃ om. L* ‖ *εἰ*] *εἰς? L*[a] ‖ 30 **αὐτῶν* (*cf.* ς)] *αὐτοὶ M αὐτὰ L*[a] *αὐτοῖς* (*sic*) *L*[b] ‖ 31 **ἑνούμενοι ML* (*cf. ad* ς) ‖ *τε καὶ*] *τοὺς L* ‖ 32 *πόλεως ὡς γράψαι L* ‖ 34 *ἄλλως M*] *ἄλλος L*ς, *idem proponit Zachariae in Addendis non recte* ‖ *ἐλεύθερος τῆς τοιαύτης τύχης L* ‖ 35 *τῆς τοιαύτης*] eadem ς

2 curiales *hoc loco inserui*, civitatis curiales *ante* heredes (1) *coll. vulg.* ‖ illicitum fuerit *V*[a] ‖ 3 quodam *T* ‖ a curia *om. V* ‖ uoluerit *T* ‖ 5 se] set *V* ‖ conditione *V* ‖ 6 idem est *T* ‖ 9 hoc res *V*; *leg.* hoc rei (*sim. Osenbrüggen*)? ‖ 10 ex] et *V* ‖ 11 curiales *VT*, *corr. vulg.* ‖ 17 credent *T* ‖ uti] in *V* ‖ 18 hoc] hanc *V* ‖ 19 quibusdam *Heimbach*] quibus suam *VT* quibusvis *vulg.* ‖ 20 seu *V*] siue *T vulg.* ‖ curiles *V* ‖ seu non] se|uū *T* ‖ in portionem] sive in portionem *vulg.* ‖ 21 uel certe *VT*] sive *vulg.* ‖ in integrum] integrum *V* iñ uū *T* ‖ 22 dantes *V* ‖ et unitis *om. in spatio vacuo V* ‖ 26 paulum *V* ‖ constituo *T* ‖ 27 praeciperat prole meorum *V* ‖ 28 obtulerunt] obtulerunt curie *T*[a] ‖ 30 ipsis *libri*] ipsi *vulg.* ‖ curiente *V* ‖ *uniendis] ueniente *libri*, uniti *vulg.* ‖ et albo *vulg.*] ex aluo *V* ex alueo *T* ‖ 31 corpori *vulg.*] corpore *VT* ‖ aut eum — heredem *om. T* ‖ 32 fuerit *V*] est *vulg.* ‖ eiusdem] eius de *V* ‖ 35 alter *VT*] aliter *vulg.*

τοῦ τελευτήσαντος βουλευτοῦ οἷα διαθήκας οὐ γράψαντος, βούλοιτο δὲ κἀκεῖνος ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι τῇ βουλῇ, ἐξεῖναι αὐτῷ τοῦτο πράττειν καὶ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἐν ὑπομνήμασι δηλοῦν εἴσω μηνῶν ἕξ, καὶ ἅμα μὲν βουλεύειν σὺν τῇ οἰκείᾳ διαδοχῇ καὶ περιουσίᾳ, ἅμα δὲ γενέσθαι κληρονόμον· οὐδὲν παντελῶς τῆς περιουσίας ἀπαιτουμένης προφάσει τεταρτημορίου ἢ ἐνναουγκίου, ἅπαξ τοῦ διαδεξαμένου τὸν κλῆρον ἢ βουλευτοῦ καθεστῶτος ἤδη ἢ αὐτίκα γενησομένου καὶ τοῦ πράγματος αὖθις εἰς τὴν βουλὴν ἀφικνουμένου. Εἰ δὲ καί τις δωρήσεται πράγματα τῆς αὐτοῦ περιουσίας, ἢ τὰ πλεῖστα ἢ πάντως οὐκ ἐλάττονα τῶν ἐννέα οὐγκιῶν, ἢ τῷ τῶν πολιτευομένων τῆς αὐτῆς πόλεως ὄντι ἢ καὶ ἑτέρῳ τινί, προσάγοντι μέντοι ἑαυτόν τε καὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν γονὴν τὴν εἴτε οὖσαν εἴτε ἐσομένην καὶ τὴν ἐφεξῆς διαδοχὴν τῇ βουλῇ ἧς ἐστιν ὁ τὴν δωρεὰν ποιούμενος, θεσπίζομεν τὴν ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἱρέσει γινομένην ἐρρῶσθαι δωρεάν. παντὸς γὰρ ἡμῖν σπουδάσματος ἄξιον εἶναι δοκεῖ τὸ τὰς οὐσίας τῶν βουλευτῶν κατ' οὐδένα τρόπον ἀλλοτριοῦσθαι τῆς βουλῆς τῆς πόλεως ἐκείνης ἧς εἰσι βουλευταί.

rialis defuncti fuerit evocatus, tamquam eius qui non scripserit testamentum, voluerit autem ille dare se curiae, licere ei hoc agere et in actis voluntatem propriam declarare intra sex menses, et pariter curialem cum suis successoribus atque substantia, pariter etiam fieri et heredem, nihil omnino ex eadem substantia expetendo occasione quartae portionis seu novem unciarum, semel eo qui successerit in hereditatem aut curiale existente aut mox facto et causa rursus ad curiam veniente. Sed et si quis donaverit res propriae facultatis, aut multas aut omnino non minus novem unciarum, vel curiali eiusdem civitatis existenti vel alio cuidam, offerenti tamen et se et propriam substantiam atque prolem, sive quae est sive quae erit, et residuam successionem curiae, cuius est qui donationem fecit, sancimus valere factam sub hac condicione largitatem. Omni modo enim nobis studii dignum esse videtur, ut nullo modo substantiae curialium alienentur a curia illius civitatis cuius sunt curiales.

CAPUT III.

Ὅπως δὲ ἂν μὴ ἐπ' ἐξαπάτῃ ταῦτα δόξειε γίνεσθαι, καί τινες κύριοι γενόμενοι τῶν βουλευτικῶν κλήρων ἢ κατὰ δωρεᾶς τρόπον ἢ κατὰ διαθήκης (καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν) ἢ καὶ ἐξ ἀδιαθέτου διαναβάλλοιντο καὶ παρέλκοιεν τὴν ἐπίδοσιν, καὶ τῶν μὲν πραγμάτων ἐθέλοιεν ἀπολαύειν τὴν δὲ ἐπίδοσιν ἑαυτῶν μὴ ποιοῖντο, θεσπίζομεν, εἰ μὲν κατὰ δωρεὰν (τοῦτο δὴ τὸ πρόσθεν εἰρημένον) ἐπιδίδοιτο, μὴ πρότερον τὴν παράδοσιν γίνεσθαι τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἔτι μένειν παρὰ τῷ δωρησαμένῳ, ἕως ἂν ὁ τὴν δωρεὰν λαμβάνων ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων, πραττομένης παρὰ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ προῖκα καὶ χωρὶς πάσης δόσεως, κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον ἐπιδοθείη τῇ βουλῇ καὶ ἐγγραφείη τῷ λευκώματι· τηνικαῦτα γὰρ αὐτῷ καὶ τὰ πράγματα δίδοσθαι βουλόμεθα. Εἰ δὲ ὁ δωρησάμενος παραδοίη τὰ πράγματα

Ut autem non ad collusionem haec fieri videantur, et quidam domini effecti hereditatum curialium aut per donationis modum aut per testamentum (secundum quod praediximus) aut ab intestato differant et protrahant oblationem, et rebus quidem frui velint oblationem autem suam non faciant, sancimus, si quidem per donationem (hoc quod praedictum est) dederit, non prius traditionem fieri rerum, sed hoc manere apud donatorem, donec is qui donationem accepit inter gesta confecta apud iudicem provinciae gratis et citra omnem donationem secundum praedictum modum datus fuerit curiae et mox conscriptus albo; tunc enim ei etiam res dari volumus. Quodsi donator tradiderit res et necdum confessione

ad hereditatem vocetur defuncti curialis, quippe qui testamentum non scripserit, atque is quoque se ipse curiae offerre velit, liceat ei hoc facere et suam voluntatem intra sex menses in actis declarare, atque simul et curialem esse cum sua successione ac substantia et fieri heredem: neu quicquam omnino ex substantia exigatur quartae portionis vel novem unciarum causa, cum semel is qui hereditatem susceperit aut iam sit curialis aut statim futurus sit ac res rursus ad curiam redeat. Sed etiam si quis donaverit res ex substantia sua, aut plerasque aut utique non minus novem unciis, vel uni ex eiusdem civitatis civibus vel etiam alii alicui, qui tamen et se ipsum et substantiam suam et prolem, quam vel habeat vel habiturus sit, et reliquam deinceps successionem offerat curiae cuius est qui donationem fecit: sancimus donationem sub hac condicione factam valere. Summo enim studio dignum nobis esse videtur, ne curialium substantiae ullo modo alienentur a curia illius civitatis cuius sunt curiales.

III. *Ne autem per fraudem haec fieri videantur, neu qui curialium hereditatum domini facti vel per donationis modum vel per testamenti (sicut modo diximus) vel etiam ab intestato differant atque protrahant oblationem, et rebus quidem frui velint, oblationem vero suam non faciant, sancimus, si quidem per donationem (id quod ante dictum est) res conferantur, non prius traditionem fieri rerum, sed adhuc manere eas apud donatorem, donec is qui donationem accipit, in gestorum confectione apud praesidem provinciae gratis et sine ulla largitione celebranda secundum modum praedictum curiae oblatus sit et in albo inscriptus; tunc enim ei etiam res dari volumus. Quodsi donator res tradiderit necdum facta pro-*

2 *κἀκεῖνος*] ille ϛ ‖ 6 *κληρονόμον*] et heredem ϛ ‖ *τῆς περιουσίας*] ex eadem substantia ϛ ‖ 7 *ἀπαιτουμένου Haloander* ‖ 8 *ἐναουγκίου L* (*et sic saepius*) ‖ 9 *ἤδη om.* ϛ ‖ *γενησομένου*] facto ϛ ‖ 13 *sq. τῷ τῶν πολιτευομένων — ὄντι*] curiali — existenti ϛ ‖ 15 *τὴν οὐσίαν*] propriam substantiam ϛ ‖ 18 *γενομένην L* ‖ 19 *παντὸς*] omni modo (*i. e. πάντως*) ϛ ‖ 23 *ἐπ' om. ML, add. Haloander ex* ϛ (*cf.* 490, 24) ‖ 25 *κατὰ διαθήκης*] per testamentum ϛ ‖ 26 *διαναβάλοιντο M* ‖ 32 *ἔτι μένειν*] hoc manere ϛ ‖ *ὁ om. L* ‖ 35 *κατὰ*] *τὰ L*ᵃ ‖ 36 *καὶ*] et mox ϛ ‖ 38 *Εἰ δὲ* — 490, 4 *βουλόμεθα om. L*

1 vocatus *vulg.* ‖ 2 ille] et ille *vulg.* ‖ dare se *T*] set a se *V*, se dare *Heimbach* ‖ 3 hoc ei *T* ‖ 4 intra *om. V* ‖ curialem] esse *add. Beck* ‖ 5 pariter etiam — III.

7 substantia *om. V* ‖ 6 etiam *T*] et *vulg.* ‖ 7 expetendo] expeti *cum spatio vacuo 6 fere litt. V* ‖ 8 nomen unciarum *V* nouem untiarum uel curiali *T* (*errore ex v.* 12 *orto*) ‖ 9 curiali *vulg.* ‖ *facte *libri* (extituro *vulg.*) ‖ 10 et *om. T* ‖ 11 facultates *V* ‖ non minus] nichilominus *V* ‖ 13 existenti *om. V* ‖ alio *V*] alii *T vulg.* ‖ offenti *V* ‖ et se] si et se *T* si adesse *V* ‖ 15 residue *V* ‖ cuius est qui] quae est ille qui *T* ‖ 16 donatione *V* ‖ factum *V* ‖ 18 substantia curialium alienetur *T* ‖ 23 illusionem *Osenbrüggen ex* 490, 19 ‖ 25 per donationis modum] p̄t (*sic*) *T* ‖ 26 quod supra diximus *T* ‖ 27 protrahent *V* ‖ oblationes *T* ‖ rebus *T vulg.*] rerum *V* ‖ frui] uti frui *T* ‖ 30 hoc] adhuc *Beck* ‖ 31 is] his *V* ‖ qui] quod *T*ᵃ ‖ 33 grans *V* ‖ donationem *VT*] dationem *vulg.* ‖ praedictum *om. V* ‖ 34 et *om. V*ᵃ ‖ inscriptus *Beck* ‖ 35 aluo *VT* ‖ 36 res *om. T*

Ἐπειδὴ δὲ νόμον πρώην ἐξεφωνήσαμεν κελεύοντα ἢ προικῷα γίνεσθαι συμβόλαια ἢ ἄλλας συστάσεις προϊέναι γινομένας παρὰ τοῖς ἐκκλησιεκδίκοις, δι' ὧν τοὺς γάμους προσήκει βεβαιοῦσθαι, ἢ γοῦν ὅρκους παρέχεσθαι, ἐπὶ τοῦ παρόντος συνείδομεν κάλλιον διατυπῶσαι τὰ περὶ τούτων πρώην νομοθετηθέντα. καὶ διὰ τοῦτο κελεύομεν τοὺς μεγάλοις ἀξιώμασι κεκοσμημένους μέχρις ἰλλουστρίων μὴ ἄλλως γάμοις προσομιλεῖν εἰ μὴ προικῷα συγγράφοιεν συμβόλαια, πλὴν εἰ μή τις πρὸ τοῦ τυχεῖν τῶν τοιούτων ἀξιωμάτων ἐκ μόνης διαθέσεως ἠγάγετο γαμετήν. τοὺς γὰρ τοιούτους γάμους τοὺς πρὸ τῆς ἀξίας γενομένους καὶ μετὰ τὴν ἀξίαν νομίμους μένειν κελεύομεν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν τεχθέντας νομίμους εἶναι παῖδας· μετὰ μέντοι τὸ τιμηθῆναί τινας τοιαύταις ἀξίαις μὴ ἄλλως ἄγεσθαι γαμετὰς πλὴν εἰ μὴ μετὰ προικῴων συμβολαίων. ταύτην δὲ τὴν τοῦ νόμου ἀκρίβειαν συγχωροῦμεν τοῖς ὑποτεταγμένοις τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ βαρβάροις, κἂν ἀξιώμασι τοιούτοις ὑπάρχοιεν κεκοσμημένοι. ὥστε καὶ διαθέσει ψιλῇ δύνασθαι αὐτοὺς βουλομένους συναλλάσσειν γάμους. τοὺς δὲ λοιποὺς ἅπαντας παρὰ τοὺς ταῖς μεγάλαις, ὡς εἴρηται, ἀξίαις κεκοσμημένους, οἱασδήποτε εἶεν ἀξίας ἢ στρατείας ἢ ἐπιτηδεύσεως, εἰ μὲν βουληθεῖεν ἢ δυνηθεῖεν, οὐ κωλύομεν μετὰ προικῴων συμβολαίων ἄγεσθαι γαμετάς· εἰ δὲ καὶ τοῦτο μὴ παραφυλάξουσι, καὶ τοὺς ἐκ μόνης διαθέσεως ἀποδεικνυμένους γάμους βεβαίους εἶναι θεσπίζομεν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν τικτομένους νομίμους εἶναι παῖδας κελεύομεν.

Quia vero legem dudum protulimus iubentem aut dotalia fieri documenta aut alias probationes procedere factas apud ecclesiae defensores, per quas nuptias competat confirmari, aut certe sacramenta praeberi, in praesenti perspeximus melius disponere ea quae de his pridem sancita sunt. Et propterea iubemus eos qui maximis dignitatibus decorati sunt usque ad illustres non aliter nuptias celebrare nisi dotalia scribantur instrumenta, nisi tamen aliquis antequam mereretur huiusmodi dignitates ex affectu solo duxit uxorem. Tales enim nuptias ante dignitatem factas et post dignitatem legitimas manere praecipimus, et ex his natos legitimos esse filios; postquam vero honorati fuerint aliqui huiusmodi dignitatibus, non aliter ducere uxores nisi cum dotalibus instrumentis. Hanc autem legis subtilitatem concedimus subiectis nostrae reipublicae barbaris, licet dignitatibus huiusmodi decorati sint, ut etiam nudo affectu possint ipsi volentes contrahere nuptias. Reliquos autem omnes praeter eos qui maximis, sicut dictum est, dignitatibus decorati sunt, cuiuslibet sint dignitatis aut militiae aut studii, si quidem voluerint aut potuerint, non prohibemus cum dotalibus instrumentis ducere uxores; si autem etiam hoc non custodierint, et ex solo affectu celebratas nuptias firmas esse sancimus, et ex eis natos legitimos esse filios iubemus.

CAPUT V.

Ἐπειδὴ δὲ νόμον ἤδη τεθείκαμεν προστάττοντα, ὥστε εἴ ποτέ τις γυναῖκα δίχα προικῴων λάβοι μετὰ διαθέσεως γαμικῆς καὶ ταύτην χωρὶς αἰτίας γνωριζομένης τοῖς νόμοις ἐκβάλῃ, λαμβάνειν αὐτὴν τὸ τέ-

Quia vero legem dudum posuimus praecipientem, ut si quis uxorem aliquando sine dotalibus acceperit cum affectu nuptiali et hanc sine causa legibus agnita proiecerit, accipere eam quartam partem eius

c. IV Δεῖ οὖν (*δὲ* B^s) *τοὺς μεγάλοις μὲν ἀξιώμασι κεκοσμημένους μέχρι πρωτοσπαθαρίων μὴ ἄλλως γάμοις προσομιλεῖν ...... extat B* 28, 4, 47 (*B^s Γ* 1, 9 *p.* 144 *Zach.*) — *Summas habent Epanagoge* 16, 27, *Epitome* 23, 10. *Theodori summam repetit* $B^Σ$, *argumentum v.* 7—9 *ex Athanasio paratitla Ath.* 22 § 7.

c. V particulas (555, 6—7. 12—25) *habet Prochiron* 5, 6 (= *Prochiron auctum* 6, 5), *easdem in compendium redactas et v.* 27—30 *Epanagoge* 19, 9 (*inde Prochiron auctum* 6, 8). *Eadem excerpta cum parte novellae LIII c.* 6 *contaminata extant B* 28, 12 (*decurtata in B^s Γ* 5, 2 *p.* 161 *Zach.*), *unde ea reliqua parte huius capitis omissa repetiit L.* — *Summam exhibet Nomoc. XIV tit.* 13, 4 *p.* 615 *Pitra.*

IV. *Quoniam autem legem nuper promulgavimus quae vel dotalia instrumenta confici vel alias probationes procedere apud defensores ecclesiae faciendas iubet, per quas nuptias confirmari conveniat, vel certe iuramenta praestari, in praesenti decrevimus melius constituere ea quae de his nuper sancita sunt. Atque propterea iubemus, qui magnis dignitatibus ornati sunt usque ad illustres, non aliter nisi dotalibus instrumentis conscriptis matrimonia contrahere, nisi si quis antequam eiusmodi dignitatibus potitus sit ex sola affectione uxorem duxerit. Eiusmodi enim matrimonia ante dignitatem facta etiam post dignitatem legitima manere ex iisque natos liberos legitimos esse iubemus: postea vero quam eiusmodi dignitatibus quidam honorati sunt, non aliter uxores ducant nisi cum dotalibus instrumentis. Hanc autem legis severitatem remittimus barbaris dicioni nostrae subiectis, quamvis sint eiusmodi dignitatibus decorati, ut etiam nuda affectione possint si velint nuptias contrahere. Ceteros vero omnes praeter eos qui magnis, uti dictum est, dignitatibus ornati sunt, cuiuscumque sint dignitatis aut militiae aut studii, si quidem voluerint vel potuerint, non prohibemus cum dotalibus instrumentis uxores ducere; sin hoc non observaverint, etiam ex sola affectione probatas nuptias firmas esse sancimus, et qui ex iis procreantur legitimos esse liberos iubemus.*

V. *Quoniam autem legem iam tulimus quae praecipit, ut si quando quis absque dotalibus instrumentis uxorem duxerit cum coniugali affectione eamque sine causa legibus agnita depulerit, ea quartam*

1 *νόμον*] *nov. LXXIV c.* 4. 5 ‖ 7 *τοῖς L* ‖ 9 *συγγράφοιεν M*] *συγγράψαιεν B συγγράψειεν L* scribantur ς ‖ 12 *τοὺς πρὸ LB*] *πρὸ M* ‖ *γινομένους M* ‖ 13 *νομίμους μένειν*] *νομίμους τοὺς* (*τοὺς add.* L^b) *γάμους μένειν L μένειν νομίμους* B^f *νομίμους εἶναι* B^e *νομίμους* B^l ‖ 15 *τιμηθῆναι*] *••ι τιθῆναι* L^a ‖ *τοιαύταις τινὰς* B^s ‖ 16 *κατὰ προικῷον συμβόλαιον L κατὰ προικῷα συμβόλαια* B^s ‖ 19 *κἂν*] *εἰ καὶ* B^s *v. l.* ‖ *ὑπάρχειεν L* ‖ *κεκοσμημένοις* L^a ‖ 21 *γάμους*] *τοὺς γάμους* B^f ‖ *δὲ om.* B^f ‖ 22 *περὶ τοῦ* L^a *τοὺς παρὰ τοὺς* B^f ‖ *ταῖς om. L* ‖ *μεγάλαις om.* B^f ‖ *ἀξίαις ὡς εἴρηται B* ‖ 26 *δὲ καὶ*] *καὶ om.* B^f ‖ 27 *ἀποδεικνυμένους om.* L^a, *γάμους — τικτομένους om.* B^{lf} ‖ 30 *Ἐπειδὴ* — 555, 5 *περιουσίας*] *pro his in L novellae LIII cap.* 6 *pr.* (304, 21—36, *ubi vide*) *insertum est ex B* 28, 12 ‖ *νόμον*] *nov. XXII c.* 18

1 dudum legem *T* ‖ pertulimus *R* ‖ 2 probationes alias *R* ‖ cedere T^1 producere *V* ‖ 4 competit *R* ‖ certa *V* ‖ 9 inscribantur T^2 inscribuntur T^1 ‖ tm̄ *R* ‖ 10 affectus *V* ‖ 11 solo — 14 uero *scr.* R^2 *in ras.* 2 *vv.* ‖ duxerit $R(^2)$ *T* ‖ 12 post dignitates $R(^2)$ *vulg.* ‖ 14 honora R^1 ‖ 15 dignitates R^e ‖ ducere *vulg.*] duceret *T* ducerent *V* dicent R^1 ducent R^2 ‖ 17 nostris *T* ‖ 18 huiusmodi *om. V* ‖ sint *vulg.*] sunt *RVT* ‖ 19 *nudo] sub *libri*, solo *Osenbrüggen* ‖ contra•e R^1 ‖ 20 sicuti *T* ‖ 22 dignatis *R* ‖ studium T^1 ‖ 24 uxorem. sin *T* ‖ etiam] et *T* ‖ hoc] haec *T*, *om. V* ‖ 25 et *om.* T^1 ‖ 31 uxores *R* ‖ 32 causa *om.* V^1

ταρτον μέρος τῆς αὐτοῦ περιουσίας, καὶ ἕτερον μετὰ ταῦτα πεποιήκαμεν νόμον τὸν διορίζοντα, εἴ τις ἄπορον γυναῖκα κατὰ διάθεσιν μόνον λάβοι καὶ μέχρι τελευτῆς σὺν αὐτῇ ζήσας προτελευτήσειε, λαμβάνειν ὁμοίως καὶ αὐτὴν τὸ τέταρτον μέρος τῆς ἐκείνου περιουσίας (οὕτω μέντοιγε ὥστε μὴ ὑπερβαίνειν αὐτὸ τὴν τῶν ἑκατὸν τοῦ χρυσοῦ λιτρῶν ποσότητα), ἐν τῷ παρόντι κάλλιον ἑκάτερον νόμον διατυποῦντες θεσπίζομεν, ἐφ᾽ ἑκατέρου θέματος τοὺς ἐκ τῶν τοιούτων συνοικεσίων τεχθέντας παῖδας νομίμους εἶναι καὶ εἰς τὴν πατρῴαν καλεῖσθαι κληρονομίαν, τὴν δὲ γυναῖκα ἐφ᾽ ἑκατέρου τούτων τῶν θεμάτων, εἰ μὲν ἄχρι τριῶν ἔχοι παίδων ὁ αὐτῆς ἀνὴρ εἴτε ἐξ αὐτῆς εἴτε καὶ ἐξ ἑτέρου συνοικεσίου, τὸ τέταρτον μέρος τῆς οὐσίας τοῦ ἀνδρὸς λαμβάνειν· εἰ δὲ πλείονες εἴησαν οἱ παῖδες, τοσοῦτον ἐφ᾽ ἑκατέρου ὁμοίως θέματος λαμβάνειν κελεύομεν τὴν γυναῖκα ὅσον ἑνὶ τῶν παίδων ἁρμόζει. οὕτω δηλαδὴ ὥστε χρῆσιν μόνην ἐπὶ τοῖς τοιούτοις πράγμασι τὴν γυναῖκα ἔχειν, τὴν δεσποτείαν δὲ ἐκείνοις τοῖς παισὶ φυλάττεσθαι οὓς ἐξ αὐτοῦ τοῦ γάμου ἔσχεν. εἰ δὲ ἡ τοιαύτη γυνὴ παῖδας ἐξ αὐτοῦ μὴ ἔχοι, κελεύομεν καὶ δεσποτείας δικαίῳ ἔχειν αὐτὴν τὰ πράγματα, ἅπερ ἐκ τῆς τοῦ ἀνδρὸς οὐσίας εἰς αὐτὴν ἐλθεῖν διὰ τοῦ παρόντος ἐκελεύσαμεν νόμου. τὴν μέντοι ἀλόγως ἐκβληθεῖσαν ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς ἐκβολῆς τὸ μέρος κελεύομεν λαβεῖν τὸ περιεχόμενον τῷδε τῷ νόμῳ. τὸν ἄνδρα γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων θεμάτων τὸ τέταρτον μέρος κατὰ τὸν πρότερον ἡμῶν νόμον ἐκ τῆς οὐσίας λαμβάνειν τῆς γυναικὸς πᾶσι τρόποις κωλύομεν.

substantiae, et aliam post haec fecimus legem decernentem, si quis indotatam uxorem per affectum solum acceperit et usque ad mortem cum ea vivens praemoriatur, accipere similiter et eam quartam illius substantiae portionem, ita tamen ut non transcendat haec centum auri librarum quantitatem, in praesenti melius utramque legem disponentes sancimus, in utroque casu ex talibus matrimoniis natos filios legitimos esse et ad paternam vocari hereditatem, uxorem autem ex utroque horum casuum, si quidem usque tres habuerit filios eius vir sive ex ea sive ex alio matrimonio, quartam partem ex substantia viri accipere. Si autem amplius fuerint filii, tantum in utroque similiter casu accipere iubemus mulierem quantum uni competit filiorum: ita quippe ut usum solum in talibus rebus mulier habeat, dominium autem illis filiis servetur quos ex ipsis nuptiis habuit. Si vero talis mulier filios ex eo non habuerit, iubemus etiam dominii iure habere eam res, quas ex viri facultate ad eam venire per praesentem iussimus legem. Quae tamen inrationabiliter exclusa est, in ipso tempore expulsionis partem iubemus accipere quae continetur hac lege. Virum enim in talibus casibus quartam secundum priorem nostram legem ex substantia mulieris accipere modis omnibus prohibemus.

CAPUT VI.

Ἐκείνου ἀναμφιβόλως παραφυλαττομένου, ὥστε τὴν Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης διάταξιν ἐπὶ πάν-

Illo indubitanter observando, ut Leonis piae memoriae constitutio in omnibus aliis casibus, qui non

c. VI Τὸν δέ γε (Τὸν μὲν B^e) νόμον δι᾽ οὗ αἱ τῶν γυναικῶν συζυγίαι ἃς αὐτὸς ὁ (ὁ αὐτὸς B^e) νόμος εὐτελεῖς ἐκάλεσε .... extat B 28, 4, 47 (B^e Γ 1, 10 p. 144 Zach.).

partem substantiae eius accipiat, atque aliam postea legem fecimus quae definit, ut si quis inopem mulierem ex sola affectione duxerit et usque ad finem vitae ea usus prior decesserit, similiter ipsa quoque quartam partem substantiae illius accipiat (ita tamen ut ea non excedat centum librarum auri quantitatem), in praesentia utramque legem melius disponentes in utroque casu sancimus, ut liberi ex eiusmodi coniugiis nati legitimi sint et ad paternam hereditatem vocentur, uxor autem in utroque ex his casibus, si quidem maritus eius usque ad tres liberos habeat sive ex ipsa sive ex alio coniugio, quartam partem substantiae mariti accipiat; sin autem plures sint liberi, in utroque similiter casu tantum mulierem accipere iubemus quantum uni ex liberis competit: ita scilicet ut usumfructum solum in eiusmodi rebus mulier habeat, dominium autem liberis illis servetur quos ex ipso matrimonio habuit. Quodsi eiusmodi mulier liberos ex eo non habeat, iubemus etiam dominii iure habere eam res quas ex substantia viri ad eam venire per praesentem legem iussimus. Quae vero sine causa repudiata est, eam ipso repudii tempore partem accipere iubemus quae hac lege continetur. Nam maritum in eiusmodi casibus quartam partem secundum priorem legem nostram ex substantia uxoris accipere omnibus modis prohibemus.

VI. *Illud autem sine dubitatione observetur, ut Leonis piae memoriae constitutio in ceteris omnibus*

2 νόμον] *nov. LIII c.* 6 ‖ 2—5 εἴ τις — περιουσίας] Εἴ τις ἄπορον γυναῖκα κατὰ τὴν τοῦ νόμου παρατήρησιν λάβοι καὶ ταύτης προτελευτήσοι *Proch.* ‖ 4 *προτελευτήσοι *M Proch.* ‖ 6 οὕτω μέντοιγε — 7 ποσότητα *verbis nov. LIII c.* 6 κομίζεσθαι τὴν γυναῖκα (304, 36) *continuant BL, post v.* 15 τοῦ ἀνδρὸς λαμβάνει *coll. Proch.* ‖ αὐτὸ *M*] αὐτὴν *B^f L, om. B^e Proch.* ‖ τὴν *ante* ποσότητα (7) *coll. B^f* ‖ 7 χρυσοῦ *M*] χρυσίου *BL Proch.* ‖ ἐν τῷ παρόντι — 12 θεμάτων *om. BL Proch. Epan.* ‖ 12 εἰ *M Proch. Epan.*] ἀλλ᾽ εἰ *BL* ‖ 13 ἔχει *B^e v. l.* ‖ ὁ αὐτῆς *M*(*B^f*)*ς*] ὁ αὐτὸς *B^e L* αὐτὸς ὁ *B^l* ὁ ταύτης *Proch. Epan.* ‖ εἴτε καὶ ἐξ αὐτῆς *B^l L* εἴτε ἐξ αὐτοῦ *Epan.* ‖ καὶ *om. Proch. Epan.* (*ς*) ‖ 15 τοῦ ἀνδρὸς *om. B^e* ‖ λαμβάνει *Proch.* (*cf. ad* 4) ‖ ἦσαν *B^f, Proch. unus* ‖ 16 *sq.* τοσοῦτον — γυναῖκα *om. B^e* ‖ ἐφ᾽ ἑκατέρου ὁμοίως θέματος *M ς*] ἐπὶ τοῦ τοιούτου θέματος *Proch., om. Epan. BL* ‖ 17 ὅσην *L* ‖ 18 ἁρμόζοι *L* ‖ οὕτω δηλαδὴ *om. B^e* ‖ μόνον *B^l* ‖ 21 τοῦ γάμου *om. B^e* ‖ ἔσχεν] ἔχοι (*v. l.* ἔχει) *B^e* ‖ ἡ τοιαύτη γυνὴ *om. B^e* ‖ 22 ἔχοι — 25 νόμου] ἔσχεν, ἔχειν αὐτὴν τὰ πράγματα καὶ δεσποτείας δικαίῳ *omissis ceteris B^e* ‖ δικαίων *M* ‖ 24 περιουσίας *L* ‖ ἐλθεῖν — 25 νόμου] ἐληλύθασιν *Proch.* (περιῆλθον *Proch. auctum*), *in quo seqq. omissa sunt* ‖ 25—27 τὴν μέντοι — νόμῳ] *pro his verba novellae LIII c.* 6 εἰ μέντοι πρεσβεῖόν τι — τὰ τῶν νόμων τηροῖτο (304, 37 — 305, 32 *ubi vide*) *decurtata inseruntur in B et L* ‖ 27 τὸν ἄνδρα γὰρ] τὸν δὲ ἄπορον ἄνδρα *Epan.* τὸν δὲ ἄνδρα ἄπορον ὄντα *BL* ‖ ἐπὶ — 29 λαμβάνειν *M Epan. ς*] καὶ μὴ ἐπιδόντα (ἐπιδιδόντα *B*) τὴν διὰ γάμων (γάμον *B^f* γάμου *B^e*) δωρεὰν λαμβάνειν τι ἐκ τῆς οὐσίας *BL* ‖ 29 γυναικὸς] γυναικὸς ἐκ τοῦ ἡμετέρου νόμου *L* ‖ 30 κωλύομεν] κωλύεσθαι *L^a*; εἰ μὴ ἄρα καὶ αὐτῷ ἡ συνοικοῦσα δωρήσασθαί τι ἢ καταλεῖψαι βουληθείη *add. BL* ‖ 32 Λέοντος] *Cod.* 5, 14, 9

1 fatimus *V* ‖ 5 portione *V*[1] ‖ tm̃ *RV* ‖ 6 haec *RT*[2]] hoc *T*[1] *vulg., om. V* ‖ librarum auri *T vulg.* ‖ 7 disponentem *R*[1] dispones *V*[1] ‖ 9 esse *om. R*[1] ‖ 11 usque ad tres *R*[2] *V*[2] *T vulg.* ‖ vir] ubi *R*[a] ‖ 12 alieno *T* ‖ 13 tm̃ *R* ‖ in *om. T* ‖ 15 competit uni *T* ‖ ita] itaque *V* ‖ 16 solo *R*[1] ‖ dominum *T*[1] ‖ 17 quas *T* ‖ 18 ex eo filios *R* ‖ 19 etiam] eam *T* ‖ eas *V*[2] ‖ ex *om. T*[1] ‖ 20 per] prae *V*[a] ‖ 21 tm̃ *R* ‖ 22 exclusionis *T* ‖ 24 casibus *om. T* ‖ 31 *rubr.* De leoniana et constantiniana constitutione (et constantina constina *T*) *RT marg.* (*ex Iul.*) ‖ indubitantur *R*[1] indubitando *T*[1]

των τῶν ἄλλων θεμάτων τῶν μὴ περιεχομένων τῷ παρόντι νόμῳ τὴν ἰδίαν ἔχειν ἰσχύν. τὸν δὲ Κωνσταντίνου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως νόμον τὸν πρὸς Γρηγόριον γεγραμμένον, καὶ τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ γενομένην ἑρμηνείαν ὑπὸ Μαρκιανοῦ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, δι᾽ ὧν αἱ τῶν γυναικῶν συζυγίαι, ἃς ὁ Κωνσταντίνου νόμος εὐτελεῖς ἐκάλεσεν, πρός τινας ἀξιώμασι κεκοσμημένους κωλύονται, οὐδενὶ παντελῶς τρόπῳ κρατεῖν συγχωροῦμεν, ἀλλ᾽ ἄδειαν τοῖς βουλομένοις παρέχομεν, εἰ καὶ οἱοισδήποτε μεγάλοις ἀξιώμασι κοσμοῖντο, τὰς τοιαύτας γυναῖκας μετὰ προικῴων συμβολαίων ἑαυτοῖς συνάπτειν. οἱ δὲ λοιποὶ παρὰ τοὺς τοῖς μεγάλοις ἀξιώμασι κεκοσμημένους ἄδειαν ἐχέτωσαν τὰς τοιαύτας γυναῖκας λαμβάνειν, εἴτε ἐγγράφως βουληθεῖεν εἴτε μόνῃ διαθέσει γάμου, εἰ μέντοιγε ἐλεύθεραι εἴησαν καὶ μεθ᾽ ὧν ἔξεστι γάμον ἐπιτελεῖσθαι.

continentur praesenti lege, propriam habeat fortitudinem. Constantini vero piae memoriae legem ad Gregorium scriptam et super eam factam interpretationem a Marciano piae memoriae, per quam mulierum coniunctiones, quas Constantini lex abiectas vocavit, ad quosdam dignitatibus decoratos prohibentur, nullo penitus modo valere permittimus, sed licentiam volentibus praebemus, etsi quibuslibet magnis dignitatibus decorentur, huiusmodi mulieres cum dotalibus instrumentis sibimet copulare. Reliqui vero citra eos qui maioribus dignitatibus decorati sunt licentiam habebunt huiusmodi mulieres accipere, sive scripto voluerint sive solo affectu nuptiali, si tamen liberae sint et cum quibus licet nuptias celebrare.

CAPUT VII.

Κἀκεῖνο δὲ διατυπῶσαι συνείδομεν, ἵνα εἴ ποτε τὸν μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς γάμον λυθῆναι συμβαίη, οἱ ἐκ τοῦ τοιούτου γάμου γεννηθέντες παῖδες μηδενὶ τρόπῳ βλαβῶσιν ἐκ τῆς διαζεύξεως τοῦ γάμου, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν γονέων κληρονομίαν καλείσθωσαν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἀναμφισβητήτως ἀποτρεφόμενοι. καὶ εἰ μὲν ὁ πατὴρ τὴν πρόφασιν τῆς διαζεύξεως παρέσχε καὶ ἡ μήτηρ εἰς δεύτερον οὐκ ἦλθε γάμον, παρὰ τῇ μητρὶ τρέφεσθαι, τὰς δαπάνας τοῦ πατρὸς παρέχοντος, εἰ δὲ παρ᾽ αἰτίαν τῆς μητρὸς δείκνυται λελύσθαι τὸν γάμον, τότε παρὰ τῷ πατρὶ καὶ οἰκείτωσαν οἱ παῖδες καὶ τρεφέσθωσαν. εἰ δὲ συμβῇ τὸν μὲν πατέρα ἄπορον εἶναι, τὴν δὲ μητέρα εὔπορον, παρ᾽ αὐτῇ πενομένους τοὺς παῖδας μένειν καὶ παρ᾽ αὐτῆς τρέφεσθαι παρακελευόμεθα. ὃν γὰρ τρόπον οἱ παῖδες εὐποροῦντες ἀναγκάζονται τὴν μητέρα δεομένην τρέφειν, οὕτω δίκαιον κρίνομεν καὶ παρὰ τῆς μητρὸς εὐπορούσης τοὺς παῖδας ἀποτρέφεσθαι. ὅπερ δὲ περὶ τοῦ τρέφεσθαι τὴν μητέρα καὶ τοὺς παῖδας διωρίσαμεν πενομένους, τοῦτο δὴ καὶ ἐπὶ πάντων τῶν ἀνιόντων καὶ κατιόντων προσώπων ἑκατέρας φύσεως κρατεῖν κελεύομεν.

Illud quoque disponendum esse perspeximus, ut si quando inter maritum et uxorem nuptias solvi contigerit, ex huiusmodi ⟨matrimonio⟩ nati filii nullo modo laedantur ex separatione nuptiarum, sed ad parentum hereditatem vocentur ex patris substantia indubitanter alendi. Et si quidem pater occasionem separationis praebeat et mater ad secundas non venit nuptias, apud matrem nutriantur expensas patre praebente; si vero per causam matris ostenditur solutum matrimonium, tunc apud patrem et maneant filii et alantur. Si autem contigerit patrem quidem minus idoneum esse matrem vero locupletem, apud eam pauperes filios manere et ab ea nutriri iubemus. Quemadmodum enim filii locupletes coguntur matrem egentem alere, ita iustum decernimus et a matre locuplete filios pasci. Quod autem de alenda matre et filiis definivimus indigentibus, hoc quoque in omnibus ascendentibus descendentibusque personis utriusque naturae valere praecipimus.

c. VII fuit in B 31, 6, 13 *secundum Tipucitum et indicem Reginae, principium et finem* (*v.* 17—23. 35—38) *servat* B^s *Γ* 8, 5. 6 *p.* 164 *Zach. — Summas habent Appendix Eclogae* 2 (*Zachariae Ἀνέκδ. p.* 186) *et Anonymus Bodleianus ib.* 215, *summaria Epitome* 24, 46 *extr.* 49, 10 *extr.*

casibus qui praesenti lege non continentur suam vim habeat. Constantini vero piae memoriae legem ad Gregorium scriptam, et interpretationem de ea factam a Marciano piae memoriae, per quas mulierum coniugia, quae Constantini lex abiecta vocavit, cum viris quibusdam dignitatibus decoratis prohibentur, nullo plane modo valere patimur, sed facultatem damus volentibus, etiamsi quibuslibet magnis dignitatibus decorentur, eiusmodi mulieres cum dotalibus instrumentis sibi copulandi. Ceteri autem praeter eos qui magnis dignitatibus decorati sunt facultatem habeant eiusmodi mulieres ducendi, sive in scriptis voluerint sive sola nuptiali affectione, dummodo sint liberae et cum quibus liceat nuptias celebrare.

VII. *Sed illud quoque definire visum est nobis, ut si quando matrimonium inter virum et uxorem solvi contigerit, liberi ex eiusmodi matrimonio procreati nullo modo ex dissolutione matrimonii iniuria afficiantur, sed ad parentum hereditatem vocentur ex patris substantia sine dubitatione alendi. Et si quidem pater causam divortii praebuit et mater ad secundas nuptias non venit, apud matrem alantur patre sumptus praebente; sin autem culpa matris matrimonium solutum esse probatur, tunc apud patrem liberi et habitent et alantur. Quodsi forte pater inops, mater autem locuples sit, apud eam inopes liberos manere ab eaque ali praecipimus. Quemadmodum enim liberi locupletes matrem egentem alere coguntur, ita par esse iudicamus etiam a matre locuplete liberos ali. Quod autem de alenda matre liberisque egentibus definivimus, hoc quidem etiam in omnibus ascendentibus et descendentibus personis utriusque sexus valere iubemus.*

2 *ἰσχύν om. M* ‖ *κωνσταντινον M* ‖ 3 *νόμον*] *Cod.* 5, 27, 1 ‖ 4 *γινομένην L* ‖ 5 *Μαρκιανοῦ*] *Cod.* 5, 5, 7 ‖ 6 *δι᾽ ὧν*] *δι᾽ οὗ Bς* ‖ 8 *κωλύοντες* L^1 *κωλύοντα* L^2 ‖ 9 *κρατεῖν om. L* ‖ 15 *ἐλεύθεροι* B^{ψ}, B^s *v. l.* ‖ 19 *τοῦ τοιούτου*] *τούτου* (*om. v. l.*) *τοῦ* B^s ‖ 23 *ἀποστρεφόμενοι* M^a ‖ 24 *παρέσχε*] praebeat *ς* ‖ 25 *τρεφέσθωσαν malit Zachariae sine causa* ‖ 30 *πενομένων* L^a ‖ 32 *ἀναγκάζεται L* ‖ 34 *τὰ τέκνα τρέφεσθαι L* ‖ 35 *περὶ τοὺς παῖδας καὶ τὴν μητέρα τρέφεσθαι L* ‖ *τὴν μητέρα*] *τὸν πατέρα* B^s

1 tenentur *RT* ‖ habent *T* ‖ 2 constantino T^1 ‖ piae] diuinae *T* ‖ 3 super ea *vulg.* ‖ 13 scripta *R* ‖ tam *R* ‖ 14 liceat *T vulg.* ‖ 17 *rubr.* De liberis ex eo matrimonio natis quod repudio dissolutum est (est et *R*) quemadmodum alantur *RT marg.* (*ex Iul.*) ‖ ut *om. T* ‖ 19 matrimonio *add. Osenbrüggen* (nuptiis *Beck*) ‖ 21 perantum R^1, parentum *om. T* ‖ 23 *leg.* praebuit? ‖ ad] et ad *V* ‖ uenerit *T vulg.* ‖ 24 nutriendis *V* ‖ expensa V^1 ‖ 25 si uero] siue T^1, uero *in ras. habet* V^2 ‖ matris V^2 *in ras.* ‖ ostenditur *V*] ostendatur *RT vulg.* ‖ 26 patri R^a matrem T^a, patrem *in ras.* V^2 ‖ et maneant] et *om.* T^1 ‖ 28 vero *om.* R^1T^1 ‖ locupletiorem T^1 ‖ 29 eam *vulg.*] quam *liberi* ‖ ab ea *om.* T^1 ‖ 30 locupletiores *T* ‖ 32 locupletis R^1 ‖ alentia T^1 ‖ 33 definimus *V* ‖ in] et in *V*

CAPUT VIII.

Ἐπειδὴ δὲ πολλὰς ἐν τοῖς παλαιοῖς καὶ ἡμετέροις εὕρομεν νόμοις αἰτίας ἐξ ὧν εὐχερῶς αἱ τῶν γάμων διαλύσεις γίνονται, τούτου ἕνεκα συνείδομεν ἐκ τούτων περιελεῖν τινας, αἵπερ ἡμῖν ἀνάξιαι πρὸς τὸ διαλύειν γάμους ἐφάνησαν, καὶ ταύτας μόνον ὀνομαστὶ τῷ παρόντι ἐντάξαι νόμῳ, ὑπὲρ ὧν εὐλόγως δύναται εἴτε ἀνὴρ εἴτε γυνὴ ῥεπούδιον πέμπειν. τὰς τοίνυν αἰτίας ἐξ ὧν ὁ ἀνὴρ ῥεπούδιον ἀκινδύνως στέλλειν δύναται καὶ τὴν προῖκα τῆς γυναικὸς ἀποκερδαίνειν, φυλαττομένης τῆς ἐπ᾽ αὐτῇ δεσποτείας τοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ γάμου παισίν, ἢ παίδων οὐκ ὄντων ἀπολαύειν [αὐτὸν] καὶ τῆς δεσποτείας, ταύτας εἶναι διατυποῦμεν.

1 *Εἰ κατὰ τῆς βασιλείας βουλευομένοις τισὶ σύνοιδεν ἡ γυνὴ καὶ τῷ ἰδίῳ ἀνδρὶ μὴ φανερώσει. εἰ δὲ ὁ ἀνὴρ τοῦτο παρὰ τῆς γυναικὸς ἀπαγγελθὲν σιωπήσει, ἐξέστω τῇ γυναικὶ δι᾽ οἱουδήποτε προσώπου τοῦτο προσαγγέλλειν τῇ βασιλείᾳ, ὥστε τὸν ἄνδρα μηδεμίαν ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας ῥεπουδίου εὑρεῖν πρόφασιν.*

2 *Εἰ περὶ μοιχείας ὁ ἀνὴρ νομίσει δύνασθαι τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν ἐλεγχθῆναι, προσήκει τὸν ἄνδρα πρότερον ἐγγράφεσθαι τὴν γυναῖκα ἢ καὶ τὸν μοιχόν, καὶ εἴπερ ἡ τοιαύτη κατηγορία ἀληθὴς ἀποδειχθῇ, τηνικαῦτα ῥεπουδίου πεμπομένου ἔχειν τὸν ἄνδρα πρὸς τῇ πρὸ γάμου δωρεᾷ καὶ τὴν προῖκα, καὶ πρὸς τούτοις, εἰ παῖδας μὴ ἔχοι, τοσοῦτον λαμβάνειν ἐκ τῆς ἄλλης τῆς γυναικὸς περιουσίας ὅσον τῆς προικὸς τὸ τρίτον μέρος εἶναι γινώσκεται, ὥστε τῇ αὐτοῦ δεσποτείᾳ καὶ τὴν προῖκα καὶ τὴν παρ᾽ ἡμῶν ὁρισθεῖσαν ποινὴν προσκυροῦσθαι. εἰ γὰρ παῖδας ἔχοι ἐκ τοῦ αὐτοῦ συνοικεσίου, κελεύομεν καὶ τὴν προῖκα*

Quia vero plurimas in veteribus et nostris invenimus legibus causas ex quibus facile nuptiarum solutiones fiunt, ea causa perspeximus ex his abscidere aliquas, quae nobis indignae ad solvendas nuptias visae sunt, et eas solum nominatim praesenti inserere legi, pro quibus rationabiliter potest sive vir sive mulier repudium mittere. Nunc autem causas ex quibus maritus repudium sine periculo mittere potest et dotem uxoris lucrari (servato in ea dominio ex eodem matrimonio filiis, aut filiis non extantibus frui etiam proprietate) has esse disponimus:

1 Si contra imperium cogitantibus aliquibus conscia est mulier aut etiam suo viro non indicet. Si autem vir hoc a muliere denuntiatum tacuerit, liceat mulieri per quamcumque personam hoc declarare imperio, ut vir nullam ex hac causa repudii inveniat occasionem.

2 Si de adulterio maritus putaverit posse suam uxorem convinci, oportet virum prius inscribere mulierem aut etiam adulterum, et si huiusmodi accusatio verax ostenditur, tunc repudio misso habere virum super ante nuptias donationem etiam dotem, et ad haec, si filios non habet, tantum accipere ex alia uxoris substantia quantum dotis tertia pars esse cognoscitur, ut eius proprietati et dos et a nobis definita poena applicetur. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio, iubemus et dotem secundum

c. VIII. IX exhibent Prochiron 11, 1. 5—18 *et passim interpolata Epanagoge* 21, 5. 6; *B* 28, 7, 1 (*B^s Γ* 4, 1 *p.* 151 *Zach.*) *ubi c.* 8 § 2 *vv.* 24 *ἔχειν τὸν ἄνδρα* — 558, 14 *προσκυροῦσθαι νόμους omissa sunt eorumque loco insertum novellae CXXXIV c.* 10 *κελεύομεν ἐκείνας τὰς ποινὰς — φυλάττεσθαι: unde eadem eodem modo contaminata habentur in L. — Summas praestant Nomoc. XIV tit.* 13, 4 *p.* 613 *Pitra, Ecloga privata aucta* 2, 21. 22 *in.*

§ 1. 2 *summarium ex Theod. repetit* B^Σ.

§ 2 (— 558, 3 *τιμωρεῖσθαι*) *extat in schol. B^s; initium* (— 22 *μοιχὸν*) *ex B habet Nomoc.^{dm} XIV tit.* 1, 32 *et* 11, 1 *coniunctum cum novellae CXXXIV c.* 10, *ubi vid. — Summam* § 2 *exhibet Epitome* 49, 10, *initium respicitur* *Ῥοπ.* 14, 1.

VIII. *Quoniam autem multas in antiquis et nostris legibus causas invenimus, ex quibus facile matrimoniorum dissolutiones fiunt, propterea placuit nobis ex earum numero quasdam auferre, quae nobis indignae visae sunt ad matrimonia solvenda, atque eas solas nominatim praesenti legi inserere, propter quas iure sive vir sive mulier repudium mittere possit. Causas igitur ex quibus maritus sine periculo repudium mittere potest et dotem mulieris lucrari, ita ut dominium eius liberis ex eodem matrimonio natis servetur, aut liberis non extantibus etiam dominio frui, hasce esse constituimus.*

1 *Si contra imperatorem molientibus aliquid quibusdam conscia fuerit mulier neque id marito suo indicaverit. Quodsi maritus hoc a muliere sibi nuntiatum reticuerit, liceat mulieri per qualemcumque personam hoc ad imperatorem referre, ut maritus nullum ex hac causa repudii praetextum inveniat.*

2 *Si adulterii maritus uxorem suam convinci posse existimaverit, convenit maritum prius libellum dare de muliere vel etiam de adultero, et siquidem eiusmodi accusatio vera esse probata sit, tum repudio misso maritus praeter donationem ante nuptias dotem quoque habeat, ac praeterea, si liberos non habeat, tantum ex reliquis bonis mulieris accipiat quantum dotis tertia pars esse intellegitur, ut dominio eius et dos et poena a nobis definita addicatur. Si enim liberos ex eodem coniugio habeat, iubemus et dotem secun-*

1 *Ἐπειδὴ — 7 πέμπειν om. B^s* ‖ *δὲ om. Pr. Ep. B* ‖ *καὶ ἡμετέροις om. Pr.* ‖ 2 *νόμοις εὕρομεν Pr.* ‖ 4 *ἀνάξιοι Pr. Ep. B* ‖ 7 *δύναται — πέμπειν] τοὺς γάμους δίχα ποινῆς ἔξεστι διαλύειν Pr.* ‖ *ῥεπούδιον M] διαζύγιον LB* (*et sic infra constanter*) *διάλυσιν Ep.* ‖ *πέμπειν —* 8 *ῥεπούδιον om. B^l* ‖ 8 *τοίνυν om. Pr.* ‖ *ῥεπούδιον —* 9 *καὶ] ἀκινδύνως χωριζόμενος Ep. χωριζόμενος Pr.* ‖ 9 *δύναται om. in spat. vac. 2 litt. B^l* ‖ *ἀποκερδαίνειν] δύναται add. Pr. Ep., κατὰ χρῆσιν add. B^s v. l.* ‖ 12 *αὐτὸν] αὐτοὺς Pr., om. ϛ. Seclusi; cf.* 559, 4 ‖ 14 §§ 1—6 *numeros α′—ϛ′ adponit B^l in marg., πρῶτον — ἕκτον inserit Ep.* (*addens septimam causam ex nov. XXII c.* 15 § 2 *petitam*) ‖ *βουλομένοις Ep. κελεύομεν? L^1* ‖ 15 *καὶ]* aut etiam (*i. e. ἢ καὶ*) *ϛ* ‖ *φανερώσῃ Pr. Ep.* ‖ 16 *παρὰ τῆς γυναικὸς τοῦτο B^s* ‖ *προσαγγελθὲν Pr. Ep.* ‖ *σιωπήσοι L^a σιωπήσῃ Pr. Ep.* ‖ 19 *ῥεπουδίου] λύσεως γάμου Pr. Ep.* ‖ 20 *ὁ ἀνὴρ δυνηθῇ ἐλέγξαι τὴν γυναῖκα reliqua parte § 2 omissa B^s* ‖ *νομίσει schol. B^s] νομίσοι libri* ‖ 21 *αὐτοῦ Nomoc.^{dm}* 1, 32 ‖ 22 *τὴν γυναῖκα — μοιχὸν om. schol. B^s* ‖ *καὶ om. B^l* ‖ 23 *ἡ τοιαύτη — ἀποδειχθῇ* (ostenditur *ϛ*) *M Pr. Ep. schol. B^s ϛ] τὸ τῆς μοιχείας ἔγκλημα φανερῶς ἀποδειχθείη LB* ‖ 24 *χωρισμοῦ γενομένου Pr. Ep.* ‖ 25 *πρὸς om. M^a* ‖ *προγαμιαίᾳ schol. B^s* ‖ 26 *ἔχοι]* habet *ϛ* ‖ 30 *ποινὴν] λόγῳ ποινῆς τρίτην μοῖραν αὐτῷ Ep.*

1 *rubr.* De repudiis a marito mittendis *RT marg.* (*ex Iul.*) ‖ et in nostris *T* ‖ legibus inuenimus *T vulg.* ‖ 2 caus•• V^1 ‖ 3 fiunt] et (*del.* R^2) fuerit *R* ‖ ea causa *in ras.* V^2 ‖ abscidere *ed. pr.*] abscedere RVT^1 abscindere T^2 *vulg.* ‖ 4 quae a nobis digne T^1 ‖ ad soluendas] absoluendas VT^1 ‖ 5 uise *in ras.* V^2 ‖ solas *R* ‖ 7 mulier•• *T* ‖ 9 luctari *V* ‖ 10 aut filiis R^1] aut filiabus R^2VT *vulg.* ‖ 11 proprietatem V^a ‖ esse] esse alia R^1 ‖ 14 §§ 1—6 *numeros I—VI adponunt R^2T^2 in marg.* ‖ conscia est *RT vulg.*] consentiat *V* ‖ 15 suo *om. R* ‖ indidet *V, s. v.* nunciet V^2 ‖ sin *T* ‖ 17 quacumque RV^1 ‖ 18 nulla *VT* ‖ 22 adulterium $R^1V^1T^1$ ‖ accusati V^1 ‖ 23 uera V^2 uerax esse *T vulg.* ‖ 25 si *om.* R^1 ‖ 26 quando T^1 ‖ 27 et a] et *om.* T^1 ‖ 28 aplicetur *T* ‖ 29 iuberemus *V* ‖ etiam *T*

κατὰ τοὺς περὶ τούτου νόμους καὶ τὴν ἄλλην τῆς γυναικὸς περιουσίαν τοῖς παισὶ φυλάττεσθαι, καὶ οὕτως τὸν μοιχὸν νομίμως ἐλεγχόμενον ἅμα τῇ γυναικὶ τιμωρεῖσθαι. καὶ εἰ μὲν ἔχοι ὁ μοιχὸς γυναῖκα, λαμβάνειν αὐτὴν τήν τε ἰδίαν προῖκα καὶ τὴν διὰ τοὺς γάμους δωρεάν, ὥστε εἰ παῖδας ἔχοιεν, μόνης τὴν γυναῖκα τῆς χρήσεως ἀπολαύειν τῆς δωρεᾶς, τῆς δεσποτείας κατὰ τοὺς νόμους τοῖς παισὶ φυλαττομένης· τὴν δὲ ἄλλην τοῦ ἀνδρὸς περιουσίαν τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἐξ ἡμετέρας φιλοτιμίας δωρούμεθα. παίδων δὲ μὴ ὑπόντων τῆς μὲν προγαμιαίας δωρεᾶς τὴν δεσποτείαν τῇ γυναικὶ διαφέρειν θεσπίζομεν, τὴν δὲ ἄλλην τοῦ ἀνδρὸς πᾶσαν περιουσίαν τῷ φίσκῳ κατὰ τοὺς παλαιοὺς προσκυροῦσθαι νόμους.

de hoc leges aliamque mulieris substantiam filiis conservari, et ita adulterum legitime convictum una cum uxore puniri. Et si quidem habeat uxorem adulter, accipere eam et dotem propriam et propter nuptias donationem, ut si filios habent, solo usu mulier fruatur donationis proprietate secundum leges filiis servanda; aliam vero mariti substantiam eius filiis ex nostra largitate donamus. Filiis autem non existentibus antenuptialis quidem donationis proprietatem mulieri competere sancimus, aliam vero mariti omnem substantiam fisco secundum antiquas applicamus leges.

3 *Ἐὰν οἱφδήποτε τρόπῳ ἡ γυνὴ τῇ ζωῇ τοῦ ἀνδρὸς ἐπιβουλεύσῃ, ἢ ἄλλοις τοῦτο ποιοῦσι συνειδυῖα τῷ ἀνδρὶ μὴ φανερώσῃ.*

3 Si quolibet modo mulier vitae viri fuerit insidiata, aut aliis hoc facientibus conscia viro non indicaverit.

4 *Ἐὰν ἀνδράσι μὴ βουλομένου τοῦ ἀνδρὸς ἐξωτικοῖς συμποσιάζῃ ἢ συλλούηται.*

4 Si cum viris nolente marito extraneis convivit aut cum eis lavatur.

5 *Ἐὰν μὴ βουλομένου τοῦ ἀνδρὸς ἔξω τοῦ οἴκου μείνῃ, εἰ μήτοιγε τυχὸν παρὰ τοῖς ἰδίοις γονεῦσιν.*

5 Si nolente viro foris domum manserit, nisi forsan apud proprios parentes.

6 *Ἐὰν ἱππικοῖς ἢ θεάτροις ἢ κυνηγίοις παραγίνηται ἐπὶ τῷ θεωρῆσαι ἀγνοοῦντος ἢ καὶ κωλύοντος τοῦ ἀνδρός.*

6 Si circensibus aut theatris aut amphitheatris interfuerit ad spectandum ignorante aut prohibente viro.

7 *Εἰ μέντοιγε συμβῇ τινα δίχα μιᾶς τῶν προειρημένων αἰτιῶν τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν τοῦ ἰδίου οἴκου ἐξωθήσασθαι, ὥστε ἐκείνην μὴ ἔχουσαν γονεῖς πρὸς οὓς δύναται μεῖναι ἐξ ἀνάγκης ἔξω τὴν νύκτα διάγειν, κελεύομεν μηδεμίαν εἶναι τῷ ἀνδρὶ ἄδειαν διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ῥεπούδιον πέμπειν τῇ γυναικί, διότιπερ αὐτὸς τούτου αἴτιος γίνεται.*

7 Si ergo contigerit aliquem citra unam praedictarum causarum suam uxorem domo propria expellere, ut illa non habens parentes apud quos possit manere ex necessitate foris habitet nocte, iubemus nullam esse marito licentiam propter hanc causam repudium mittere uxori, eo quod ipse huius rei auctor exsistit.

CAPUT IX.

Τὰς δὲ αἰτίας, ὑπὲρ ὧν εὐλόγως δύναται τῷ ἀνδρὶ παρὰ τῆς γυναικὸς πέμπεσθαι ῥεπούδιον καὶ ἐξ

Causas autem pro quibus rationabiliter potest viro a muliere mitti repudium ⟨et⟩ ex quibus potest

§ 4 *argumentum notat Nomoc. XIV tit.* 9, 31 *p.* 570 *Pitra, exscripsit ex B Nomoc.*^{m} *ib.*

dum leges hac de re latas et reliqua mulieris bona liberis conservari, atque ita adulterum legitime convictum una cum muliere puniri. Et si quidem adulter uxorem habeat, ea tam dotem suam quam donationem propter nuptias accipiat, ita ut si liberos habeant, solo mulier usufructu donationis fruatur, cum dominium secundum leges liberis servetur; reliquam vero mariti substantiam liberis eius ex liberalitate nostra donamus. Sin autem liberi non praesto sint, sancimus ut antenuptialis quidem donationis dominium mulieri competat, reliqua vero mariti substantia omnis fisco secundum veteres leges addicatur.
3 *Si qualicumque modo mulier vitae mariti insidiata sit, vel aliis hoc facientibus conscia id marito non indicaverit.*
4 *Si cum extraneis viris nolente marito convivetur vel cum iis lavetur.*
5 *Si nolente marito extra domum manserit, nisi forte apud parentes suos.*
6 *Si in circensibus vel theatris vel in arena spectandi causa intersit ignorante vel prohibente marito.*
7 *Si quem vero contigerit praeter aliquam ex praedictis causis uxorem suam propria domo expellere, ut illa non habens parentes apud quos manere possit ex necessitate foris noctem transigat, iubemus nullam esse viro potestatem propter hanc causam repudium mittendi uxori, propterea quod ipse eius rei auctor extitit.*
IX. *Causae vero, propter quas iure potest marito ab uxore mitti repudium et ex quibus ipsa et*

1 *sq. κατὰ — νόμους om., ante τοῖς παισὶ add. κατὰ τοὺς ἔμπροσθεν ὡρισμένους (ὡρισμένους om. Ep.) νόμους Pr. Ep.* ‖ 3 *νομίμως] ὁμοίως Pr. v. l.* | 4 *ἔχει Ep.* ‖ 5 *τε om. Pr. Ep.* ‖ *καὶ τὴν πρὸ γάμου ἤτοι διὰ τοὺς γάμους Ep.* | 9 *ἐξ ἡμετέρας φιλοτιμίας om. Pr.* | 11 *τῆς μὲν] τὴν μὲν τῆς Pr.* codd. *plerique* ‖ *τὴν om. Pr.* ‖ 13 *περιουσίαν πᾶσαν Ep.* | 15 *Ἐὰν] ἐν L* | *τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς* B^l ‖ 17 *φανερώσει* M^a, B^a *v. l.* ‖ 18 *ἀνδράσι] ἀνδράσιν ἡ γυνὴ Nom.*^{m} | 19 *συμποσιάζῃ ἢ συλλούεται* B^l *Nom.*^{m} convivit aut lavatur *ς* ‖ 21 *μένῃ* M^a | *εἰ μή τι γε LB* ‖ *τυχοῦσα Pr.* codd. *plerique* | *ἰδίοις om.* B^l | 22 *ἢ θεάτροις] ἢ om.* B^l ‖ *παραγενήσηται Pr. παραβάλῃ Ep.* ‖ 23 *τῷ] τὸ Ep.* | *καὶ om. Pr. Ep. ς* ‖ 25 *Εἰ μέντοιγε] ἐὰν δὲ Pr. Ep.* | *μιᾶς] τινὸς Ep.* | 26 *ἰδίου] οἰκείου* B^a ‖ 27 *ἐξωθεῖσθαι L ἐξωθῆσαι Pr. v. l., Ep.* | *ἐκείνων* L^1 | *ἐκείνη μὴ ἔχουσα Pr. plerique, Ep.* | 28 *μένειν Pr. Ep.* ‖ *ἐξ ἀνάγκης om. Ep.* | 30 *ῥεπούδιον — γυναικί] χωρισθῆναι τῆς γυναικός Pr. Ep.* | 31 *γίνεται] κατέστη Ep.* | 32 *Τὰς δὲ αἰτίας — ῥεπούδιον] Τὰς αἰτίας δι' ὧν εὐλόγως δύναται ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς χωρισθῆναι Pr. Ep.* | 33 *παρὰ] περὶ* B^l

1 de ho V^1, de *om.* T | filiis] uiris filiis T^a | conseruare T^a | 2 adulterium R^1 | coniunctum R^1 | 5 ut *Beck*] et *libri* | si *om.* R^1 | habuerit T habeant *al.* | 6 fruatur mulier R | 7 eis VT^1 | 8 ex] extra R^1 | 9 quidem donationes V^a donationis quidem R | 10 omnem mariti T | 11 antiquam adplicamus legem T | 15 uiro R^1V^1 | 17 iuditiauerit R^1 | 18 marito et extraneis V | convivit] coiuit iuncta T^1 | aut cum eis lauatur *in ras.* V^2 aut (ut T^1) cum eis lauetur T aut lauatur cum eis R | 21 apud] ad T | 22 aut anphiteatris T aut amphitheatris R, *om.* V | interfuit RV | 25 si ergo] signo V^1 | contigere T^1 | circa T^1 | 26 uxorem suam R | 27 aut R^1 et T | apud] ad R^1V | posset T | 29 marito nullam esse T | 31 existit V] existat RT *vulg.* | 32 *rubr.* De repudiis ab uxore mittendis RT *mg.* (*ex Iul.*) | pro *om.* R^1 | 33 repudium mitti T, mitti *om.* R | et *add. Beck*

ὧν δύναται τήν τε προῖκα λαμβάνειν καὶ τὴν διὰ τοὺς γάμους ἀπαιτεῖν δωρεάν, ὁμοίως τοῖς παισὶ φυλαχθησομένης τῆς ἐπὶ τῇ δωρεᾷ δεσποτείας, ἢ παίδων μὴ ὑπόντων ἔχειν καὶ τὴν ταύτης δεσποτείαν, ταύτας εἶναι μόνας διατυποῦμεν.

1 Ἐὰν κατὰ τῆς βασιλείας ἢ αὐτὸς βουλεύσηταί τι ἢ τοῦτό τισι βουλευομένοις συνειδὼς μὴ φανερώσῃ τῇ βασιλείᾳ ἢ δι' ἑαυτοῦ ἢ δι' οἱουδήποτε προσώπου.

2 Ἢ ἐὰν οἱῳδήποτε τρόπῳ ὁ ἀνὴρ ἐπιβουλεύσῃ τῇ ζωῇ τῆς γυναικός, ἢ ἄλλων τοῦτο βουλομένων εἰδὼς μὴ φανερώσῃ τῇ γυναικὶ καὶ σπουδάσῃ κατὰ τοὺς νόμους ἐκδικῆσαι.

3 Ἐὰν ὁ ἀνὴρ τῇ τῆς γυναικὸς σωφροσύνῃ ἐπιβουλεύων ἄλλοις ταύτην εἰς τὸ μοιχευθῆναι ἐπιχειρήσῃ προδοῦναι.

4 Ἢ ἐὰν ὁ ἀνὴρ περὶ μοιχείας ἐγγράψηται τὴν γυναῖκα καὶ τὴν μοιχείαν μὴ ἀποδείξῃ, ἐξεῖναι τῇ γυναικὶ βουλομένῃ καὶ ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας ῥεπούδιον πέμπειν τῷ ἀνδρί, καὶ ἀπολαμβάνειν μὲν τὴν ἰδίαν προῖκα, κομίζεσθαι δὲ καὶ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, καὶ ὑπὲρ τῆς τοιαύτης συκοφαντίας, εἰ παῖδας μὴ ἔχοι ἐκ τοῦ αὐτοῦ συνοικεσίου, τοσοῦτον κατὰ δεσποτείαν λαμβάνειν τὴν γυναῖκα ἐκ τῆς ἄλλης τοῦ ἀνδρὸς περιουσίας ὅσον τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς τὸ τρίτον μέρος εἶναι γινώσκεται. εἰ γὰρ παῖδας ἔχοι, κελεύομεν πᾶσαν τὴν τοῦ ἀνδρὸς περιουσίαν τοῖς παισὶ φυλάττεσθαι, βεβαίων μενόντων τῶν περὶ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς τοῖς ἄλλοις περιεχομένων νόμοις, οὕτω μέντοιγε ὥστε καὶ διὰ τὴν ἐπαχθεῖσαν τῆς μοιχείας κατηγορίαν καὶ μὴ ἀποδειχθεῖσαν κἀκείναις τὸν ἄνδρα ταῖς τιμωρίαις ὑποβληθῆναι, ἃς ἔμελλεν ὑπομένειν ἡ γυνή, εἴπερ [ἂν] ἡ τοιαύτη ἀπεδείχθη κατηγορία.

5 Ἐὰν ὁ ἀνὴρ ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ, καθ' ὃν μετὰ τῆς αὑτοῦ γυναικὸς συνοικεῖ, περιφρονῶν αὐτῆς μεθ' ἑτέρας εὑρίσκηται [ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ] μένων, ἢ κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν διάγων ἐν ἑτέρῳ οἴκῳ μετὰ ἄλλης γυ-

et dotem accipere et propter nuptias donationem exigere (similiter filiis servanda donationis proprietate, aut filiis non extantibus habere etiam huius dominium) has esse solas disponimus:

1 Si contra imperium aut ipse cogitaverit aliquid aut cogitantibus conscius non indicaverit imperio aut per se aut per quamcumque personam.

2 Si quolibet modo vir insidiatus fuerit vitae mulieris, aut aliis hoc volentibus sciens non manifestaverit uxori et studuerit secundum leges ulcisci.

3 Si maritus uxoris castitati insidiatus aliis eam adulterandam temptaverit tradere.

4 Si vir de adulterio inscripserit uxorem et adulterium non probaverit, licere mulieri volenti etiam pro hac causa repudium destinare viro, et recipere quidem propriam dotem, lucrari autem et antenuptialem donationem, et pro huiusmodi calumnia, si filios non habuerit ex eodem matrimonio, tantum secundum proprietatem accipere mulierem ex alia viri substantia quantum antenuptialis donationis tertia pars esse cognoscitur. Si autem filios habuerit, iubemus omnem viri substantiam filiis conservari, firmis manentibus quae de antenuptiali donatione aliis legibus continentur, ita tamen ut etiam propter illatam adulterii accusationem et non probatam illis quoque maritus subdatur suppliciis, quae esset passura mulier, si huiusmodi fuisset accusatio comprobata.

5 Si quis in sua domo, in qua cum sua coniuge commanet, contemnens eam cum aliis inveniatur in ea domo manens, aut in eadem civitate degens in alia domo cum alia muliere frequenter manere con-

dotem capere et donationem propter nuptias exigere potest, ita ut pariter liberis dominium donationis servetur, vel liberis non extantibus etiam dominium illius habere, hasce esse solas constituimus.

1 *Si quid contra imperatorem vel ipse molitus sit vel aliis id molientibus conscius non indicaverit imperatori aut per se aut per qualemcumque personam.*

2 *Aut si quocumque modo maritus vitae uxoris insidiatus sit, aut aliis hoc volentibus conscius uxori non indicaverit nec secundum leges vindicare studuerit.*

3 *Si maritus castitati uxoris insidiatus aliis eam in adulterium prodere temptaverit.*

4 *Aut si maritus adulterii de uxore libellum dederit neque adulterium probaverit, liceat mulieri, si velit, propter hanc quoque causam repudium mittere marito, atque tam dotem suam recipere quam donationem ante nuptias auferre; et propter eiusmodi calumniam, si liberos non habeat ex eodem matrimonio, tantum iure dominii mulier ex reliqua mariti substantia accipiat quantum donationis ante nuptias tertia pars esse intellegitur. Si enim liberos habeat, iubemus omnem mariti substantiam liberis conservari, atque firma maneant quae de donatione ante nuptias ceteris legibus continentur, ita tamen ut etiam propter delatam nec vero probatam adulterii accusationem illis quoque poenis maritus subiciatur, quas mulier passura erat, siquidem talis accusatio probata esset.*

5 *Si maritus in eadem domo, in qua cum uxore sua habitat, illa contempta cum alia [in eadem domo] inveniatur manens, vel in eadem civitate degens in alia domo cum alia muliere assidue manere convin-*

1 τήν τε] καὶ τὴν *Bf* ‖ 4 ὄντων *Pr. Ep.* ‖ ἔχειν] ἔχειν αὐτὴν *B* ‖ αὐτῆς *Pr. v. l., Ep.* ‖ 5 μόνας *om. Pr. Ep.* ‖ 6 §§ 1—5 *numeros* α'—ε' *adponit L in marg.*, πρῶτον — πέμπτον *inserit Ep.* ‖ ἢ αὐτὸς] ὁ ταύτης ἀνὴρ *Ep.* ‖ βούληται *Pr. Ep.* (βουλεύηται *malit Zachariae sine causa*) ‖ τι *om. B* ‖ 7 τοῦτό τισι *om.* ς ‖ βουλομένοις *L* B^{fl} *Pr. Ep.* ‖ 9 Ἢ *om.* B^s *v. l., Pr. Ep.* ς ‖ ὁ ἀνὴρ τρόπῳ B^l ‖ 10 βουλευομένων *L*B^s (*probat Zachariae*) ‖ 13 Ἐὰν] ἢ ἐὰν *Bf* ‖ τῇ *om. L*B^s, *ante* σωφροσύνῃ *add.* B^s *v. l.* ‖ 14 αὐτὴν *Pr. v. l., Ep.* ‖ ἐπιχειρήσει *L* ‖ 16 Ἢ *om.* B^s *v. l., Pr. Ep.* ς ‖ ἐγγράψηται τὴν γυναῖκα] τῆς ἑαυτοῦ (αὐτοῦ *Pr. unus, Ep.*) γυναικὸς ἐγγράψηται *Pr. Ep.* ‖ 17 καὶ] ἀπελέγξαι, καὶ B^s ‖ ἔξεστι *Ep.* ‖ 18 καὶ — αἰτίας *om. Ep.* ‖ ῥεπούδιον — 19 ἀνδρί] χωρίζεσθαι τοῦ ἀνδρός *Pr. Ep.* ‖ 19 μὲν *om. Ep.* ‖ 21 τῆς *om.* B^s ‖ 22 ἔχοιεν *Pr. unus*, ἔχει *Ep.* ‖ κατὰ δεσποτείαν *om. Pr. Ep.* ‖ 23 τὴν γυναῖκα] αὐτὴν *Pr. Ep.* ‖ περιουσίας τοῦ ἀνδρὸς *Ep.* ‖ 25 εἶναι γινώσκομεν L^a ἐστὶν B^s ‖ ἔχει *Bf Ep.* ‖ 26 περιουσίας *L* ‖ 27 τῶν] τὸν *M*, *om. Bf* ‖ 28 τοῖς *Pr. v. l.*, B^s ς] τῶν τοῖς *MLB*^{fl}, *Pr. v. l.* ‖ 29 ὥστε *om. Ep.* ‖ 30 κατηγορίας M^a ‖ ἐπαχθεῖσαν L^a ‖ 32 ἂν *seclusi* ‖ 33 Ἐὰν] καὶ ἐὰν B^s ‖ ὁ ἀνὴρ] quis ς ‖ ἐν τῷ αὐτοῦ (αὐτοῦ *om. v. l.*) οἴκῳ B^s in sua domo ς ‖ 34 αὐτοῦ *libri, corr. Scrimger* ‖ συνοικῇ *Pr. plerique* ‖ αὐτῇ *Pr.* ‖ μεθ' ἑτέρας] cum aliis ς ‖ 35 εὑρίσκοιτο *Ep.* ‖ ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ *om. Ep., delenda vidit CGEHeimbachius* ‖ μένων] μένειν *M* συνὼν *Ep.* ‖ ἢ] ἢ καὶ *Pr. Ep.* ‖ 36 διάγειν *L* ‖ μετὰ τῆς ἄλλης *L*

2 filiis] suis *add.* R^2 *in mg.* ‖ seruandam donationis proprietatem *R* ‖ 3 existentibus *R* ‖ huius] huiusmodi *R* ‖ 4 solas esse *T* ‖ 6 §§ 1—5 *numeros I—V adscr.* R^2T^2 *in mg.* ‖ 9 vir] ubi R^1 ‖ 10 nolentibus R^1 ‖ 13 uxores V^a ‖ castitatem T^a constituti R^1 ‖ 14 temptauerit adulterandam (esse *add.* T^a) *T* ‖ 16 alterio *R* adul••• V^1 ‖ 17 luceri R^1 ‖ etiam] etiam eam *T* ‖ 21 ex] et ex *VT* ‖ tñ *RT* ‖ 24 esse] est *R* ‖ iubemus *om.* R^1 ‖ 25 conseruare *RVT, corr. vulg.* ‖ firmis *om.* R^1 ‖ 26 de *om. T* ‖ 27 continetur *T* ‖ tm̃ *R* ‖ 28 adulteri *R* ‖ et non probatam *om.* R^1 ‖ illius T^1 ‖ 30 approbata *R* ‖ 33 quam V^a ‖ 34 manet *V* ‖ aliis] alia *vulg.* ‖ 35 ea] eo *V*

ναικὸς συνεχῶς μένων ἐλέγχηται, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἐγκληθεὶς ἢ διὰ τῶν ἑαυτοῦ γονέων ἢ διὰ τῶν τῆς γυναικὸς ἢ δι' ἑτέρων τινῶν ἀξιοπίστων προσώπων τῆς τοιαύτης ἀσελγείας μὴ ἀπόσχηται, ἐξεῖναι τῇ γυναικὶ καὶ ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας διαλύειν τὸν γάμον, καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν δεδομένην προῖκα καὶ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, καὶ ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ὕβρεως τὸ τρίτον μέρος τῆς διατιμήσεως, ἣν ἡ προγαμιαία ποιεῖ δωρεά, ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ περιουσίας λαμβάνειν, οὕτω μέντοιγε ὥστε, εἰ παῖδας ἔχοι, τῆς χρήσεως μόνης ἀπολαύειν τὴν γυναῖκα τῶν πραγμάτων, ἅπερ ἐκ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς καὶ τῆς πυινῆς τοῦ τρίτου μέρους τῆς τοῦ ἀνδρὸς περιουσίας λάβοι, τῆς δεσποτείας τοῖς κοινοῖς παισὶ φυλαττομένης. εἰ γὰρ παῖδας μὴ ἔχοι ἐκ τοῦ αὐτοῦ συνοικεσίου, ἔχειν αὐτὴν τῶν τοιούτων πραγμάτων καὶ τὴν δεσποτείαν κελεύομεν.

vincitur, et semel et secundo culpatus aut per suos parentes aut per mulieris aut per alias aliquas fide dignas personas huiusmodi luxuria non abstinuerit, licere mulieri pro hac causa solvere matrimonium, et recipere datam dotem et antenuptialem donationem, et pro tali iniuria tertiam partem aestimationis quam antenuptialis facit donatio ex eius substantia percipere, ita tamen ut, si filios habuerit, usu solo mulier potiatur rerum quas ex antenuptiali donatione et poena tertiae portionis mariti substantiae acceperit, dominio communibus filiis conservando. Si autem filios non habuerit ex eodem matrimonio, habere eam talium rerum etiam proprietatem praecipimus.

CAPUT X.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀπὸ συναινέσεώς τινες μέχρι τοῦ παρόντος τοὺς πρὸς ἀλλήλους διέλυον γάμους, τοῦτο τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι οὐδενὶ συγχωροῦμεν τρόπῳ, εἰ μὴ τυχόν τινες σωφροσύνης ἐπιθυμίᾳ τοῦτο ποιήσουσιν. εἰ δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα πρόσωπα παῖδας ἔχοιεν, τοῦτο μὲν τὴν προῖκα τοῦτο δὲ τὴν προγαμιαίαν δωρεὰν τοῖς αὐτῶν φυλάττεσθαι παισὶ διατυποῦμεν. εἰ δέ τις τούτων, ἀνὴρ τυχὸν ἢ γυνή, μετὰ τὸ διὰ σωφροσύνην ἐκ συναινέσεως τὸν γάμον λυθῆναι εὑρεθείη ἄλλους συναλλάττων γάμους ἢ ἀσώτως ζῶν, κελεύομεν, εἰ μὲν (ὡς εἴρηται) παῖδες ὦσιν ἐκ τοῦ εἰρημένου συνοικεσίου, πρὸς τῇ προικὶ καὶ τῇ διὰ τοὺς γάμους δωρεᾷ αὐτοῖς παραδίδοσθαι καὶ τὴν δεσποτείαν τῆς λοιπῆς περιουσίας τοῦ ταῦτα ἐλεγχομένου πλημμελῆσαι προσώπου. εἰ δὲ οἱ παῖδες ἀτελοῦς ὦσιν ἡλικίας, διοικεῖσθαι τούτους καὶ ἀνατρέφεσθαι παρ' ἐκείνου προστάττομεν τοῦ γονέως, ὃς οὐδὲν τῷ παρόντι νόμῳ ἐναντίον ἔπραξεν. εἰ δὲ ἀμφότεροι οἱ γονεῖς τῷ τοιούτῳ περιπέσωσι πταίσματι, τηνικαῦτα τὴν ἑκατέρου τῶν γονέων περιουσίαν τοῖς παισὶ προσκυροῦσθαι, διοικητὴν δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τῆς ἀτελοῦς οὔσιν ἡλικίας προβληθῆναι προνοίᾳ τοῦ ἁρμοδίου ἄρ-

Quia vero et ex consensu aliqui usque ad praesens alterna matrimonia solvebant, hoc de cetero fieri nullo sinimus modo, nisi forte quidam castitatis concupiscentia hoc fecerint. Si autem huiusmodi personae filios habuerint, tam dotem quam antenuptialem donationem eorum filiis conservari disponimus. Si quis autem horum, aut maritus forsan aut uxor, postquam propter castitatem ex consensu solvitur matrimonium, inveniatur alias contrahens nuptias aut luxuriose vivens, iubemus, si quidem, sicut dictum est, filii fuerint ex memorato coniugio, super dotem et propter nuptias donationem eis tradi et proprietatem poenae substantiae illius quae convincitur deliquisse personae. Si vero filii minoris sint aetatis, gubernari eos et pasci ab illo parente praecipimus, qui nihil praesenti legi contrarium egit. Si autem ambo parentes in huiusmodi vitio incidant, tunc utriusque parentis substantiam filiis applicari, dispensatorem autem his qui in minore aetate sunt ordinari providentia competentis iudicis et aliorum

c. X exhibet Epanagoge 21 *schol.* 6; *om. B et L, in quibus eius loco inseruntur Nov. XXII c.* 15 § 3 *et* 16 *pr.* — *Summam habet Anonymus Bodleianus ap. Zachariae Ἀνέκδ. p.* 215; *initium respicit Nomoc. XIV tit.* 13, 4 *p.* 615 *Pitra.*

catur, et semel atque iterum reprehensus vel per suos vel per uxoris parentes, vel per alias aliquas personas fide dignas eiusmodi luxuria non abstinuerit, liceat mulieri propter hanc quoque causam dissolvere matrimonium, et recipere dotem datam et donationem ante nuptias, et pro eiusmodi iniuria tertiam partem aestimationis, quam donatio ante nuptias efficit, ex reliqua illius substantia capere, ita tamen ut si liberos habeat, usufructu solo rerum quas ex donatione ante nuptias et poena tertiae partis substantiae mariti acceperit fruatur, cum dominium communibus liberis conservetur. Si enim liberos non habeat ex eodem matrimonio, eiusmodi rerum eam etiam dominium habere iubemus.

X. *Quoniam autem etiam ex consensu nonnulli usque adhuc matrimonia inter se contracta solvebant, id in posterum fieri nullo modo patimur, nisi qui forte castitatis desiderio id fecerint. Quodsi eiusmodi personae etiam liberos habeant, tam dotem quam donationem ante nuptias liberis eorum custodiri statuimus. Si quis autem ex illis, maritus forte sive uxor, post matrimonium propter castitatem ex consensu solutum alias contrahere nuptias compertus sit vel luxuriose vivere, iubemus, si quidem, uti dictum est, liberi extent ex praedicto coniugio, iis praeter dotem et donationem propter nuptias etiam dominium tradi reliquae substantiae eius personae quae haec commisisse convicta sit. Quodsi liberi imperfectae aetatis sint, praecipimus ut gubernentur et alantur ab illo parente qui nihil huic legi contrarium fecit. Si vero ambo parentes in eiusmodi peccatum inciderint, tum utriusque parentis substantia liberis addicatur, administrator autem iis, dum imperfectae aetatis sunt, designetur cura competentis iudicis, vel etiam*

1 *ἐλέγχηται*] convincitur ς ‖ 2 *τῶν τῆς*] *τῶν om. L* ‖ 3 *προσώπων*] *μαρτύρων Pr. Ep.* ‖ 5 *καὶ om.* ς ‖ 6 *προγαμιαίαν*] *πρὸ γάμου Pr. Ep.* ‖ 7 *τὸ Pr. Ep.*] *om. M LB* ‖ 9 *ἄλλης om.* ς ‖ 10 *μόνης om. L* ‖ 16 *καὶ om. B'* ‖ 18 *συνενέσεως M* ‖ 21 *ποιήσωσιν schol. Ep.* ‖ 22 *καὶ om. schol. Ep.* ς ‖ 25 *ἀνὴρ*] aut maritus (*i. e. ἢ ἀνὴρ*) ς ‖ *τυχὼν M* ‖ 27 *ἄλλως schol. Ep.* ‖ 29 *τὴν διὰ τοὺς γάμους δωρεὰν schol. Ep.* ‖ 31 *τῆς λοιπῆς*] poenae (*i. e. τῆς ποινῆς*) ς ‖ *ταῦτα om.* ς ‖ 38 *τῆς*] *τοῖς M*

1 culpatus] al. pulsatus *R*² *in mg.* ‖ 2 aut per alias] aut per *om. V*, alias *om. R* ‖ 4 per hanc causam *T* ‖ 6 tertia parte *T* ‖ 7 donatio facit *R* ‖ 8 tm̄ *R* ‖ si filios ut *V*¹ ut filios *T*¹ ‖ 9 antenuptialis *T*¹ ‖ 10 tertia *VT*¹ ‖ acciperit *V* ‖ 11 domino *R* ‖ filiis] liberis *T* ‖ conseruanda *V* ‖ 13 rerum] filiorum *R* ‖ praecimus *V* ‖ 18 *rubr.* Ne liceat (Non licet *T*) matrimonium soluere nisi ex causa probabili *RT in mg.* (*ex Iul.*) ‖ et *om. V*¹*T* ‖ 20 fieri] hoc fieri *T*¹ ‖ quidem *RVT*¹ ‖ 21 fecerit. sin *T* ‖ 22 habuerit *V* ‖ 26 soluerit *R*²*V*² *vulg.* ‖ contrahere *T* ‖ 27 si quidem *om T*¹ ‖ 28 sicuti *R vulg.* ‖ 29 et] etiam *T*² ‖ 30 pene *libri*, plenae *Beck* (*cf. ad Graecum textum*) ‖ substantiae] ex substantia *V* ‖ 31 persona *libri*, *corr. vulg.* ‖ 32 praecipimus parente *R* ‖ 33 praesente lege *V*, legi *om. R*¹ ‖ 34 vitium *vulg.* ‖ 35 utrisque *T*¹ ‖ substantiam (substantia *T*²) parentis *T* ‖ 36 in *om. R*¹ ‖ minori *V* ‖ sunt] constituti *add. R*² ‖ 37 ordinati prouintia *T*¹

χοντος, ἢ καὶ τῶν ἄλλων οἷς ταῦτα παρὰ τῶν ἡμετέρων ἐπιτέτραπται νόμων. εἰ δὲ παῖδες μὴ ὦσι, τὴν τοῦ ἑκατέρου προσώπου περιουσίαν τοῖς δημοσίοις λογισμοῖς προσκυροῦσθαι, καὶ τοὺς ταῦτα πλημμελήσαντας νομίμοις ὑποβάλλεσθαι τιμωρίαις. ἄλλως γὰρ διάζευξιν γάμων γίνεσθαι ἐκ συναινέσεως οὐδενὶ λόγῳ συγχωροῦμεν.

quibus haec ex nostris legibus sunt commissa. Si autem filii non sint, utriusque personae substantiam fisci rationibus applicari, et eos qui talia delinquerunt legitimis subdi suppliciis. Aliter enim separationem matrimoniorum fieri ex consensu nulla ratione permittimus.

CAPUT XI.

2 *ἐπὶ δὲ τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν μετὰ τοῦ πλείονος μέρους τῶν ἐκεῖσε λειτουργούντων μοναχῶν τὸ συνάλλαγμα ποιεῖσθαι. Καὶ ἐπὶ τῶν εἰρημένων δὲ πάντων κελεύομεν ἐγγράφεσθαι τῷ συμβολαίῳ μεθ' ὅρκου, ὡς οὐ πρὸς βλάβην ἢ περιγραφὴν τῶν αὐτῶν εὐαγῶν οἴκων τὸ πρᾶγμα πράττεται. καὶ ταύτης δὲ τῆς παραφυλακῆς οὕτω προϊούσης κουφισμὸν μὴ πλείονα γίνεσθαι τοῦ ἕκτου μέρους τῆς προσόδου ἣν ἔχει τὸ εἰς ἐμφύτευσιν διδόμενον πρᾶγμα. Ὅσα δὲ περὶ τῶν καταπεπτωκότων οἴκων τῶν προσηκόντων τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις τοῖς ἐν τῇ βασιλίδι πόλει κειμένοις ἀνωτέρω διετυπώσαμεν, ταῦτα καὶ ἐπὶ τούτων τῶν εὐαγῶν οἴκων κρατεῖν παρακελευόμεθα. καὶ τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν εὐαγῶν οἴκων διατυπῶσαι συνείδομεν, ὥστε εἴ τινες ἐξ αὐτῶν εἴτε ὑπὲρ δημοσίων συντελειῶν εἴτε ὑπὲρ ἄλλης ἀναγκαίας αἰτίας τοῦ αὐτοῦ οἴκου χρέεσιν ἔνοχοι γένωνται, καὶ οὐκ ἔστι δυνατὸν ἐκ πραγμάτων κινητῶν τὰ αὐτὰ διαλυθῆναι χρέα, κατὰ πρώτην μὲν τάξιν εἰς ἰδικὸν ἐνέχυρον δίδοσθαι ἀκίνητον πρᾶγμα τῷ δανειστῇ, ἵνα τοὺς τούτου καρποὺς ἀναλεγόμενος καταλογίζηται ἑαυτῷ τὰ μὲν εἰς αὐτὰ τὰ δανεισθέντα χρήματα, τὰ δὲ εἰς τόκους οὐ πλείονας τοῦ τετάρτου μέρους τῆς ἑκατοστῆς. εἰ δὲ μὴ δυνηθῶσι τούτῳ τῷ τρόπῳ διαλῦσαι τὸ χρέος, κελεύομεν τοὺς μὲν ὑπὸ τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν χειροτονουμένους, εἴτε μητροπολῖται εἴτε ἄλλοι ἐπίσκοποι ὦσιν εἴτε ἀρχιμανδρῖται εἴτε ὀρφανοτρόφοι ἢ πτωχοτρόφοι ἢ ξενοδόχοι ἢ νοσοκόμοι ἢ*

praepositum ipsius contractum fieri, iurantibus ordinatoribus earundem venerabilium domorum praesentia deo amabilis episcopi a quo praeponuntur aut ordinantur, quod nihil ad laesionem aut praescriptionem ipsarum venerabilium domorum de huiusmodi contractu efficitur.

2 In venerabilibus vero monasteriis primates eorum cum ampliore [et maiore] parte ibidem deservientium monachorum contractum efficiant. Praedictis vero omnibus iubemus inscribi instrumentum cum iureiurando, quod non ad laesionem aut praescriptionem earundem res agitur. Hac vero observatione huiusmodi procedente relevationem non amplius fieri sexta parte reditus, quem habet res quae in emphyteosin datur. Quaecumque vero de lapsis domibus competentibus venerabilibus domibus quae in regia sunt positae civitate superius disposuimus, haec in his venerabilibus domibus valere praecipimus. Haec etiam super ipsis venerabilibus domibus definire praevidimus, ut si quaedam ex eis sive pro publicis collationibus sive pro alia necessaria causa eiusdem domus debitis obnoxiae fiant, et non est possibile de rebus mobilibus eadem persolvi debita, primo quidem ordine in speciali pignore dari immobilem rem creditori, ut eius fructus colligens reputet sibi tam in ipsis debitis mutuis pecuniis quam in usuris non amplius quarta parte centesimae. Si vero noluerit isto modo transigere debitum, iubemus eos quidem qui a sanctissimo patriarcha ordinantur, sive metropolitae sive alii episcopi sint sive archimandritae sive orphanotrophi aut ptochotrophi aut xenodochi aut nosocomi aut aliarum venerabilium domo-

v. 22 εἰ δὲ καὶ ὑπὲρ δημοσίων συντελειῶν — 29 τῆς ἑκατοστῆς passim mutata extant in Coll. 87 cap. 15, sequentium summa (— 584, 33 προτιμηθῇ) ib. 14 (inde app. Nomoc. cap. eccl. 13 et 12).

qui iis praeest contractum faciat, iurantibus earundem venerabilium domuum administratoribus praesente deo carissimo episcopo, a quo designantur vel creantur, nihil in fraudem vel ad circumscriptionem earundem venerabilium domuum in tali contractu fieri. 2 *In venerabilibus autem monasteriis abbates eorum cum maiore parte monachorum qui ibi ministeria obeunt contractus faciant. Atque in supra dictis omnibus iubemus inscribi instrumento cum iureiurando, non in fraudem vel ad circumscriptionem earundem venerabilium domuum agi negotium. Hac vero observatione ita procedente relevatio non ultra sextam partem reditus fiat quem habet res in emphyteusin data. Quae autem de aedificiis dirutis, quae ad venerabiles domos in regia civitate sitas pertinent, supra constituimus, ea in his quoque venerabilibus domibus valere praecipimus. Hoc quoque de iisdem venerabilibus domibus constituere nobis visum est, ut si quae ex iis vel propter publica tributa vel propter aliam necessariam causam eiusdem domus debitis obnoxiae fiant, nec possint eadem debita ex rebus mobilibus solvi, tum primo quidem ordine in speciale pignus res immobilis detur creditori, ut fructus eius colligens sibi imputet partim in ipsam pecuniam creditam partim in usuras quarta parte centesimae non maiores. Quodsi hoc modo solvere debitum nequeant, iubemus eos quidem qui a sanctissimis patriarchis creantur, sive metropolitani sive alii episcopi sint sive archimandritae sive orphanotrophi vel ptochotrophi vel xenodochi vel nosocomi vel aliarum venerabilium domuum*

1 *εἴη C ς*] *om. MLB* (*post οἶκος add. cum Haloandro vulg.*) ‖ *τῶν προεστώτων malit Zachariae non recte* ‖ 3 *παρουσίᾳ*] *ἐπὶ παρουσίᾳ cum Haloandro vulg.* (sub praesentia *Iul.*) ‖ 4 *οὐδὲ C plerique* ‖ 5 *ἢ πρὸς περιγραφὴν L* ‖ 11 *τῶν συμβολαίων C* ‖ *ἢ*] *καὶ* B^{s} ‖ 12 *περιγραφὴν*] *πρὸς περιγραφὴν L* ‖ *αὐτῶν om. L* ‖ *εὐαγῶν om. C plerique, εὐαγῶν οἴκων om. ς* ‖ 13 *οὕτω*] huiusmodi *ς* ‖ 14 *μὴ*] *καὶ C v. l.* ‖ 15 *ἣν*] *ἧς Coll. 87 cap.* ‖ 18 *πόλει om. C* ‖ 19 *καὶ om. ς* ‖ *τούτων C ς Iul.*] *om. MLB* ‖ *οἴκων om.* B^{s} ‖ *παρεκελευσάμεθα* B^{c} ‖ 20 *τοῦτο*] haec *ς* ‖ *αὐτῶν C ς* (*cf. Iul.*)] *om. MLB* ‖ 22 *τελειῶν* B^{c} ‖ 24 *καὶ om. L* ‖ *τὰ αὐτὰ*] *ταῦτα C, om.* B^{s} ‖ 25 *χρέα*] *τὰ χρέα C*B^{s} ‖ *μὲν om. C* ‖ *εἰς*] *ὡς L* ‖ 29 *οὐ*] *μὴ Coll. 87 cap.; om. C v. l.* ‖ 30 *μὴ δυνηθῶσι*] noluerit *ς* ‖ 31 *μὲν om. C* ‖ *ὑπὸ τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν*] *πατριαρχῶν om. L*, a sanctissimo patriarcha *ς* ‖ 33 *ἄλλοι C ς Iul.*] *om. MLB*

1 fieri contractum *R* ‖ ordinatoribus] et ordinatoribus *V* ‖ 2 praesentia] sub praesentia $R^{2}V^{2}T^{2}$ in praesentia *vulg.* ‖ 3 amabili *V* ‖ episcopo V^{1} ‖ 5 venerabilium *cet.*] |lium — 7 monasteriis prima| *scr.* R^{2} *in ras.* 1 *vs.* de *del.* T^{2} ‖ 6 contractum T^{1} contractus T^{2} contra V^{1} ‖ afficitur T^{1} ‖ 7 vero monasteriis] domonasteriis T^{1} ‖ primarius RT^{1} ‖ 8 ampliori maiori *T*; et maiore *seclusi* ‖ seruientium *V* ‖ 9 effitiat RVT^{1} ‖ Praedictis] In praedictis *vulg.* ‖ 10 instrumentum (*id. Iul.*)] instrumento *Beck* ‖ 12 hanc *T* ‖ obseruationem *VT* ‖ 13 huiusmodi] *leg.* hoc modo? ‖ *praecedente *libri* ‖ reuelationem *R* releuatione V^{2} relatione $V^{1}T$ ‖ 14 sexta *Beck*] a sexta *libri* (*cf. ad* 27) ‖ quae] quem *RT* ‖ in *om.* T^{1} ‖ 15 detur *T* ‖ 17 posite sint ciuitate *T* sunt ciuitate posite *R* ‖ in] et in *Beck* ‖ 18 Hoc *vulg.* ‖ 20 quaedam *vulg.*] quidam *VT* quidem *R* ‖ 22 obnoxii *VT* ‖ et *om.* R^{1} ‖ esse *T* ‖ 23 eandem *V* ‖ primo *V*] et primo *RT* ‖ 26 quem R^{1} ‖ 27 amplius *om.* R^{1} ‖ quarta] a quarta $R^{1}V^{1}$ ‖ noluerit] non ualuerit T^{2} ‖ 28 eos] per eos *vulg.*; *sed. cf. Iul., ubi Haenel temere correxit* per eos (*vid. ad* 584, 3) ‖ 29 qui a] quia V^{1} qui R^{1} ‖ 30 sint episcopi *R* ‖ 31 orphanotrofii *T* ‖ ptocotrophi *V* tochotrophi *R* protrohii *T* ‖ aut scenodochi *V* aut scenodochia *R*, *om. T* ‖ 32 nosocomia R^{1} nosocomii $R^{2}T^{1}$ ‖ aut *om.* V^{1}

ἄλλων εὐαγῶν οἴκων διοικηταί, παρ' αὐτοῖς τοῖς ἁγιωτάτοις πατριάρχαις ὑφ' ὧν χειροτονοῦνται ἢ προβάλλονται ὑπομνήματα ποιεῖσθαι, καὶ μεθ' ὅρκου τῶν διοικητῶν καὶ συναινέσεως τοῦ πλείονος μέρους τῶν ἐν αὐτοῖς λειτουργούντων τὸ χρέος γίνεσθαι φανερὸν καὶ ὅτι οὐκ ἔστι δυνατὸν ἐκ πράγματος κινητοῦ τοῦτο διαλυθῆναι· τοὺς δὲ ὑπὸ μητροπολιτῶν ἐπισκόπων χειροτονουμένους, εἴτε ἐπίσκοποι ὦσιν εἴτε ἀρχιμανδρῖται εἴτε ὀρφανοτρόφοι εἴτε πτωχοτρόφοι ἢ ἄλλων εὐαγῶν οἴκων διοικηταί, παρ' αὐτοῖς ὁμοίως τοῖς μητροπολίταις ἐπισκόποις τὰ τοιαῦτα ὑπομνήματα συγγράφειν· παρ' ἐκείνοις δὲ τοῖς ἐπισκόποις, οἵτινες ἢ παρὰ πατριαρχῶν ἢ παρὰ μητροπολιτῶν ἐπισκόπων χειροτονοῦνται καὶ ἔχουσιν ὑπὸ τὴν ἰδίαν δικαιοδοσίαν ἢ μοναστήρια ἢ πτωχεῖα ἢ ξενῶνας ἢ νοσοκομεῖα ἢ ἄλλους εὐαγεῖς οἴκους, κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον τὰ ὑπομνήματα γίνεσθαι· οὕτω μέντοιγε, ὥστε εἴτε παρὰ πατριάρχαις εἴτε παρὰ μητροπολίταις εἴτε παρ' ἄλλοις ἐπισκόποις τὰ τοιαῦτα ὑπομνήματα πράττεται, μηδεμίαν ὑπὲρ αὐτῶν ζημίαν ἢ δαπάνην τοὺς εὐαγεῖς οἴκους ὑφίστασθαι. διὰ τοῦτο γὰρ οὐ βουλόμεθα τοῦ λοιποῦ παρὰ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν ἢ τοῖς ἐκδίκοις τῶν τόπων τὰ τοιαῦτα ὑπομνήματα παρὰ τῶν μνημονευθέντων προσώπων ἤγουν οἴκων πράττεσθαι, ἵνα μηδεμίαν ζημίαν ὑφίστανται. μετὰ δὲ τὸ οὕτως ταῦτα παρακολουθῆσαι παρὰ τοῖς μνημονευθεῖσιν ἁγιωτάτοις πατριάρχαις ἢ μητροπολίταις ἢ ἄλλοις ἐπισκόποις τηνικαῦτα τοὺς εἰρημένους διοικητὰς τοῦ ἐποφείλοντος εὐαγοῦς οἴκου ἐγγράφως ἐν δημοσίῳ τῆς πόλεως τόπῳ προτιθέναι ἐπὶ εἴκοσιν ἡμέρας, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ προτρέπειν τοὺς ἀγοράσαι βουλομένους τὸ ἀκίνητον πρᾶγμα, ἵνα ὁ πλείω παρέχων τῶν ἄλλων προτιμηθῇ. τούτων δὲ πάντων προϊόντων τὴν πρᾶσιν γίνεσθαι τοῦ τιμήματος πᾶσι τρόποις ὑπὲρ τοῦ ὀφλήματος διδομένου, ἵνα μὴ ἄλλως ἔχοι ὁ ἀγοραστὴς τὸ ἀσφαλές, εἰ μὴ τὸ τίμημα ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ χρέους καταβάλῃ, καὶ τοῦτο ῥητῶς ἐγγραφῇ

rum ordinatores, apud sanctissimos patriarchas, a quibus ordinantur aut praeponuntur, monumenta fieri, et cum iureiurando ordinatorum et consensu amplioris partis in eis deservientium debitum manifestari et quia non est possibile de rebus mobilibus istud persolvi; eos vero qui a metropolitis ordinantur, sive episcopi sint sive archimandritae sive orphanotrophi sive ptochii aut aliarum venerabilium domorum ordinatores, apud eos similiter metropolitas episcopos huiusmodi monumenta conscribi; ab illis vero episcopis, qui aut a patriarchis aut metropolitis episcopis ordinantur et habent sub propria iurisdictione aut monasteria aut ptochia aut xenones aut nosocomia aut alias venerabiles domos, sub similem modum gesta fieri, ita tamen ut, sive apud patriarchas sive apud metropolitas sive apud alios episcopos huiusmodi gesta fiant, nullum pro his dispendium aut expensam venerabiles domos sustinere. Propterea enim nolumus de cetero apud iudices provinciarum aut defensores locorum huiusmodi monumenta a memoratis personis sive domibus agi, ut nullum dispendium sentiant. Postquam vero ista subsecuta fuerint apud memoratos sanctissimos patriarchas aut metropolitas aut alios episcopos, tunc praedicti ordinatores debitricis domus venerabilis in scriptis in publico civitatis loco proponant per viginti dies, et isto modo hortentur eos qui emere volunt immobilem rem, ut qui plus praebet aliis praeponatur. His vero omnibus procedentibus venditionem fieri pretio modis omnibus pro debito dando, ut non aliter habeat emptor munitionem, nisi pretium pro ipso debito persolvatur, et hoc evidenter inscri-

v. 29—33 *sententia adumbratur* '*Ῥοπ.* 10, 3, *ubi citatur παρὰ ρις'.*

administratores, apud ipsos sanctissimos patriarchas a quibus creantur vel designantur monumenta facere, et cum iureiurando administratorum atque consensu maioris partis eorum qui ministeria in iis obeunt debitum manifestum fieri et quod ex rebus mobilibus id solvi nequeat; eos autem qui a metropolitanis episcopis creantur, sive episcopi sint sive archimandritae sive orphanotrophi sive ptochotrophi vel aliarum venerabilium domuum administratores, apud ipsos similiter metropolitanos episcopos eiusmodi monumenta conscribere; apud illos autem episcopos, qui vel a patriarchis vel a metropolitanis episcopis creantur et sub iurisdictione sua vel monasteria vel ptochia vel xenones vel nosocomia vel alias venerabiles domus habent, eodem modo monumenta fieri: ita tamen ut sive apud patriarchas sive apud metropolitanos sive apud alios episcopos eiusmodi monumenta fiant, nullum inde damnum vel sumptum venerabiles domus subeant. Propterea enim nolumus in posterum apud praesides provinciarum vel defensores locorum eiusmodi monumenta a memoratis personis vel domibus confici, ne ullum damnum subeant. Postquam autem haec ita consecuta sunt apud memoratos sanctissimos patriarchas vel metropolitanos vel alios episcopos, tum praedicti administratores debitricis venerabilis domus in scriptis in publico civitatis loco per viginti dies proponant, eoque modo adhortentur eos qui rem immobilem emere velint, ut qui plus offerat ceteris praeponatur. His autem omnibus procedentibus venditio fiat, et pretium omnibus modis pro debito detur, ut emptor non aliter securitatem habeat nisi pretium pro ipso debito solverit, idque nominatim cum iure-

1 *ἄλλως C* ‖ *παρ' αὐτοῖς τοῖς*] *παρὰ τοῖς C ς* ‖ 2 *ἀφ' ὧν B, C v. l.* ‖ *ἢ προβάλλονται om. C* ‖ 6 *ἐκ πράγματος κινητοῦ om. C* ‖ 7 *ἐπισκόπων Haloander* (a metropolitanis episcopis *Iul.*)] *ἢ ἐπισκόπων MLB ἐπισκόπους C, om. ς* ‖ 8 *εἰσὶν LB* ‖ 11 *ἐπισκόποις C ς Iul.*] *ἢ ἐπισκόποις MLB* ‖ 13 *ἐπισκόπων ς Iul.*] *ἐπίσκοποι MLB ἢ ἐπισκόπων C* ‖ 19 *τοιαῦτα*] *αὐτὰ C* ‖ *πράττεσθαι L* ‖ 25 *μηδεμίαν ὑφίστανται βλάβην C* ‖ *ὑφιστῶνται cum Scrimgero vulg.* ‖ 28 *τοῦ ἐποφείλοντος C ς Iul.* (*cf.* 585, 12)] *τοῦ ἐπ' ὠφελείᾳ ὄντος* (*ὄντας M*) *MLB* ‖ 29 *εὐαγοῦς*] *τοῦ εὐαγοῦς L τοῦ* (*deinde spatium* 3 *fere litt. fortasse casu relictum*) *M* ‖ *τόπω τῆς πόλεως L* ‖ 32 *πλείω CLB*] *τὸ πλεῖον M πλέον Coll.* 87 *cap., Ath.* ‖ 34 *γενέσθαι C* ‖ 37 *καταβάλλῃ L, C v. l.*

2 praeponantur *T* ‖ 3 fieri] facere *proposuit Haenel ad Iul.* 410 *not. dd* (*sed cf.* 587, 25. 588, 1) ‖ et] ut *RVT*[2] ‖ consensum *V*[1] ‖ 4 partis *om. R*[1] ‖ in eis deseruientibus *RV*[1] in eisdem seruientibus (seruientis *T*[b]) *T* ‖ debitum] in debitum *R*[1] id debitum *R*[2]*V* ‖ 5 et *om. T* ‖ possibiles *R*[1] ‖ 6 persolui istud *T* ‖ eos] per eos *vulg.* (*cf. ad* 10) ‖ qui a] quia *V*[1] ‖ 7 orphanotrophii *T* ‖ 8 siue ptochii *T*] *om. RV*, sive ptochotrophi *vulg.* ‖ 10 huiusmodi — 12 ordinantur *scr. V*[2] *in ras.* 2 *vv.* ‖ *leg.* conscribere? (*sed cf. ad* 3) ‖ 11 aut a *vulg.*] aut *RV* a *T* ‖ 12 habeant *T* ‖ propriam *R*[1] ‖ 13 iurisdictionem *V* ‖ aut monasteria *om. V* ‖ xenonas *R* xenona *T* ‖ 14 domus *R*[1]*T* ‖ 15 modum] domodum *T*[a] ‖ fieri gesta *R* ‖ tm̄ *R* ‖ 17 fiant] sint *T*[a] fiunt *V*[b] ‖ 18 domus *R*[1]*T* ‖ sustineant *T*[2] ‖ 19 nolumus *RT*[1] ‖ 20 huiusmodi *om. T* ‖ monumentorum *T*[1] ‖ 23 fiunt *T* ‖ sanctissimis *V*[1] ‖ 24 aut metropolitas] apud metropolitas *V* ‖ 25 praedicti *T*[2]] praedictos *R*[1]*VT*[1] per praedictos *R*[2] *vulg.* ‖ domos *V*[1] ‖ 26 *proponatur *R*[1] proponantur *V vulg.* praeponantur *T* res proponatur *R*[2] ‖ 27 isto] de isto *R*[1] ‖ ortent *V*[1] ‖ 28 qui plus] quibus *V*[1] praebent *R* ‖ 29 vero *om. R* ‖ procedentibus *T*] praecedentibus *RV vulg.* ‖ 30 pretium *T* ‖ 31 habeat emptor munitionem *vulg.*] habeat emptor uenditionem *V* habeat mentionem (emptionem *R*[2]) emptor *R* emptor habeat emtionem *T* ‖ nisi] ut si *R*[1]

μεθ' ὅρκου τῇ ὠνιακῇ συγγραφῇ, καὶ ὅτι οὐδὲν πρὸς βλάβην ἢ περιγραφὴν τοῦ αὐτοῦ εὐαγοῦς οἴκου γίνεται. εἰ δὲ κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον ἀγοραστὴς τοῦ τοιούτου πράγματος μὴ εὑρεθῇ, κελεύομεν τὸν ὀφειλόμενον ἔκ τινος τῶν εἰρημένων εὐαγῶν οἴκων τῷ δικαίῳ ὅπερ pro soluto *λέγεται τὴν αὐτὴν λαμβάνειν κτῆσιν, δικαίας καὶ ἀκριβοῦς διατιμήσεως γινομένης, καὶ προστιθεμένης τῷ τιμήματι τῆς δεκάτης μοίρας τοῦ παντὸς τιμήματος εἰς ταύτην τὴν ποσότητα λαμβάνειν τὸ πρᾶγμα τὸν δανειστὴν ἀντὶ καταβολῆς βεβαίᾳ δεσποτείᾳ κτηθησόμενον· οὕτω μέντοιγε ὥστε τοὺς διοικητὰς τοῦ ἐποφείλοντος εὐαγοῦς οἴκου καὶ τὸ πλέον μέρος τῶν ἐν αὐτῷ λειτουργούντων ταῖς τοιαύταις πράσεσι συναινεῖν. τὸ δὲ παρεχόμενον ἐπὶ τούτῳ ἀκίνητον πρᾶγμα μὴ κατ' ἐπιλογὴν τοῦ δανειστοῦ δίδοσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἰσότητα τοῦτο μὲν τῶν εὐπόρων τοῦτο δὲ καὶ ἀπόρων κτήσεων τοῦ αὐτοῦ εὐαγοῦς οἴκου καὶ τῆς τούτων προσόδου καὶ δημοσίων καὶ τῆς λοιπῆς καταστάσεως.*

8 *Εἰ δέ τις ἢ ἐπίσκοπος ἢ οἰκονόμος ἢ διοικητὴς οἱουδήποτε εὐαγοῦς οἴκου εἴτε ἐν τῇ βασιλίδι πόλει εἴτε ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κειμένου χρήματα ἐδανείσατο ἢ μετὰ ταῦτα δανείσεται, κελεύομεν μήτε αὐτοῖς ταῦτα καταλογίζεσθαι ὑπὲρ τοῦ εὐαγοῦς οἴκου, εἰ μὴ πρότερον δείξουσιν ὅτι εἰς χρείας τοῦ εἰρημένου εὐαγοῦς οἴκου ταῦτα προεχώρησε, μήτε αὐτὸν τὸν δανειστὴν ἢ τοὺς κληρονόμους αὐτοῦ κατὰ τοῦ εὐαγοῦς οἴκου ἔχειν τινὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἀγωγήν, εἰ μὴ δείξουσιν ὡς εἰς αἰτίας τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ προσηκούσας τὰ χρήματα προεχώρησεν, ἀλλὰ κατὰ τοῦ δανεισαμένου τὰ χρήματα ἢ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων τὰς ἰδίας κινεῖν ἐναγωγάς.*

batur, quia nihil ad laesionem aut praescriptionem eiusdem venerabilis domus efficitur. Si vero secundum praedictum modum emptor huiusmodi rei non invenitur, iubemus creditorem ex iure praedictarum venerabilium domorum, quod pro soluto dicitur, eandem accipere possessionem, iusta et districta aestimatione facta, et addita in pretio decima parte universae aestimationis in ipsa quantitate accipere rem creditorem pro solutione certo dominio possessurum, ita tamen ut ordinatores debitricis venerabilis domus et amplior pars in eo deservientium huiusmodi venditionibus consentiat. Quae autem praebetur in hoc immobilis res non per electionem creditoris detur, sed secundum aequitatem aliud quidem fructiferarum aliud vero et sterilium possessionum eiusdem venerabilis domus et in reditu earum et in fiscali solutione et reliquae ordinationis.

8 Si vero quis aut episcopus aut oeconomus aut ordinator cuiuslibet venerabilis domus sive in regia civitate sive in provinciis constitutae pecunias credidit aut posthac crediderit, iubemus neque eis haec reputari pro venerabili domo, nisi primitus ostenderint quia in utilitates praedictae venerabilis domus ista profecerunt, neque ipsum creditorem aut heredes eius contra venerabilem domum habere aliquam pro ipsis actionem, nisi monstraverint quod in utilitatibus venerabili domui competentibus pecuniae profecerunt, sed contra mutuas accipientem pecunias aut heredes eius proprias moveant actiones.

CAPUT VII.

Καὶ τοῦτο δὲ κελεύομεν, ὥστε ἐξῃρημένης τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας τῆς βασιλίδος πόλεως καὶ

Hoc vero iubemus, ut excepta sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis et venerabilibus orphano-

c. *VII pr.* (*Κελεύομεν ὥστε* — 585, 11) *habet Epanagoge* 10, 10, *summam Coll.* 87 *cap.* 15 (*inde app. Nomoc. cap. eccl.* 13).

iurando in instrumento emptionis inscriptum sit simulque hoc, nihil in fraudem vel ad circumscriptionem eiusdem venerabilis domus fieri. Quodsi praedicto modo emptor eiusmodi rei non inveniatur, iubemus creditorem alicuius ex praedictis venerabilibus domibus iure quod pro soluto dicitur eandem possessionem accipere, iusta et subtili aestimatione facta, atque addita pretio decima parte totius aestimationis in hanc quantitatem accipere creditorem rem pro solutione firmo dominio acquirendam: ita tamen ut administratores debitricis venerabilis domus et maior pars eorum qui in ea ministeria obeunt eiusmodi venditionibus consentiant. Quae autem ad hoc praestatur res immobilis non secundum electionem creditoris detur, sed pro aequabili portione tam fertilium quam sterilium possessionum eiusdem venerabilis domus et reditus earum et publicorum tributorum et reliqui status.

8 *Si qui autem sive episcopus sive oeconomus sive administrator cuiuscumque venerabilis domus sive in regia civitate sive in provinciis sitae mutuam pecuniam acceperit vel postea accepturus sit, iubemus neque ipsis eam in rationes venerabilis domus imputari, nisi prius ostenderint eam in usum praedictae venerabilis domus profecisse, neque ipsum creditorem vel heredes eius contra venerabilem domum eo nomine ullam actionem habere, nisi ostenderint in causas ad venerabilem domum pertinentes eam pecuniam profecisse, sed contra eum qui mutuam pecuniam accepit vel heredes eius suas actiones movere.*

VII. *Hoc quoque iubemus, excepta sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis et venerabili orphano-*

1 *μεθ' ὅρκου — συγγραφῇ καὶ om.* ς ‖ *ὠνειακῇ B Ath. νεανικῇ* (*corr. in marg. cod. Monacensis*) *C* ‖ 2 *αὐτοῦ om. L* ‖ 3 *τοῦ CL*] *om. M*(*B*) ‖ 6 *ὅπερ — λέγεται*] *τῆς προτιμήσεως B* ‖ pro soluto *C* ς *Iul.*] *προσολούτο L προκόλουτο M πρὸ σολοῦτο Ath., τῆς* (*τῆς om. M*) *προτιμήσεως ML s. v.* ‖ 7 *γενομένης B* ‖ 9 *ταύτην C Iul.*] *αὐτὴν MLB* ς ‖ *λαμβάνειν C* ς *Iul.*] *καὶ λαμβάνειν MLB* (*rectius καὶ ante εἰς ταύτην legisse videtur Iul.*) ‖ 11 *μέντοι C* ‖ 13 *ἐν αὐτῷ*] *ἐνιαυτῷ M* ‖ 17 *καὶ*] *καὶ τῶν B[a] τῶν B[s]* ‖ *αὐτοῦ om. LB[s]* ‖ 18 *τούτου B* ‖ 19 *καὶ om. L* ‖ *ἢ om. L* ‖ 22 *δανείσηται CB* ‖ 23 **μηδὲ libri* ‖ *leg. αὐτοὺς?* ‖ *ὑπὲρ CB* ς (*cf. Iul. Theod.*)] *ὑπὸ ML* (*cf. Ath.*) ‖ 24 *δείξωσιν C* ‖ 25 *προειρημένου C* ‖ 28 *δείξωσιν C* ‖ 30 *ἢ C* ς *Iul.*] *καὶ MLB* ‖ *κληρονόμων αὐτοῦ C* ‖ 31 *ἀγωγάς C unus, B* ‖ 33 *μεγάλης om. B[f]*

1 perscriptionem *V* ‖ 2 *ante* Si uero *in R inseruntur haec:* emptore non inuento res estimata districte creditori datur in solutum, addita in praecio decima parte uniuerse estimationis consensu ordinatoris et maioris partis ibi seruientium accedente, set ea res sit mediooris inter ceteras inspecta qualitate et honore; *scholion, quod repetitur in margine, errore in contextum receptum delet R[2]* *nota* vacat *adscripta* ‖ 3 huiusmodi *T vulg.*] huius *RV* ‖ 6 pensionem *T[1]* ‖ iusta] et iusta *T* ‖ examinatione *T[1]* ‖ 7 addito *R[1]* ‖ printipio *T[1]* ‖ 9 creditorem *om. V* ‖ possessorum *V[1]* ‖ 10 tm̃ *R* ‖ ordinator *V* ordinatorum *T* ‖ 11 in eo *V*] *om. RT vulg.* ‖ desertium *V[1]* ‖ uenditoribus *libri, corr. vulg.* ‖ 12 consentiant *T vulg.* ‖ Quae *Beck*] quod *libri* ‖ probetur *T* ‖ 13 immobiles *R[1]VT* ‖ detur *R vulg.*] dentur *VT* ‖ 14 iniquitatem *T[1]* aequalitatem *T[2]* ‖ fructiferarium *R* ‖ 15 et *om. T vulg.* ‖ sterelium *V* ‖ 16 fisci *R* ‖ 17 reliqua ordinatione *Beck* ‖ 19 *rubr.* Si episcopo aut yconomo uel ordinatori ecclesie pecuniam quis crediderit *R in marg.* ‖ episcopo aut oeconomo aut ordinatori *vulg.* ‖ 21 constitutae] ciuitate *R[a]* ‖ credidit aut posthac *om. R* ‖ 22 posthac] post *V* ‖ credidit *V* ‖ iubemus *om. V* ‖ hoc *T* ‖ 23 prius *T* ‖ ostenderit *R*, *V[2] in marg., om. V[1]* ‖ 24 domus uenerabilis *T[1]* ‖ 25 ista *om. R* ‖ profecerunt *V[b] vulg.*] proferunt *RV[a]T[1]* profuerunt *T[2]* ‖ *ante* creditorem *in R[1] inseritur* large his creditorem accipi (*leg.* accipe) alioquin fraudi locus erit; *scholion in margine repetitum del. R[2]* ‖ 26 *uenerabilis domus (domus *om. R[1]*) *libri* ‖ 29 accipientem *R vulg.*] accipientes *VT* ‖ pecunias] nuptias pecunias *R[a]* ‖ 30 propriatur *R[1]* ‖ 32 haec *RV* ‖ ut] ex ut *T[a]* ‖ 33 regia *V[1]* ‖ orphanotrophis *R*

τοῦ εὐαγοῦς ὀρφανοτροφείου καὶ ξενώνων καὶ πτωχείων τῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει καὶ ὑπὸ τὴν αὐτῆς ὄντων ἐνορίαν ἐξεῖναι πάσαις ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις καὶ τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μοναστηρίοις ἔν τε τῇ βασιλίδι πόλει καὶ ἐν διαφόροις ἐπαρχίαις κειμένοις ἀνταλλαγὰς πρὸς ἀλλήλους ποιεῖσθαι, ὅταν ἑκατέρῳ εὐαγεῖ οἴκῳ φυλάττηται τὸ ἀζήμιον, συναινούντων ἐγγράφως ἢ διὰ καταθέσεως τῷ τοιούτῳ συναλλάγματι οὐ μόνον τῶν διοικητῶν ἑκατέρου εὐαγοῦς οἴκου, ἀλλὰ καὶ τοῦ πλείονος μέρους τῶν ἐν αὐτοῖς λειτουργούντων. τὰ δὲ ἀπὸ βασιλικοῦ οἴκου εἰς οἱονδήποτε εὐαγῆ τόπον περιελθόντα ἢ μετὰ ταῦτα περιελευσόμενα κατ' οὐδένα τρόπον πιπράσκεσθαι ἢ ὑποτίθεσθαι ἢ ἀνταλλάττεσθαι ἢ ὅλως ἐκποιεῖσθαι συγχωροῦμεν, οὐδὲ εἰ πρὸς ἀλλήλους οἱ εὐαγεῖς οἶκοι τοιοῦτό τι πράξαιεν.

1 Ἐπειδὴ δὲ ἔγνωμεν παρά τινων γίνεσθαι καὶ ἐκποιήσεις μοναστηρίων ἐπὶ τῷ ταῦτα ἀπὸ ἱερατικοῦ σχήματος εἰς ἰδιωτικὴν διαγωγὴν μετασχηματίζεσθαι, καὶ τοῦτο πᾶσι τρόποις κωλύομεν. εἰ δέ τι τοιοῦτο γενόμενον εὑρεθείη, ἄδειαν παρέχομεν τῷ κατὰ τὸν τόπον ὁσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τὸ τοιοῦτον μοναστήριον ἐκδικεῖν καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα ἐπανάγειν. εἰ δέ τις ἐκ τῶν εἰρημένων εὐαγῶν οἴκων τῶν τε ἐν τῇ βασιλίδι πόλει τῶν τε ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὄντων (ἐξῃρημένης τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας τῆς βασιλίδος πόλεως) κτῆσιν ἔχοι πολλοῖς δημοσίοις τελέσμασι βεβαρημένην, ἐξ ἧς οὐδεμία εἰσάγεται πρόσοδος τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, ἄδειαν παρέχομεν τοῖς τοῦ αὐτοῦ εὐαγοῦς οἴκου διοικηταῖς τὴν τοιαύτην κτῆσιν ἐκποιεῖν οἱῳδήποτε τρόπῳ βουληθεῖεν πρὸς τὸ λυσιτελὲς τοῦ αὐτοῦ εὐαγοῦς οἴκου, ὑπομνημάτων δηλαδὴ καὶ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ἐκποιήσει πραττομένων παρ' ἐκείνοις, ἀφ' ὧν οἱ διοικηταὶ τῶν τοιούτων τόπων προβάλλονται ἢ χειροτονοῦνται, καὶ ὀμνύντων ἐπὶ τῶν ἁγίων γραφῶν τῶν

trophiis, xenonibus et ptochiis, quae sunt in regia civitate, sub eius constitutis ordinatione licentiam esse omnibus sanctissimis ecclesiis et venerabilibus domibus nec non et monasteriis tam in regia civitate quam in diversis provinciis constitutis permutationes ad invicem facere, quando utrique venerabili domui servatur indemnitas, consentientibus in scriptis aut per depositiones huiusmodi contractui non solum ordinatoribus utriusque venerabilis domus, sed et ampliore parte in eis deservientium. Ea vero, quae ab imperiali domo in quemlibet venerabilem locum pervenerunt aut postea pervenerint, nullo modo vendi aut supponi pignori aut permutari aut omnino alienari concedimus, neque si ad alteras venerabiles domos tale aliquid egerint.

1 Et quoniam cognovimus ab aliquibus fieri alienationes monasteriorum, ut haec a sacra figura in privatorum conversatione transferantur, et hoc omnibus modis prohibemus. Si vero tale aliquid factum deprehendatur, licentiam praebemus sanctissimo loci episcopo hoc monasterium vindicare et in antiquam figuram reducere. Si vero quis de praedictis venerabilibus domibus quae in regia civitate sive in aliis provinciis sunt, excepta sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis, praedium habeat plurimis fiscalibus tributis gravatum, ex quo nullus infertur reditus venerabili domui, licentiam praebemus eiusdem venerabilis domus ordinatoribus tale praedium alienare quolibet modo voluerint ad perfectam securitatem eiusdem venerabilis domus, gestis monumentorum videlicet in huiusmodi alienatione conficiendis ab illis a quibus ordinatores talium locorum praeponuntur sive ordinantur, et iurantibus in sanctis scripturis

§ 1 *v.* 17—32 *habet* B^{s} *E* 11, 7. — *v.* 17—23 *clausula immutata extant in Epanagoge* 10, 11, *eadem ex B exscripta in Nomoc.*[dm] *XIV tit.* 11, 1; *summaria habent Coll.* 87 *cap.* 17, *Nomoc. XIV tit.* 11, 1, *Ecloga ad Prochiron mutata* 23, 2 *p.* 116 *Zach.*

trophio et xenonibus et ptochiis quae in regia civitate et intra eius fines sunt licere omnibus sanctissimis ecclesiis et venerabilibus domibus nec non monasteriis et in regia civitate et in diversis provinciis sitis permutationes inter se facere, dum utrique venerabili domui indemnitas servetur, consentientibus in scriptis aut per depositionem eiusmodi contractui non solum administratoribus utriusque venerabilis domus, sed etiam maiore parte eorum qui in iis ministeria obeunt. Quae autem ab imperiali domo ad quemcumque venerabilem locum pervenerunt vel postea perventura sunt nullo modo vendi vel obligari vel permutari vel omnino alienari permittimus, ne tum quidem si inter se venerabiles domus eiusmodi quid egerint.

1 *Quoniam autem cognovimus ab aliquibus etiam alienationes monasteriorum ita fieri ut ea ex sacro statu in privatam condicionem transferantur, hoc quoque omnibus modis prohibemus. Si quid vero eiusmodi factum deprehendatur, facultatem concedimus sanctissimo loci illius episcopo tale monasterium vindicandi et in pristinum statum reducendi. Quodsi quae ex praedictis venerabilibus domibus tam quae in regia civitate quam quae in provinciis sunt (excepta sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis) possessionem habeat multis publicis tributis praegravatam, ex qua nullus reditus venerabili domui proveniat, facultatem concedimus eiusdem venerabilis domus administratoribus talem possessionem quocumque modo velint ad utilitatem eiusdem venerabilis domus alienandi, ut scilicet monumenta in tali quoque alienatione conficiantur apud illos, a quibus administratores eiusmodi locorum designantur aut creantur, iurentque per*

1 *τοῦ εὐαγοῦς ὀρφανοτροφείου*] venerabilibus orphanotrophiis *ϛ* ‖ 2 *καὶ om. Epan. ϛ* ‖ 7 *φυλάττεται Epan.* ‖ 9 *μόνων C* B^{f} ‖ 11 *ἐν αὐτοῖς*] *ἑαυτοῖς C plerique* ‖ *βασιλικοῦ οἴκου*] *βασιλικῆς* B^{f} ‖ 12 *τόπον MC ϛ Iul. Ath.* (*Theod.*)] *οἶκον LB* ‖ *περιελθόντα*] *ἢ περιελθόντα C plerique* ‖ 14 *ἐναλλάττεσθαι B* ‖ *ἄλλως Coll.* 87 *cap. Ath.* ‖ *ἐκποιεῖσθαι Coll.* 87 *cap. ϛ Iul. Ath.* (*Theod.*)] *ὑποκεῖσθαι MLBC* ‖ 15 *εἰ*] *οἱ M* ‖ *πρὸς ἀλλήλους*] ad alteras *ϛ* ‖ *οἱ om. B* ‖ 16 *πράξοιεν C* ‖ 17 *ante* § 1 *inseritur in B novellae CXIX c.* 10 ‖ *καὶ om. C ϛ Epan.* ‖ 18 *τῷ*] *τὸ Epan.* ‖ 19 *ἐναγωγὴν* (*ἀγωγὴν v. l.*) *C* ‖ 21 *γινόμενον C* B^{s} ‖ *εὑρεθῇ C v. l.* ‖ *τῷ*] *ὡς ὁ C* ‖ *τὸν om. C v. l., L* B^{s} ‖ 22 *ὁσιώτατος ἐπίσκοπος C* ‖ 23 *ἐπαναγαγεῖν L* B^{c} ‖ 24 *τε ἐν τῇ*] *τε om. CL* ‖ 25 *ἐν ταῖς ἐπαρχίαις*] in aliis provinciis *ϛ* ‖ 26 *μεγάλης C ϛ Iul.*] *om. MLB* ‖ 30 *ἐκποιεῖν τὴν τοιαύτην κτῆσιν post βουληθεῖεν* (31) *coll.* B^{f} ‖ *οἱῳδήποτε C ϛ Iul.*] *ἐν οἱῳδήποτε MLB* ‖ 31 *πρὸς τὸ λυσιτελὲς*] ad perfectam securitatem *ϛ* ‖ 32 *καὶ om. ϛ* ‖ 33 *ὑφ' ὧν Zachariae* (*cf. ad* 579, 22. 584, 2) ‖ 35 *τῶν προεστώτων*] praeside(?) *ϛ*

2 civitate] quam in diuersis prouintiis *add.* R^{a} ‖ sub] et sub *Beck* ‖ eis VT^{1} ‖ 4 nec] et nec *R* ‖ 6 utreque V^{1} ‖ 8 contractum R^{1} ‖ 10 et] etiam *T vulg.* ‖ 11 uenerabilium *R* ‖ 12 peruenerint aut postea peruenerunt *V* ‖ 13 pignori supponi *R vulg.* ‖ 15 domus *TV*] domos *R vulg.* ‖ quid *T* ‖ egerunt *V* ‖ 17 *rubr.* Alienationes monasteriorum non fieri *R in marg.* ‖ 18 a *om. T* ‖ 19 conversationem *vulg.* ‖ transferatur *T* ‖ haec *RT* ‖ 20 tale *om. T* ‖ 21 depraeenderetur R^{a} ‖ sanctissimus *T* sanctis *V* ‖ locis *T* ‖ 22 episcopis *VT* ‖ haec *R* ‖ monasterium *V*] monasterio *RT* ‖ 24 regia] hac regia *R vulg.* ‖ siue *V vulg.*] uel *RT* ‖ 25 maiore ecclesia sanctissima *T* ‖ 26 regia *V* ‖ habet pluribus *T* ‖ 30 uoluerit *T* ‖ securitatem *om.* V^{1} ‖ 32 in] et in *Beck* ‖ huiusmodi *om. R* ‖ 34 sive] si uero T^{1} ‖ sanctis *om. R*

προεστώτων τοῦ τοιούτου εὐαγοῦς οἴκου καὶ τοῦ πλείονος μέρους τῶν ἐν αὐτῷ λειτουργούντων, ὡς οὔτε κατὰ προδοσίαν οὔτε πρὸς χάριν ἢ οἱανδήποτε περιγραφὴν ἡ ἐκποίησις γίνεται, ἀλλὰ διὰ τὸ φυλαχθῆναι τὸ ἀβλαβὲς τῷ αὐτῷ εὐαγεῖ οἴκῳ. τοῖς δὲ οἰκονόμοις καὶ διοικηταῖς καὶ χαρτουλαρίοις τῶν ὁπουδήποτε ὄντων εὐαγῶν οἴκων καὶ τοῖς αὐτῶν γονεῦσί τε καὶ παισὶ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἢ κατὰ γένος ἢ κατὰ γαμικὸν δίκαιον αὐτοῖς συναπτομένοις μισθώσεις ἢ ἐμφυτεύσεις ἢ ἀγορασίας ἢ ὑποθήκας πραγμάτων ἀκινήτων τοῖς αὐτοῖς εὐαγέσιν οἴκοις προσηκόντων ὑπεισιέναι ἢ δι' ἑαυτῶν ἢ διὰ παρενθέτου προσώπου, καθὰ καὶ τοῖς ἐν τῇ βασιλίδι πόλει οὖσιν, ἐπὶ ταῖς αὐταῖς ποιναῖς ἀπαγορεύομεν.

praeside eiusdem venerabilis domus et ampliore parte in ea deservientium, quod neque per proditionem neque per gratiam aut quamlibet praescriptionem alienatio fiat, sed ut servetur immunitas eidem venerabili domui. Oeconomis vero et ordinatoribus et cartulariis ubicumque venerabilium domorum constitutarum et parentibus eorum et filiis et aliis, qui secundum genus aut secundum matrimonii iura eis coniunguntur, locationes aut emphyteosis aut emptiones aut hypothecas rerum immobilium ipsis venerabilibus domibus competentium subire aut per se aut per interpositam personam, secundum quod et his qui in regia civitate sunt, eisdem poenis prohibemus.

CAPUT VIII.

Εἰ δέ τις ἢ μισθωτὴς ἢ ἐμφυτευτὴς πράγματος διαφέροντος ἢ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἢ ἑτέρῳ εὐαγεῖ οἴκῳ ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἡμετέρας πολιτείας κειμένῳ ἢ χεῖρον ποιήσει τὸ πρᾶγμα, ὅπερ ἢ ἔλαβεν ἢ μετὰ ταῦτα λάβοι, ἢ ἐπὶ διετίαν μὴ καταβάλῃ τὸν παρ' αὐτοῦ ὁμολογηθέντα ἐμφυτευτικὸν ἢ μισθωτικὸν κανόνα, δίδομεν ἄδειαν τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, ἐξ οὗ ἡ μίσθωσις ἢ ἡ ἐμφύτευσις γέγονε, καὶ τὰ ὀφειλόμενα τοῦτον ὑπὲρ τοῦ προλαβόντος χρόνου καὶ τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν τοῦ μισθωθέντος ἤτοι ἐμφυτευθέντος πράγματος ἀπαιτεῖν καὶ ἐκβάλλειν τῆς ἐμφυτεύσεως ἤτοι μισθώσεως, μὴ δυνάμενον περὶ ἐμπονημάτων ἀγωγήν τινα κατὰ τῶν εὐαγῶν οἴκων κινεῖν. εἰ δὲ μὴ βούλοιντο οἱ τούτων διοικηταὶ ἐκβάλλειν τοῦτον, ἀπαιτεῖσθαι μὲν αὐτὸν παρακελευόμεθα ἅπερ ἐκ τῆς μισθώσεως ἤτοι ἐμφυτεύσεως ἐποφείλειν γινώσκεται, μέχρι δὲ τὸν ὁρισθέντα χρόνον περαιώσει, τὸ δεδομένον αὐτῷ πρᾶγμα κρατεῖν αὐτὸν καὶ τὰ συνδόξαντα διδόναι. εἰ δὲ ἀποφύγοι, ἄδειαν παρέχομεν τοῖς προεστῶσι τῶν αὐτῶν εὐαγῶν τόπων

Si vero quis aut locator aut emphyteota alicuius rei competentis aut sanctissimae maiori ecclesiae aut alteri venerabili domui in quolibet loco nostrae reipublicae constitutae aut deteriorem faciat rem, quam [quod] aut accepit aut post haec acceperit, aut per biennium non intulerit quod ab eo promissum est emphyteoticum aut locationis canonem, damus licentiam venerabili domui, ex qua locatio aut emphyteosis facta est, et quae debentur sola pro praecedenti tempore et antiquum statum locatae sive emphyteoticae rei exigi et eici de emphyteosi sive locatione, non valente de emponematis actionem aliquam contra venerabiles domos movere. Si vero noluerint praedicti ordinatores expellere eum, exigi quidem eum praecipimus quae pro locatione sive emphysteosi debere cognoscitur, usque ad definitum vero tempus completum datam sibi rem tenere eum et quae placita sunt dare. Si vero refugiat, licentiam praebemus praepositis eorundem venerabilium locorum indemni-

v. 5—14 *extant* B^a *E* 11, 7 *et Nomoc.*^{d} *XIV tit.* 8, 13.
c. VIII epitomen habet Anonymus Bodleianus 17 (*Zachariae* *Ἀνέκδ.* *p.* 218), *summam* *Ῥοπ.* 25, 19.

sacras scripturas ii qui praesunt tali venerabili domui et maior pars eorum qui in ea ministeria obeunt, neque per proditionem neque ad gratiam aut ad ullam circumscriptionem fieri alienationem, sed ut venerabili domui indemnitas servetur. Oeconomos autem et administratores et chartularios venerabilium quae ubique sunt domuum eorumque parentes et liberos et ceteros qui vel cognatione vel affinitate iis coniunguntur locationes vel emphyteuses vel emptiones vel hypothecas rerum immobilium ad easdem venerabiles domos pertinentium vel per se vel per interpositam personam subire, sicuti etiam eos qui in regia civitate sunt, sub iisdem poenis vetamus.

VIII. *Si qui autem conductor vel emphyteuta rei quae pertinet vel ad sanctissimam maiorem ecclesiam vel ad aliam venerabilem domum quocumque loco rei publicae nostrae sitam aut deteriorem reddiderit rem quam aut accepit aut postea accepturus est, aut per biennium emphyteuticum vel locationis canonem a se promissum non solverit, facultatem damus venerabili domui, a qua locatio vel emphyteusis facta est, et ea quae pro tempore praeterito debentur atque veterem statum rei locatae vel in emphyteusin datae ab illo exigendi et expellendi eum de emphyteusi vel locatione, ut de meliorationibus nequeat ullam actionem contra venerabiles domos movere. Quodsi administratores earum nolint eum expellere, praecipimus ut ab eo exigantur quae ex locatione vel emphyteusi debere intellegitur, donec autem tempus definitum praeterierit, rem ipsi datam retineat eaque de quibus convenerit praestet. Quodsi refugerit, facultatem praebemus praepositis eorundem venerabilium locorum, indemni-*

2 *αὐτοῖς L* ‖ 3 **οὐδὲ — οὐδὲ libri* ‖ *ἢ om. C v. l., post οἱανδήποτε coll. C unus* ‖ 4 *ἡ om. C v. l.* ‖ 5 *αὐτῷ om. C* ‖ 6 *ὁπουδήποτε ὄντων*] *οἱωνδήποτε L* ‖ 7 *τε om. L* ‖ 8 *τοῖς ἢ*] *τοῖς om. Nomoc.*^{d}, *ἢ om.* ς ‖ 12 *ἑαυτοῦ C* ‖ 13 *τοῖς om. C v. l.* ‖ 15 *ἢ om. L* ‖ *μισθωτὴς BC Ath. Theod.* (ς *Iul.*)] *μισθωτὸς ML* ‖ *πράγματος*] alicuius rei ς ‖ 18 *ποιήσῃ Anon. Bodl., cum Scrimgero vulg.* ‖ *ὅπερ ἢ*] *ἢ om. C v. l., L* ‖ 20 *αὐτῶ L* ‖ *ἐμφυτευτικὸν*] *ἢ ἐμφυτευτικὸν C v. l.* ‖ 22 *ἢ ἡ*] *ἡ om. L* ‖ 23 *τοῦτον L* (*Iul.*)] *τούτων C τούτῳ MB* sola ς ‖ 26 *περὶ*] *μηδὲ περὶ L* (*cf. ad* 588, 2) ‖ 28 *εἰ*] *οἱ M* ‖ *μὴ om. C* ‖ *οἱ τούτων διοικηταὶ*] praedicti ordinatores ς ‖ *ἐκβαλεῖν C v. l., LB* ‖ 30 *ἐκ MLB*] *ὑπὲρ C*ς ‖ 32 *περαιώσῃ cum Scrimgero vulg.* ‖ *διδόμενον L* ‖ 34 *αὐτῶν om. C v. l., B* ‖ *τόπων*] *οἴκων τόπων* (*sic*) *L*

1 *praesente *libri*, praepositis *Osenbrüggen* ‖ uenerabilibus V^a ‖ domus *om.* V^1 ‖ 2 deseruitium V^1 ‖ proditione R^1 perditionem T^1 ‖ 3 aut] aut per *R* ‖ 4 imminutas eidem uenerabili *VR*^{1} eidem uenerabili immunitas *T* ‖ 6 constitutorum *V* ‖ 7 et *Beck*] ut *RT* aut *V vulg.* ‖ et aliis *om. R* ‖ 8 *qui] quibus (de quibus T^a) *libri* ‖ 9 eius T^1 ei *R* ‖ coniungitur *VT* ‖ emphyteosis *V*] emphiteosin *RT* ‖ 10 emptionem *T* ‖ 11 competentibus *libri, corr. vulg.* ‖ 13 his] ipsis *R* ‖ qui *vulg.*] quae *libri* ‖ eisdem poenis *V*, *om. RT vulg.*; sub iisdem poenis *Beck* ‖ 15 enphiteoti T^1 emphiteoticus *R* ‖ alicuius *vulg.*] cuius (*om.* T^1) *libri* ‖ 16 competentibus R^1 ‖ 17 adulteri R^1 ‖ 19 quod] quidem *vulg., del. Beck* ‖ 20 non] m̄ *i. e.* mihi *R* ‖ qui ab eo promissus est *Beck*; quod *et* est *del. Heimbach* ‖ 21 emphyteoticis V^2T^1 emphiteoticus *R* ‖ canonem VT^2] canone R^1T^1 canon R^2 ‖ dabimus R^1 ‖ 23 sola *VT*] solo *R* solum *vulg.* ‖ pro praecedenti] procedenti R^1 ‖ 24 locare *V* ‖ 25 rei *om.* R^1 ‖ egi R^1 ‖ deici R^2 ‖ sive] uel T^2, *om.* T^1 ‖ 26 valentem *vulg.* ‖ de emponimatis *V* de epōnematis *R* deponematis T^1 ‖ uenerabilem domum *T* ‖ 28 quidem eum] eum *om. R* ‖ 29 sive] sue *R* ‖ 30 cognosceretur R^a ‖ diffinitiuum *T* ‖ 33 indemnitates *T*

τὸ ἀζήμιον τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις ἐκ τῶν ἐκείνου πραγμάτων περιποιεῖν, μὴ δυναμένου μηδὲ ἐνταῦθα περὶ ἐμπονημάτων τι προτιθέναι.

tatem venerabilibus domibus de eiusdem rebus fieri, non valente neque hic de emponematis aliquid praetendere.

CAPUT IX.

Ταῖς δὲ ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις Ὀδησσοῦ καὶ Τόμεως τῶν πόλεων ἐπιτρέπομεν ἐκποιεῖν πράγματα ἀκίνητα ὑπὲρ τῆς τῶν αἰχμαλώτων ἀναρρύσεως, πλὴν εἰ μὴ ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἱρέσει κτήσεις τινὲς αὐταῖς ἐδόθησαν, ἐφ' ᾧ κατὰ μηδένα τρόπον ταύτας ἐκποιεῖσθαι. καὶ τοῦτο δὲ συγχωροῦμεν, ὥστε τὴν κατὰ τὴν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἄδειαν ἔχειν τοὺς οἴκους τοὺς αὐτῇ προσήκοντας καὶ κειμένους ἐν τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ πόλει πιπράσκειν μὴ ἐπ' ἐλάττονι τιμήματι ἤπερ ἐκ τῶν ἐνοικίων αὐτῶν ἐπὶ πεντήκοντα ἐνιαυτοὺς συνάγεται, ὥστε ἐκ τῆς τούτων τιμῆς ἄλλην πρόσοδον καλλίονα ὠνεῖσθαι. Εἰ δέ τινες οἱῳδήποτε εὐαγεῖ οἴκῳ εἴτε ἐν τῇ βασιλίδι πόλει εἴτε ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κειμένῳ ἀπόρους κτήσεις δωρήσωνται ἢ πωλήσωσιν ἢ ἄλλῳ τρόπῳ παράσχωσιν ἢ καταλείψωσι, κελεύομεν ὑπὲρ τῶν τοιούτων πραγμάτων μηδεμίαν βλάβην ὑπομένειν τὸν εὐαγῆ οἶκον, εἰς ὃν ἡ τοιαύτη κτῆσις περιῆλθεν, ἢ δημοσίων ὀνόματι ἢ ἄλλης οἱασδήποτε αἰτίας χάριν βαρύνεσθαι, ἀλλ' ἅπαν τὸ τοιοῦτο βάρος εἰς τοὺς δεδωκότας καὶ τοὺς αὐτῶν κληρονόμους ἐπανιέναι, ἀναγκαζομένους ἀναλαβεῖν τὰς δεδομένας τοιαύτας κτήσεις καὶ ἀποκαθιστᾶν ἐκ τῆς ἰδίας περιουσίας τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ πᾶσαν ζημίαν ἐκ τοιαύτης αἰτίας αὐτῷ συμβαίνουσαν. εἰ δὲ καὶ τοιοῦτος δόλος ἐν τῷ πράγματι παρακολουθήσειε, ὥστε καί τινα χρήματα ὑπὲρ τούτου τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ δοθῆναι, καὶ ταῦτα κελεύομεν εἰς ἴδιον κέρδος αὐτὸν τὸν εὐαγῆ οἶκον ἔχειν, τὰ ἄπορα δὲ πράγματα τῷ δεδωκότι καὶ τοῖς αὐτοῦ κληρονόμοις παντὶ τρόπῳ ἀποκατασταθῆναι.

Sanctissimas vero ecclesias Odessi et Tomeos civitatum praecipimus alienare res immobiles pro captivorum redemptione, nisi sub hac condicione possessiones aliqui eis dederunt, ut nullo modo has alienent. Et hoc autem concedimus, ut Hierosolymorum sanctissima ecclesia licentiam habeat domos competentes ei et positas in eadem sancta civitate vendere, non in minori pretio quam de pensionibus eis in quinquaginta annis colligitur, ut ex earum pretio alios reditus meliores emat. Si vero quidam cuilibet venerabili domui sive in hac regia civitate sive in provinciis positae steriles possessiones donaverint aut vendiderint aut alio modo concesserint aut dereliquerint, iubemus pro talibus rebus nullam laesionem sustinere venerabilem domum in quam huiusmodi possessiones pervenerunt, aut fiscalium nomine aut alterius cuiuslibet causae gratia praegravari, sed omne huiusmodi onus in dantes et eorum heredes recurrere, necessitatem habentibus recipere datas huiusmodi possessiones et restituere de propria facultate venerabili domui omne damnum quod ex huiusmodi occasione ei contigerit. Si vero et talis dolus in re subsecutus est, ut aliquae pecuniae pro hoc venerabili domui darentur, et eas iubemus in proprium lucrum venerabilem domum habere, steriles vero res ei qui dedit et heredibus eius omni modo restitui.

1 *Πρὸς τούτοις κελεύομεν, ὥστε μηδεμίαν ἀνάγκην ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἢ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσιν*

1 Ad haec iubemus, ut nulla necessitas sanctissimis ecclesiis vel aliis venerabilibus locis tam in regia

c. IX pr. v. 8—14 *summam habet Coll.* 87 *cap.* 16 (*inde app. Nomoc. cap.* 14). — *v.* 15—32 *excitat Nomoc. XIV tit.* 2, 1 *p.* 497 *Pitra, exscripsit Nomoc.*[m] *ib.*; *summarium extat in Epitome* 8, 8 *p.* 330 *Zach., Theodori summa repetitur B* 5, 2, 15 (18 *Fabr.*).

tatem venerabilibus domibus ex illius rebus praestandi, ut ne tum quidem de meliorationibus quidquam proponere possit.

IX. *Sanctissimis autem ecclesiis Odessi et Tomidis civitatum permittimus res immobiles alienare ad captivorum redemptionem, nisi quae forte possessiones ea condicione iis datae sunt, ne ullo modo alienentur. Hoc quoque concedimus, ut sanctissima Hierosolymitana ecclesia facultatem habeat domos ad se pertinentes et in eadem sancta civitate sitas vendendi, non minore tamen pretio quam quantum ex earum pensionibus per quinquaginta annos colligitur, ut ex earum pretio alium reditum meliorem emat. Si qui autem cuicumque venerabili loco sive in regia civitate sive in provinciis sito steriles possessiones donaverint vel vendiderint vel alio modo praestiterint vel reliquerint, iubemus pro eiusmodi rebus nullum damnum subire venerabilem domum ad quam talis possessio pervenit, aut tributorum publicorum nomine vel ob aliam ullam causam gravari, sed eiusmodi onus omne ad eos qui dederunt eorumque heredes redire, qui cogantur recipere traditas eiusmodi possessiones et restituere ex sua substantia venerabili domui omne damnum, quod ex tali causa ei contigit. Quodsi etiam eiusmodi dolus ea in re intercesserit, ut pro eo pecuniae quaedam venerabili domui datae sint, iubemus has quoque in proprium lucrum ipsam venerabilem domum habere, res vero steriles ei qui dedit eiusque heredibus omnibus modis restitui.*
1 *Praeterea iubemus nullam necessitatem sanctissimis ecclesiis vel ceteris venerabilibus locis et in regia*

2 *περιποιεῖν*] fieri ς | *περὶ*] *μηδὲ περὶ B* | 3 *προστιθέναι C v.l., B* || 4 *δὲ om. L* || *Ὀδησσοῦ* (*Iul. cf.* ς)] *ὀδύσσου* (*ὀδυσσοῦ B*) *MLBC Theod.* (*Μυσίας Ath.*) | 7 *προαιρέσει M* | 9 *τὴν κατὰ τὴν M*] *τὴν κατὰ L κατὰ τὴν B, τὴν C* (ς) *fortasse rectius* | 13 *εἴπερ C ὅπερ L* | 16 *ἐν τῇ βασιλίδι*] in hac regia ς | 17 *δωρήσωνται Haloander*] *δωρήσονται MLBC* | *πωλήσωσιν et* 18 *καταλείψωσι L, C v.l., Nomoc.*[m]] *πωλήσουσιν et καταλείψουσι MB, C v.l.* | 20 *ἡ τοιαύτη κτῆσις περιῆλθεν*] huiusmodi possessiones pervenerunt ς | 21 *ἤδη δημοσίῳ* B^c | 22 *ἀλλὰ πᾶν LC Nomoc.*[m] | 24 *ἀναγκαζομένους* — 25 *κτήσεις om. B* || *ἀπολαβεῖν C v.l.* || 26 *ἐκ τῆς τοιαύτης L Nomoc.*[m] | 28 **παρακολουθήσοι libri* | *καὶ om.* ς || 29 *τούτων Nomoc.*[m] | 30 *αὐτὸν om. C* | 32 *τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ C*

1 eisdem *T* | 4 Odessi et Tomeos] omnes seu (eius V^1) yoonomos (economos T^1) *VT vulg.* seu yoonomos R^1 seu et toneos R^2 || ciuitatum — 8 gerosolimorum *scr.* R^2 *in ras.* 2 *vv.* || 5 pro redemptione captiuorum *R* per captiuorum redemptionem *T* pro captiuorum ereptione (ereptione V^2 *in ras.*) *V* | 7 aliquis eis dederit *T* | 8 At *V* | sanctissime ecclesie V^1 | 9 licentiam habeat *om.* RT^1 | domus *RT* | competens *R* | 10 eadem] eadem regione T^a | sanctissima *RT* | in *om. R vulg.* | 11 eis RV^2] eius *T vulg.* •• V^1 | 12 alios *V*] *om. RT vulg.* | meliores redditus *T* | 13 emat *vulg.*] emant *libri* | *rubr.* Si res sterilis aut possessio detur ecclesiis detur eclesiis (*sic*) *R in marg.* | ciuilibus T^1 ex ciuibus T^2 | 15 *sq.* donauerit aut uendiderit *et* concesserit *T* | 16 derelinquerint R^1VT^1 derelinquerit T^2 | 18 qua *RT* | 19 alterius *om.* R^1 | 20 causa *V* | 21 heorum T^1 || recurre R^1 || 24 quod *om.* VR^1 | 25 ei] quod ei *V* quae ei R^1 | continget. sin *V* | in re] in te T^1 iure *V* | 26 ut] aut T^1 | aliquem T^1 quaelibet T^2 | darentur uenerabili domui *T* | 27 eis T^a | 28 res *om. T* | 29 et in heredibus R^1 | omni modo *V*] omnino *RT vulg.* | 34 vel aliis *om. V*

τόποις ἔν τε τῇ βασιλίδι πόλει καὶ ἐν πάσαις ταῖς τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἐπαρχίαις κειμένοις ἐπάγεσθαι κτήσεις ἀπόρους ἢ εὐπόρους ὁπουδήποτε κειμένας ὠνεῖσθαι, ἵνα μὴ εὑρεθῶσι διὰ ταύτην τὴν πρόφασιν καὶ ἃς ἔχουσιν ἀπολλύντες ἢ χρέεσιν ἐνεχόμενοι. εἰ δέ τις βουληθείη πρᾶγμα ἀκίνητον ὀνόματι χρήσεως λαβεῖν παρά τινος τῶν εἰρημένων εὐαγῶν οἴκων (καθὰ καὶ ἀνωτέρω περὶ τῶν εὐαγῶν οἴκων τῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει κειμένων διετυπώσαμεν), μὴ ἄλλως τοῦτο λαμβανέτω, εἰ μὴ ἕτερον εὐθὺς πρᾶγμα δεσποτείας δικαίῳ παράσχῃ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, ἐξ οὗ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα λαμβάνει, τοσαύτην ἔχον πρόσοδον, ὁπόσην ἔχει τὸ πρᾶγμα ὅπερ αὐτῷ δίδοται, καὶ μὴ πλείοσι τελέσμασι βεβαρημένον, ὥστε μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἢ τὸν χρόνον ἐφ᾽ ὃν ἡ δόσις τῆς χρήσεως συνήρεσε (μὴ ὑπερβαίνοντα δηλαδὴ τὴν τοῦ λαμβάνοντος ζωήν) ἑκάτερον πρᾶγμα ἐπ᾽ ἀκεραίῳ καὶ κατὰ δεσποτείαν καὶ κατὰ χρῆσιν εἰς τὸν αὐτὸν εὐαγῆ οἶκον περιελθεῖν. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἀκινήτων πραγμάτων ἐκελεύσαμεν.

civitate quam in omnibus nostrae reipublicae provinciis positis inferatur possessiones steriles aut frugiferas ubilibet constitutas emere, ut non inveniantur per hanc occasionem et quas habent perdere aut debitis obnoxiare. Si vero quis voluerit rem immobilem nomine usus accipere ab aliqua praedictarum venerabilium domorum (secundum quod superius de venerabilibus domibus quae in regia civitate sunt positae disposuimus), non aliter hoc accipiat, nisi aliam mox rem dominii iure praestiterit venerabili domui, a qua eandem rem accepit, tantum habentem reditum quantum habet res quae ei datur, et non maioribus tributis gravatam, quatenus post eius transitum aut tempus, in quo datio usus est placita, non transcendens scilicet eius qui acceperit vitae tempus, utramque rem integro iure et secundum dominium et secundum usum in ipsam venerabilem domum pervenire. Et haec quidem de immobilibus rebus iubemus.

CAPUT X.

Περὶ δὲ τῶν ἱερῶν σκευῶν τῶν διαφερόντων τῇ αὐτῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς βασιλίδος πόλεως ἢ τοῖς ἄλλοις εὐκτηρίοις οἴκοις ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἡμετέρας πολιτείας κειμένοις γενικῶς διατυποῦμεν, ὥστε μὴ ἄλλως ταῦτα πιπράσκεσθαι ἢ ὑποτίθεσθαι εἰ μὴ ὑπὲρ τῆς τῶν αἰχμαλώτων ἀναρρύσεως. εἰ δὲ πλείονα σκεύη ἔν τινι τῶν μνημονευθέντων εὐαγῶν οἴκων εἴη εἰς μηδεμίαν ἀναγκαίαν χρῆσιν ποιοῦντα, καὶ συμβῇ τὸν τοιοῦτον εὐαγῆ τόπον χρέεσι βαρύνεσθαι, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλα κινητὰ πράγματα ἐξ ὧν ὀφείλει τὰ χρέα ἀποδοθῆναι, ἄδειαν αὐτοῖς δίδομεν πράξεως ὑπομνημάτων, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, συνισταμένης τὰ εὑρισκόμενα περιττὰ σκεύη ἢ ἄλλοις εὐαγέσι τόποις χρείαν ἔχουσι πωλεῖν ἢ χωνεύειν καὶ ὁμοίως πιπράσκειν, καὶ τὴν αὐτῶν τιμὴν εἰς τὸ χρέος παρέχειν, ὥστε μὴ τὰ ἀκίνητα πράγματα ἐκποιεῖσθαι.

De sacris autem vasis competentibus sanctissimae maiori ecclesiae regiae civitatis aut aliis venerabilibus oratoriis domibus in qualicumque loco nostrae reipublicae positis generaliter constituimus, ut non aliter haec vendantur aut supponantur nisi pro captivorum redemptione. Si vero sunt plura vasa in aliqua memoratarum venerabilium domorum nullum necessarium usum facientia, et contigerit huiusmodi venerabilem locum debitis adgravari, et non sunt aliae manifestae res de quibus debeant debita reddi, licentiam eis damus gestis monumentorum, sicut superius dictum est, constitutis praedicta superflua vasa aut aliis venerabilibus locis necessaria habentibus vendere aut conflare et similiter vendere et eorum pretium in debitum praebere, ut non immobiles res alienentur.

c. IX § 1 (6 *Εἴ τις βουληθείη .....*) *et c. X. XI* (— 590, 18) *ex B exscripta extant Nomoc.^{dm} XIV tit.* 10, 4.
c. X fere ad verbum citat Nomoc. XIV tit. 2, 2, *exscriptum ex B exhibet Nomoc.^{dm} ib.*

---

civitate et in omnibus rei publicae nostrae provinciis sitis imponi possessiones steriles vel fertiles ubicumque sitas emendi, ne propter hanc causam eveniat ut etiam eas quas habent amittant vel debitis obnoxii fiant. Si quis autem voluerit rem immobilem ususfructus nomine accipere ab aliqua praedictarum venerabilium domuum (quemadmodum supra quoque de venerabilibus domibus quae in regia civitate sitae sunt constituimus), non aliter eam accipiat nisi aliam statim rem dominii iure venerabili domui, a qua illam rem accipit, praestiterit, quae tantum reditum habeat, quantum habet res quae ipsi datur, nec pluribus tributis gravata sit, ut post mortem illius vel tempus in quod usum dari placuit (non excedens scilicet vitam eius qui accepit), utraque res in integrum et dominii et ususfructus iure ad eandem venerabilem domum perveniat. Atque haec quidem de rebus immobilibus praecepimus.

X. *De sacris autem vasis quae ad eandem sanctissimam maiorem ecclesiam regiae civitatis vel ad alias domos oratorias quocumque rei publicae nostrae loco sitas pertinent generaliter constituimus, ne aliter illa veneant vel oppignerentur nisi pro captivorum redemptione. Quodsi plura vasa in aliqua ex memoratis venerabilibus domibus sint quae nulli usui necessario inserviant, et contingat talem venerabilem locum debitis praegravari, neque aliae res mobiles ex quibus debita solvi debeant in promptu sint, facultatem iis concedimus, actis, sicuti supra dictum est, intervenientibus quae esse superflua reperiuntur vasa vel aliis venerabilibus locis quae iis indigent vendendi vel conflandi et similiter vendendi, pretiumque eorum in debitum praestandi, ne res immobiles alienentur.*

---

1 *τόποις*] *γρ. καὶ οἴκοις C Monacensis in mg.* ‖ *ταῖς ἡμετέραις πολιτείαις καὶ ἐπαρχίαις L* ‖ 3 *ἢ*] *καὶ C* ‖ 4 *μὴ om. C* ‖ 6 *ὀνόματι χρήσεως πρᾶγμα ἀκίνητον Nomoc.^{dm}* ‖ *χρέους L* ‖ 8 *καθὰ — οἴκων om. C* ‖ *οἴκων om. L^a* ‖ 9 *διετυπώσαμεν*] *cap.* 2 ‖ 11 *εὐαγῆ M* ‖ 12 *sq. λαμβάνει — πρᾶγμα om. B^c* ‖ 13 *ὅσην Nomoc.^{dm}* ‖ *μὴ — 15 χρόνον om. Nomoc.^{m}* ‖ 15 *ἐφ᾽ οὗ C* ‖ *τῆς om. Nomoc.^{d}* ‖ 17 *ἐπ᾽ ἀκεραίῳ om. L* ‖ *καὶ L C ς Nomoc.^{dm}*] *om. M(B)* ‖ 19 *ἐπελθεῖν Nomoc.^{d}* ‖ 22 *αὐτῇ om. ς, Nomoc.^{dm}* 2, 2 ‖ *ἁγιωτάτῃ om. C v. l.* ‖ 23 *ἄλλοις om. Nomoc.^{m} pr.* 2, 2 ‖ *οἴκοις om. C plerique* ‖ *τόπῳ om. L* ‖ 25 *αὐτὰ πιπράσκειν Nomoc.^{m}* 2, 2 ‖ *ἢ ὑποτίθεσθαι om. C* ‖ 26 *τῆς om. L^a* ‖ 28 *εἰς om. C (certe abest a Monacensi) ς Iul.* ‖ *χρῆσιν ἀναγκαίαν Nomoc.^{m}* 10, 4 ‖ 29 *τόπον εὐαγῆ Nomoc.^{m}* 2, 2 ‖ 30 *ἄλλα om. C v. l.* ‖ *κινητὰ*] manifestae *ς* ‖ 31 *ὀφείλῃ Nomoc.^{m}* 2, 2 ‖ *χρέη Nomoc.^{dm}* 10, 4 ‖ *ἄδειαν αὐτοῖς δίδομεν om. L* ‖ 33 *τὰ εὑρισκόμενα*] praedicta *ς* memorata *Iul.* (i. e. *τὰ εἰρημένα?*) ‖ *περιττὰ*] *περὶ τὰ C unus, Nomoc.^{m}* 10, 4 ‖ *εὐαγέσιν οἴκοις B^c* ‖ 34 *καὶ*] *ἢ B^c, C v. l., ἢ καὶ C unus* ‖ 35 *αὐτὴν Nomoc.^{m}* 2, 2

---

2 inferantur T^1 ‖ frutiferas *V* ‖ 5 obnoxiare V^2 *in ras.* ‖ 6 aliquo *R* ‖ praedictorum R^1 ‖ 8 domibus *om. R* ‖ posite sunt *T* ‖ 9 accipiant *libri, corr. vulg.* ‖ 10 mox *om. R*, rem *om. T* ‖ praestitit *T* ‖ 11 acceperit *T* ‖ tamen $R^1 T^1$ ‖ habentes *T* ‖ 13 grauatum *T* ‖ 14 obitum *T* ‖ in quo] a quo *R*, in quod *Beck* ‖ 15 accepit *R* ‖ 16 integram *T* ‖ 17 dominii *V* ‖ 18 perueniret R^1 ‖ hoc *R* ‖ 21 *rubr.* De sacris uasis cuiusuis ecclesie uel oratorii sub certa forma alienandis *R in marg.* (*cf. Iul.*) ‖ sacrosanctis *T* ‖ 23 oratorii domibus *R vulg.* domibus oratorii *T* ‖ loco nostrae] ēō̄ V^1 ‖ 24 positis R^3 *vulg.*] posite V^1 posite $R^1 V^2 T$ ‖ 25 aliter *om. V* ‖ 26 ereptione *R V* ‖ aliquem *V* aliquo R^1 ‖ 27 memoratorum *V* ‖ 29 domum *T* ‖ debitis agrauari *R* aggrauari debitis *T* ‖ 31 ei *RT* ‖ 32 praedicta] supradicta *V* ‖ 35 non *om.* R^1, *post* res *add.* R^3

CAPUT XI.

Εἰ δὲ παρὰ τὰ διηγορευμένα ἡμῖν τῷ παρόντι νόμῳ συνάλλαγμά τι γένηται ἐπὶ τοῖς διαφέρουσι πράγμασι κινητοῖς τε καὶ ἀκινήτοις ἑνὶ τῶν εἰρημένων εὐαγῶν οἴκων, ἀναδίδοσθαι μὲν τῇ αὐτῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἤτοι τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ τὸ πρᾶγμα ἐφ' ᾧ τοιοῦτό τι παρηκολούθησε μετὰ τῶν τοῦ μέσου χρόνου καρπῶν, μενέτω δὲ παρ' αὐτῇ καὶ τὸ τίμημα ἢ τὸ ἀντίδωρον ἢ τὸ ὑπὲρ ἀμείψεως ἢ ἄλλης οἱασοῦν αἰτίας αὐτῷ δεδομένον. εἰ δὲ ἐμφύτευσις πραχθείη παρὰ τὰ διηγορευμένα ἡμῖν, ἀναδίδοσθαι τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἢ τοῖς εὐαγέσι τόποις τὸ αὐτὸ πρᾶγμα κελεύομεν, καὶ τὸν ἐμφυτευτὴν τὸ πάκτον τελεῖν κατὰ τὴν δύναμιν τῶν ἐμφυτευτικῶν συμβολαίων. εἰ δὲ δωρηθείη πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν ἢ ἑτέρου εὐαγοῦς οἴκου, καὶ αὐτὸ ἀναδίδοσθαι τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἢ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσι τόποις μετὰ τῶν τοῦ μέσου χρόνου καρπῶν, καὶ τοσοῦτον ἕτερον ὅσου ἄξιόν ἐστι τὸ αὐτὸ πρᾶγμα. εἰ δὲ ὑποθήκη παρὰ ταῦτα δοθείη, ὁ δανειστὴς τὸ ἐποφειλόμενον ἀπολλύτω καὶ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα τῷ εὐαγεῖ τόπῳ ἀποδιδότω. τῶν συμβολαιογράφων τῶν θαρρούντων παρὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον τοιούτοις ὑπουργεῖν συμβολαίοις διηνεκεῖ ἐξορίᾳ καταδικαζομένων. Εἰ δέ τι πρὸ τούτου τοῦ νόμου κατὰ τὰς παλαιὰς διατάξεις γέγονε, κελεύομεν τοῦτο πᾶσι τρόποις τὴν ἰδίαν ἔχειν ἰσχύν. πάντα δέ, ὅσα παρὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους γέγονεν, ἀνατραπῆναι θεσπίζομεν, καὶ τὰ πράγματα τὰ παρὰ τὴν δύναμιν αὐτῶν δεδομένα τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις ἀναδίδοσθαι. τοῦ δὲ λοιποῦ κατὰ τὸν παρόντα νόμον πάντα γίνεσθαι διατυποῦμεν, σχολαζουσῶν μετὰ ταῦτα πασῶν τῶν ἄλλων διατάξεων τῶν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις θέμασι πρώην φοιτησασῶν.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ἡ ὑπεροχὴ τοίνυν ἡ σὴ ἅπερ διὰ τοῦ παρόντος νόμου εἰς τὸ διηνεκὲς ἰσχύσοντος ἡ ἡμετέρα ἐθέσπισε γαληνότης ἄτρωτα παραφυλάξαι σπουδασάτω, ἰδίκτων ἐν τοῖς συνήθεσι καὶ μόνον τόποις

Si vero praeter haec quae inserta sunt praesenti legi contractus fiat super competentibus rebus mobilibus et immobilibus uni memoratarum venerabilium domorum, reddi quidem eidem sanctissimae ecclesiae sive venerabili domui rem, super quam tale aliquid subsecutum est, cum medii temporis fructibus, maneat autem apud eam et pretium aut antidorum aut quod pro permutatione aut alia qualibet occasione ei datum est. Si vero emphyteosis agatur praeter haec quae disposita sunt a nobis, reddi sanctissimae ecclesiae sive venerabilibus locis eandem rem iubemus, et emphyteotam secundum quod placitum est dare et pactum finire secundum virtutem emphyteoticalium instrumentorum. Si vero donetur res ecclesiastica aut alterius venerabilis domus, et hanc reddi sanctissimae ecclesiae aut aliis venerabilibus locis cum medii temporis fructibus, et tantum aliud quantum valebat res ipsa. Si vero hypotheca contra haec detur, creditor quod debetur perdat, et res venerabili loco reddatur. Tabellionibus praesumentibus praeter hanc nostram legem talibus ministrare instrumentis perpetuo exilio condemnandis. Si vero aliquid ante hanc legem secundum antiquas constitutiones factum est, iubemus hoc modis omnibus propriam habere virtutem. Omnia vero quae contra antiquas leges facta sunt revocari sancimus, et res quae contra virtutem earum data est venerabilibus domibus reddatur; et de cetero secundum praesentem legem omnia fieri disponimus, vacantibus post haec omnibus aliis constitutionibus quae super talibus casibus dudum loquebantur.

⟨Epilogus.⟩ Eminentia igitur tua quae per praesentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas inconvulsa observare festinet, edicto in sollemnibus et legitimis locis per decem dies

XI. *Quodsi adversus ea quae praesenti lege a nobis constituta sunt contractus aliquis fiat de rebus mobilibus et immobilibus ad unam praedictarum venerabilium domuum pertinentibus, reddatur quidem eidem sanctissimae ecclesiae seu venerabili domui res de qua tale quid contigit cum medii temporis fructibus, maneat autem apud eam etiam pretium vel remuneratio vel quod permutationis aut alterius cuiuscumque causae nomine ei datum est. Quodsi emphyteusis facta sit adversus ea quae a nobis constituta sunt, reddi sanctissimae ecclesiae vel venerabilibus locis eandem rem iubemus, emphyteutamque secundum tenorem emphyteuticorum instrumentorum pactum praestare. Quodsi donata sit res ecclesiastica vel alterius venerabilis domus, et ipsa reddatur sanctissimae ecclesiae vel ceteris venerabilibus domibus cum medii temporis fructibus et alterum tantum quanti eadem res aestimatur. Quodsi hypotheca adversus haec data sit, creditor debitum amittat atque eandem rem venerabili loco reddat. Tabelliones autem qui contra hanc legem nostram eiusmodi instrumentis ministrare ausi sint, perpetuo exilio condemnentur. Si quid vero ante hanc legem secundum veteres constitutiones factum est, id omnibus modis vim suam habere iubemus. Omnia autem quaecumque contra veteres leges facta sunt everti sancimus resque contra tenorem earum datas venerabilibus domibus reddi. In reliquum vero tempus ut secundum praesentem legem omnia fiant constituimus, cessantibus postea ceteris omnibus constitutionibus quae de eiusmodi casibus prius promulgatae sunt.*

Epilogus. Tua igitur sublimitas quae per praesentem legem in perpetuum valituram serenitas nostra sanxit illaesa servare studeat, edictis locis sollemnibus dumtaxat per decem dies propositis, nec

1 *παρὰ τὰ διηγορευμένα ἡμῖν*] praeter haec quae inserta sunt ς (*ἡμῖν om.* M^a) ‖ *τῷ*] *ἐν τῷ* Nomoc.^{m} ‖ 2 *γένηταί τι C, τι om.* ς ‖ 4 *ἀναδίδοσθαι MLB*ς (iubemus reddi *Iul.*)] *ἀναδιδόσθω C* Nomoc.^{m} ‖ *αὐτῇ om. L* ‖ 5 *ἐφ' ὃ C v. l.* ‖ 6 *τι τοιοῦτον* Nomoc.^{dm} ‖ 8 *ἢ post τίμημα om.* B^c ‖ 9 *διδόμενον* LB^c ‖ 11 *ἢ*] *ἤτοι C* ‖ *τόποις*] *οἴκοις ἢ τόποις C Monac.* (*cf. ad* ς) ‖ 12 *καὶ τὸν — 13 συμβολαίων om. L* ‖ *τὸ πάκτον* (*ῥάκτον C, cf. ad* 579, 27) *τελεῖν*] secundum quod placitum est dare et (*i. e. καθάπερ συνήρεσε διδόναι καί?*) pactum finire ς ‖ 15 *αὐτὸ*] *τὸ αὐτὸ* B^c ‖ *τῇ*] *τῇ αὐτῇ L* ‖ *ἁγιωτάτῃ* L^a*BC* Nomoc.^{m}ς] *ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ* ML^b ‖ 16 *εὐαγέσιν οἴκοις L* Nomoc.^{dm} ‖ 17 *ὅσον* (*οσ•* Nomoc.^{d} *pr.*) *L* Nomoc.^{d}, *C v. l.* ‖ 20 *αὐτὸ om. C*ς ‖ *ἀναδιδότω C v. l.* ‖ 23 *εἴ τι δὲ C* ‖ 24 *διαστίξεις L* ‖ 27 *τὰ πράγματα τὰ — 28 δεδομένα — ἀναδίδοσθαι*] res — data — reddatur ς ‖ *τὰ παρὰ*] *τὰ om. C* ‖ 29 *νόμον om. B* ‖ 32 *φοιτησάντων* L^a ‖ 34 *ἰσχύσαντος C v. l.* ‖ 36 *ἰδίκτων L* edicto ς ‖ *μόνον MC*] *μόνων L* legitimis (*i. e. νομίμοις*) ς

1 *rubr.* Quibus penis subitiatur qui praesentem constitutionem uiolauerit *R in marg.* (*ex Iul.*) ‖ 2 legi *vulg.*] lege *RVT* ‖ rebus *om. V* ‖ 5 qua *T, Beck* ‖ tale — 7 apud *scr.* R^2 *in ras.* 1 *vs.* ‖ 6 fructibus temporis *T* ‖ 7 autem] aut *V* ‖ eum R^2T ‖ antidotorum T^3 antidorum torum T^1 ‖ 8 aut alia] aliqua (*om.* aut) *VT* ‖ 9 ei *om.* T^1 ‖ 11 locis *T*] domibus *RV* ‖ 12 emphiteoticam *R* ‖ 13 secundum uirtute T^1 •••••tem V^1 ‖ 16 sanctissima ecclesia V^1 ‖ 18 res ipsa ualebat *T* ‖ *ypotheceo *RVT* hypothecae *vulg.* ‖ 19 detur *RV*] dentur *T vulg.* ‖ quod ei debetur *T vulg.* ‖ 20 reddantur *T* ‖ 21 praesentibus *V* ‖ 22 ministrare] ministratur re R^1 ‖ 25 uirtutem habere *R vulg.* ‖ 25 *rubr.* De ui et potestate constitutionis inperatorum (*sic, leg.* in tempore) *R in marg.* (*ex Iul.*) ‖ 26 antiquas leges antiquas R^1 ‖ reuocare *T* ‖ 27 contra] contra hec T^1 : uirtute (uirtutea *pr.*) T^1 ‖ 28 uenalibus V^1 ueneralibus V^2 ‖ 29 disposuimus *T* ‖ 30 uocantibus V^1 ‖ post haec] praeter haec *RV* post hanc T^1 post hac T^2 *vulg.* ‖ 31 casibus *om. R* ‖ 34 legem *om. R*

ἐπὶ δέκα ἡμέρας προστιθεμένων, καὶ μηδενὸς ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας ἐν ταῖς ἐπαρχίαις στελλομένου. ἡμεῖς γὰρ προνοοῦμεν, ποίῳ τρόπῳ δίχα τῆς τῶν συντελεστῶν βλάβης πᾶσιν ἡ παροῦσα ἡμῶν γενικὴ διάταξις ἐμφανὴς καταστaίη.

Dat. VII. id. Mai. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XVIII. post cons. Basilii vc. anno III. [*a.* 544]

proposito et nullo pro tali occasione in provinciis destinando. Nos enim providimus, quali modo sine collatorum laesione omnibus praesens nostra generalis constitutio manifesta fiat.

Dat. VII. id. Mai. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XVIII. pc. Basilii vc. anno III.

ΡΚΑ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΑΣ ΜΕΡΙΚΑΣ ΚΑΤΑΒΟΛΑΣ ΤΩΝ ΤΟΚΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΔΙΠΛΑΣΙΟΝ ΛΟΓΙΖΕΣΘΑΙ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἀρσιλίῳ ἄρχοντι Ταρσοῦ.

⟨Προοίμιον.⟩ Βουλευτὰς δεομένους ὁρῶντες φειδόμενοί τε αὐτῶν εἰκότως τὰς κατὰ τῶν ἡμετέρων νόμων τέχνας καὶ σεσοφισμένας ὁμολογίας κρατεῖν οὐ συγχωροῦμεν.

CAPUT I.

Ἐδίδαξαν γὰρ Εὐσέβιος καὶ Ἀφθόνιος τὸ ἡμέτερον κράτος ἔγγονοι Δημητρίου γενέσθαι τεχθέντες ὑπὸ Παλλαδίου τοῦ Δημητρίου παιδός, ἐποφλῆσαι δὲ Δημήτριον Ἀρτεμιδώρῳ πεντακοσίους χρυσοῦς κατὰ δανείσματος πρόφασιν καὶ ἐπερωτηθῆναι καὶ τόκον, καὶ ἔναγχος θεῖον πορίσασθαι τύπον τὸν βουλόμενον, εἰ διπλάσιον καταβληθῇ τὸ ὄφλημα, μηδεμίαν εἶναι κατ' αὐτῶν εἴσπραξιν κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους· τοὺς δὲ Ἀρτεμιδώρου τοῦ δανειστοῦ διαδόχους Ἐπίμαχόν τε καὶ Ἀρτέμωνα φῆσαι ψεύσασθαι αὐτοὺς ἐν τῇ δεήσει καὶ μὴ δεῖν τῆς ἡμετέρας τυχεῖν βοηθείας, οὐδὲ γὰρ πεπληρῶσθαι τὸ ὄφλημα, ἀλλὰ μόνους ϡμθ' καταβεβλῆσθαι χρυσοῦς. Παλλάδιον γὰρ οἱ ἱκέται φασὶ τὸν αὐτῶν πατέρα ἅμα Παύλῳ καὶ Δημητρίῳ τῷ αὐτοῦ πατρὶ ωξζ' καταβαλεῖν χρυσοῦς, Ἀρτέμωνα δὲ καὶ Πρισκιανὴν τοὺς Ἀρτεμιδώρου παῖδας προγόνους τε Ἐπιμάχου καὶ Ἀρτέμωνος φῆσαι τὴν κατὰ μέρος καταβολὴν μὴ προσάψασθαι τοῦ κεφαλαίου, ἀλλὰ πάντα εἰς τόκον λογίζεσθαι βούλεσθαι (ταῦτα δὲ καὶ ψῆφον τοῦ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος λέγειν), καὶ διὰ τοῦτο ἀπαιτῆσαι Παλλάδιον ἀντὶ τῆς προτέρας τῶν πεντακοσίων νομισμάτων δανειακῆς συγγραφῆς ἑτέραν χρυσῶν ἑξακοσίων· καταβαλεῖν δὲ καὶ αὐτοί φασι διαφόρως Παλλάδιον μὲν οβ' χρυσοῦς, Εὐσέβιον δὲ καὶ Ἀφθόνιον δέκα,

Nov. CXXI Graece tantum extat in ML. — Epit. Theod. 121 (*inde B* — B^2 23, 3, 78), *Athan.* 17, 3 (*cf. etiam Ecloga privata aucta* 11, 8 *p.* 32 *Zach.*). *Appendix Iuliani p.* 196 *Haenel.*

---

ullo propter hanc causam in provincias misso. Nos enim providemus, quomodo sine collatorum damno omnibus praesens nostra generalis constitutio manifesta fiat.

CXXI.

UT QUAE PER PARTES FIUNT USURARUM SOLUTIONES IN DUPLUM COMPUTENTUR.

Imperator Iustinianus Augustus Arsilio praesidi Tarsi.

Praefatio. Cum curiales nobis supplicare videamus iisque consulamus, merito artes legibus nostris contrarias et concessiones per fraudem excogitatas valere non patimur.

I. Docuerunt enim Eusebius et Aphthonius potentiam nostram, se nepotes Demetrii esse ex Palladio Demetrii filio natos, Demetrium autem ab Artemidoro debiti nomine quingentos aureos mutuatum esse et usuras quoque stipulatum, atque nuper se sacram sanctionem impetrasse, quae si duplum debiti solutum sit, nullam adversus eos exactionem esse secundum leges nostras iuberet; Artemidori autem creditoris successores Epimachum et Artemonem dixisse, mentitos se esse in precibus suis neque auxilio nostro potiri debere: neque enim debito satisfactum, sed solos nongentos quadraginta novem aureos solutos esse. Palladium enim supplices dicunt ipsorum patrem una cum Paulo et Demetrio patre eius octingentos sexaginta septem aureos solvisse, Artemonem vero et Priscianam Artemidori liberos, Epimachi et Artemonis avos, dixisse solutionem per partes factam sortem non attigisse, sed omnia in usuras computari velle (idem autem sententiam quoque praesidis provinciae dicere), et propterea a Palladio pro priore quingentorum aureorum feneraticia cautione alteram sescentorum aureorum exegisse; iam se ipsos quoque dicunt diversis temporibus Palladium septuaginta duos, Eusebium et Aphthonium decem aureos solvisse, ut inde

---

1 *δέκα — ὑπὲρ om. L* ‖ *προστιθεμένων* (*προσκαθημένων unus*) *C*, proposito ϛ ‖ 2 *στελλομένων L συστελλομένου C v. l.* ‖ 4 *συντελεστῶν C*ϛ] *ὑπηκόων συντελεσθέντων ML ὑπηκόων συντελεστῶν τε cum Haloandro vulg.* ‖ 6 VII (σII *Iul.*[b] IV *C unus*) id. mai. *M C*ϛ *Iul.*[b]] id. Iun. *Ath. μηνὶ ἰουλλίῳ Theod.* ‖ CP. — XVIII.] conp. imp. donn. iustiniano ag. ann. XCIIII *Iul.*[b] cp. imp. dn. iust. pp. cog. an. XIII ϛ *cod.* cp. imp. dn. anno XVIII (XVII *v. l.*) *C* cp. dn. iust. pp. aug. *M βασιλείας Ἰουστινιανοῦ* (*τὸ ιη' add. Fabrotus*) *Ath. ἰνδ. ζ Theod.* ‖ 7 post consulat. (osulat. *i. e.* 9sulat. *libri*) basilio an. III *C* pc. bas. vc. an. II ϛ *cod.* basilio uc. conss. *M μετὰ τὴν ὑπατείαν Βασιλείου τὸ γ' Theod. τὸ γ' μετὰ τὴν ὑπατείαν Βασιλείου Ath.* cons. XIIII. (*antea spatio vacuo relicto*) *Iul.*[b] ‖ 9 *rubr. Περὶ — λογίζεσθαι* (*καταλογίζεσθαι L*) *ML app. Iul.*] *Ἀντιγραφὴ ἑρμηνεύουσα τὴν ἑρπὴν* (*l. ἔρψιν?*) *τῶν τόκων Ath. Περὶ τόκων Theod.* ‖ 11 *ἀρσιλλίω M app. Iul.*] *Ἀρσίμῳ Ath. βασι*λ' *i. e. βασιλίω L* ‖ 15 *παλαδίου L* (*et sic infra*) ‖ *χρυσοὺς libri fere constanter* ‖ 16 *τύπον*] *Nov. CXXXVIII* (*cf. Zachariae in editione Novell. I p.* 5 *not.* 4) ‖ 17 *νόμους*] *Cod.* 4, 32, 27. 8, 40, 29 ‖ 18 *ἀρτεμιδώρω L*[a] ‖ *ἀρτέμονα M* (*et sic semper*) ‖ 19 *μὴ δεῖν M*] *μηδὲν L* ‖ *μόνους om. M* ‖ 20 *γὰρ ML*[a]] *μὲν γὰρ L*[b] ‖ 25 * *καὶ αὐτοί* (*nisi malis καὶ αὖθις*)] *καὶ αὐτῷ ML* (*καὶ αὐτοῖς malit Zachariae*)

---

1 praeposito *R* ‖ 2 enim *om. R* ‖ praeuidimus *R* providemus *vulg.* ‖ 3 nostra *om. T* ‖ 6 *subscriptionem unus praestat cod. Escorialensis, ubi praescribitur constitutioni CXVI* (= *nov. CXXV*) *inter extravagantes positae* ‖ iust. pp. cog. an. XIII. pc. bas. vc. an. II. *Escor.*

ὡς ἐντεῦθεν συνάγεσθαι τὴν τῶν ϡμθ' νομισμάτων ποσότητα· τὸν δὲ τῆς ὑποθέσεως ἀκροασάμενον, οὐκ ἐντεθυμημένον μίαν εἶναι τοῦ παντὸς ἐγκλήματος αἰτίαν, μὴ προσδέξασθαι αὐτούς, ἀλλὰ βουληθῆναι καταδικάσαι αὐτοὺς τοὺς ἑξακοσίους χρυσοῦς τοῦ κεφαλαίου. καὶ ᾔτησαν ταύτης ἐκβληθῆναι τῆς ἀνάγκης, καὶ συλλογιζομένου τοῦ παντὸς ὀφλήματος τῶν πεντακοσίων χρυσῶν, εἰ καταβάλοιεν τοὺς πεντήκοντα καὶ ἕνα τοὺς λειπομένους εἰς τὴν τῶν χιλίων νομισμάτων ποσότητα, τοῦ τε παντὸς ὀφλήματος ἀπηλλάχθαι ἀναλαβεῖν τε τὴν δανειακὴν συγγραφὴν τῶν χ' χρυσῶν.

CAPUT II.

Τῶν τοίνυν ἡμετέρων νόμων μηδὲν ὑπὲρ τὸ διπλάσιον καταβάλλεσθαι βουλομένων καὶ ταύτην ἐχόντων πρὸς τοὺς ἔμπροσθεν διαφοράν, ὅτι οἱ μὲν ἵστων μέχρι τοῦ διπλασίονος τὰ χρέα, εἰ μηδεμία γέγονε καταβολή, ἡμῶν δὲ καὶ τὰς μερικὰς καταβολὰς λύειν τὰ ὀφλήματα δεξαμένων, εἴπερ ἄχρι τοῦ διπλασίονος γένοιντο, θεσπίζομεν κατὰ τοῦτο γίνεσθαι τὸν συλλογισμόν, καὶ ὅσον ἂν εἰς τοὺς χιλίους ἐλλείποι χρυσοῦς, τοῦτο αὐτοὺς καταβάλλοντας ἀναλαβεῖν καὶ τὴν τῶν χ' νομισμάτων δανειακὴν συγγραφήν, ὥστε μὴ πολλαπλάσιον ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας εὑρεθῆναι τὸ χρέος ἀπαιτούμενον.

⟨*Ἐπίλογος.*⟩ *Ἡ τοίνυν σὴ μεγαλοπρέπεια τὰ παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ δηλούμενα τύπου ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω, τῆς τε παρὰ ταῦτα γινομένης ἑρμηνείας ἐν ταῖς ψήφοις, ὧν οἱ ἱκέται μέμνηνται, σχολαζούσης, πάντων τε τῶν κατὰ συναρπαγὴν καὶ ἐκ μιᾶς μοίρας παρὰ τὸν νόμον πεπραγμένων ἢ πραχθησομένων ἀργούντων.* Divinitas te servet per multos annos, frater iucundissime. Dat. XVII. k. Mai. CP. Belisario vc. cons. [a. 535]

$\overline{\text{PKB}}$

ΙΔΙΚΤΟΝ ΠΕΡΙ ΔΙΑΤΥΠΩΣΕΩΣ ΤΕΧΝΙΤΩΝ.

⟨*Προοίμιον.*⟩ *Ἔγνωμεν ὡς μετὰ τὴν παίδευσιν τὴν κατὰ φιλανθρωπίαν τοῦ δεσπότου θεοῦ γενομένην οἱ τὰς πραγματείας καὶ τὰς μεθοδείας μετερχόμενοι καὶ οἱ διαφόρων τεχνῶν καὶ οἱ περὶ τὴν γῆν ἐργάται, ἔτι γε μὴν καὶ οἱ ναῦται, ὀφείλοντες μᾶλλον καλλίονες γενέσθαι, εἰς πλεονεξίαν δεδώκασι, καὶ διπλασίονας καὶ τριπλασίονας τιμάς τε καὶ μισθοὺς παρὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν ἐπιζητοῦσι.*

CAPUT I.

Συνείδομεν τοίνυν διὰ θείου ἰδίκτου πᾶσιν ἀπαγορεῦσαι τὴν τοιαύτην πλεονεξίαν, καὶ μηδένα τοῦ λοιποῦ τολμᾶν πραγματευτὴν ἢ ἐργάτην ἢ τεχνίτην ἐξ οἱασδήποτε μεθόδου ἢ ἐμπορίας ἢ γεηπονίας πλείονα

Nov. CXXII Graece tantum extat in M f. 394ʳ *in appendice Edictorum Iustiniani sexto loco posita, in serie novellarum omittitur* (*ἡ δὲ ρκβ' οὐχ εὑρέθη schol. M in marg.*). *Fuisse eam in B* 55, 14, 4 *testantur Tipucitus, index Coislinianus, index Reginae* (*βι'. τῶν βασιλικῶν νε' τί. ιδ' ἡ ὅλη νεαρά adnot. in marg. L*). — *Epit. Theod.* 122 (*inde L*), *Athan.* 21, 3.

---

nongentorum quadraginta novem aureorum summa conficiatur; cum vero, qui de eo negotio cognovisset, cum non considerasset unam esse totius accusationis causam, se non admisisse, sed in sortem sescentorum aureorum condemnare voluisse. Itaque petierunt ut hac necessitate exuerentur, et computato toto debito quingentorum aureorum, si unum et quinquaginta solverent qui reliqui essent ad mille solidorum quantitatem, et a toto debito liberarentur et feneraticiam cautionem sescentorum aureorum reciperent.

II. *Itaque quoniam leges nostrae nihil supra duplum solvi volunt, eamque a prioribus discrepantiam habent, quod illae quidem debita usque ad duplum sistebant, si nulla solutio facta esset, nos autem eas quoque solutiones quae per partes fiant debita solvere permisimus, siquidem usque ad duplum perveniant, sancimus ut secundum hoc fiat computatio, atque illi si quantum reliqui sit ad mille aureos solvant etiam feneraticiam sescentorum aureorum cautionem recipiant, ne ex hac causa eveniat ut multiplicatum debitum exigatur.*

Epilogus. Magnificentia igitur tua quae nobis placuerunt et per hanc sacram pragmaticam sanctionem declarantur ad opus et effectum adducere studeat, ut et interpretatio contra haec prolata in sententiis, quarum supplices meminerunt, abiciatur, et omnia quae per obreptionem et ab una parte adversus legem acta sunt vel agentur cessent. Divinitas te servet per multos annos, frater iucundissime.

CXXII.

EDICTUM DE CONSTITUTIONE ARTIFICUM.

Praefatio. Cognovimus post castigationem quae secundum domini dei clementiam contigit eos qui negotiationes et artificia exercent et diversarum artium opifices et agricultores nec non nautas, cum potius meliores fieri deberent, avaritiae se dedisse, et duplicia atque triplicia pretia mercedesque contra veterem consuetudinem exigere.

I. *Placuit igitur nobis per sacrum edictum omnibus eiusmodi avaritiam interdicere, neve ullus in posterum negotiator aut agricola aut artifex ex quacumque arte vel negotiatione vel agricultura*

---

1 *τῶν L*] *om. M* ‖ *ἐνακοσίων τεσσαράκοντα ἐνέα L* ‖ 4 *καταβάλοιεν Haloander*] *καταβάλοι ML, καταβάλλοιεν cum Scrimgero vulg.* ‖ *ἕνα Scrimger*] *ἐκ M ἓν L* ‖ 5 *λιπομένους L* ‖ 7 *νόμων*] *Cod.* 4, 32, 27; *nov. CXXXVIII* ‖ 8 *οἱ μὲν*] *Cod.* 4, 32, 10 ‖ 9 *εἴπερ L*] *ἅπερ M, αἵπερ Zachariae* ‖ 10 *τοῦτον ML, corr. Haloander* ‖ 11 *τοῦτο αὐτοὺς Zachariae*] *τοὺς αὐτοὺς ML* ‖ 14 *τε M*] *δὲ L* ‖ *γενομένης Haloander* ‖ 16 *clausulam latinam cum subscr. om. L* ‖ 17 XVII *M Ath.*] XVIII *app. Iul.* ‖ maias *om. Iul.*ʷ ‖ bilisario uc. cons. (uc. *om. Iul.*ʷ, cons. *om. Iul.*ᵇ) *app. Iul.* bilisar. uc. conss. *M ὑπατείας Βελισαρίου Ath.* ‖ 19 *rubr. Ἴδικτον* (*Ἔδικτον L, om. B*) *περὶ διατυπώσεως τεχνιτῶν Theod.* (*L*) *B*] *Ἴδικτον τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότου ἰουστινιανοῦ M Ὥστε τοὺς πραγματευτὰς καὶ τεχνίτας καὶ γεηπόνους καὶ ναύτας καὶ πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα κατὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν λαμβάνειν καὶ διδόναι, ὡς ἦν πρὸ τοῦ θανατικοῦ* [*i. e. ante pestem anni* 541, *cf. Theophanes chronogr. ad Iustiniani annum XV.*], *καὶ μηδὲν πλέον Ath.* ‖ 20 *παίδευσιν*] *i. e. τὸ θανατικόν, cf. Ath.* ‖ 25 *οἱασδήποντε M* ‖ *μεθοδείας malit Zachariae sine causa*

τῆς παλαιᾶς συνηθείας ἐπιζητεῖν τιμήματα ἢ μισθούς. κελεύομεν ⟨δὲ⟩ καὶ τοὺς τὰς μετρήσεις τῶν οἰκοδομικῶν καὶ γεωργικῶν καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ποιοῦντας μηδὲν πλέον λογίζεσθαι τοῖς ἐργαζομένοις, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν φυλάττειν. ταῦτα δὲ παραφυλάττειν κελεύομεν καὶ τοὺς ἐπιτάττοντας οἱαδήποτε ἔργα ἢ καί τινα εἴδη ὠνουμένους· οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς ἐξεῖναι πλέον τοῦ ἔθους τοῦ διατεταγμένου παρέχειν συγχωροῦμεν. γινωσκόντων τῶν πλέον τι τῆς παλαιᾶς συνηθείας ἐπιζητούντων, ὡς τριπλασίονα ποσότητα εἰσκομίσαι τῷ δημοσίῳ ἀναγκασθήσονται, εἰ παρὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς διατεταγμένον λαβόντες ἢ δεδωκότες φανείησαν.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ταῦτα δὲ ζητεῖσθαι καὶ ἐκδικεῖσθαι κελεύομεν παρά τε τῆς σῆς ὑπεροχῆς καὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου ταύτης τῆς εὐδαίμονος πόλεως. βουλόμεθα γὰρ δι' ὑμῶν τοὺς παραβαίνοντας ταύτην ἡμῶν τὴν διατύπωσιν ἀπαιτεῖσθαι τὴν ὁρισθεῖσαν ποινὴν καὶ τιμωρίαις ὑποβάλλεσθαι· ποινῆς ἐπικειμένης πέντε χρυσίου λιτρῶν ταῖς πειθομέναις ὑμῖν τάξεσιν, εἴ τι τῶν παρ' ἡμῶν διατεταγμένων ἀμεληθείη.

Dat. x. k. Apr. CP. ⟨imp.⟩ dn. Iustiniani pp. Aug. anno XVII. post cons. Basilii vc. anno III. [a. 544]

ΡΚΓ

ΠΕΡΙ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Πέτρῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων.

⟨Προοίμιον.⟩ Περὶ διοικήσεως καὶ προνομίων καὶ ἄλλων διαφόρων κεφαλαίων εἰς τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας καὶ τοὺς ἄλλους εὐαγεῖς οἴκους ἀνηκόντων ἤδη τινὰ διετυπώσαμεν, ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος τὰ περὶ τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν πρώην ἐν διαφόροις διατάξεσι διατυπωθέντα μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως τῷδε περιλαβεῖν τῷ νόμῳ συνείδομεν.

CXXIII. Auth. CXXXIV. Coll. IX tit. 15

R DE SANCTISSIMIS ET DEO AMABILIBUS ET REVERENTISSIMIS EPISCOPIS ET CLERICIS ET MONACHIS R

Imp. Iustinianus Aug. Petro gloriosissimo pp.

⟨Praefatio.⟩ De gubernatione et privilegiis aliisque diversis capitulis ad sanctissimas ecclesias et alias venerabiles domos pertinentibus iam quaedam disposuimus, super sanctissimis autem episcopis et clericis et monachis dudum in diversis constitutionibus disposita cum competenti correctione hac comprehendere lege perspeximus.

Nov. CXXIII (Authent. CXXXIV = Coll. IX tit. 15: gloss.) Graece extat in M et cum nov. CXXXVII contaminata in L, cap. 2 § 1 — 32 in B 3, 1, 9—16. 20—33. 35—48, cap. 34 — 44 in B 4, 1, 2—16. Maxima pars novellae quamvis passim contracta et immutata habetur in Collectione LXXXVII capitulorum 25—87 (= S; inde pleraque repetuntur diverso ordine disposita in Nomocanone L titulorum eiusve appendice), particulae in Epanagoge 9—10 (vid. infra). — Epit. Theod. 123, Athan. 1, 2 (inde Coll. const. eccl. III 1, 2; A f. 184v in parte tituli primi inter novellae CXXXI c. 4 et 5 inserta). Iulian. const. CXV (qui exemplum Graecum non tam excerpsit quam expressit).

Prooemii (novellae V praemissi) translationem latinam a vulgata diversam in appendice collectionis canonum Dionysio-Hadrianae exhibent codices aliquot saeculi IX. et X. (cf. Maassen Sitzungsberichte der k. Akad. der Wissensch. Wien 1860 p. 91 n. 4), primi ediderunt Pithoei fratres in Obss. ad Cod. et Nov. (Paris. 1689) p. 693.

---

maiora quam secundum veterem consuetudinem pretia mercedesve exigere. Iubemus autem eos quoque qui aedificiorum et agrorum colendorum aliorumque operum mensuras faciunt nihil amplius operariis imputare, sed ipsis quoque antiquam consuetudinem servare. Atque haec eos quoque observare iubemus, qui qualiacumque opera imperant vel etiam species quasdam redimunt: quibus ne ipsis quidem ut plus quam more constitutum est praestare liceat permittimus. Sciant autem qui quicquam amplius quam vetus consuetudo fert exigunt, se triplicem quantitatem fisco inferre coactum iri, si contra id quod ab initio constitutum erat eos accepisse vel dedisse appareat.

Epilogus. Haec autem examinari atque vindicari iubemus et a tua sublimitate et a gloriosissimo praefecto huius felicis urbis. Per vos enim ab iis qui hanc nostram constitutionem violaturi sint multam definitam exigi eosque poenis subici volumus; cum officiis quae vobis apparent quinque librarum auri poena immineat, si quid eorum quae a nobis constituta sunt neglectum fuerit.

CXXIII.

DE DIVERSIS CAPITIBUS ECCLESIASTICIS.

Idem Augustus Petro gloriosissimo magistro sacrorum officiorum.

Praefatio. De administratione et privilegiis aliisque diversis capitibus quae ad sanctissimas ecclesias aliasque venerabiles domos pertinent iam quaedam constituimus, in praesentia autem ea quae de religiosissimis episcopis et clericis et monachis in diversis constitutionibus antea disposita sunt, cum idonea emendatione hac lege comprehendere placuit.

---

1 δὲ *add. Scrimger* | 4 εἴδη *M (cf. nov. CXXVIII c.* 1. 2. 3. 9. 15. *CXXX c.* 1. 2. 3)] ἤδη *cum Scrimgero vulg.* | 12 *subscr.* d. II. k. apr. cp. dn. iust. pp. aug. post bilisario uc. cons. *M*: ἐγράφη πρὸ ι' καλανδ. Ἀπριλ. βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ιζ' ὑπατείας Βασιλείου τὸ γ' *Ath., unde subscriptionem restituit Zachariae* | 14 *rubr.* Περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν *Ath. Theod. (cf.* ς *et infra v.* 24) Περὶ τῶν τὰ ψηφίσματα τῶν ἐπισκόπων ἐπιδιδόντων ὅπως χρὴ γίνεσθαι *S* | 18 μαγίστρῳ τῶν θείων (ἡμῶν *add. L*) ὀφφικίων *ML*] ἐπάρχῳ πραιτωρίων *Ath.* ς, *Gregorius Magnus Epist.* 13, 45 *II p.* 1252 *ed. Benedict. Exemplar constitutionis ad Petrum praef. praet. missum fuisse M confirmat in fine novellae* | 21 ἄλλων διαφόρων κεφαλαίων *LS*ς *Iul.*] διαφόρων κεφαλαίων ἄλλων *M* | 22 ἤδη μέν τινα *S* | 23 διετυπώσαμεν] *nov. CXXXI* | ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος τὰ περὶ] τὰ δὲ περὶ *sola legisse videtur* ς | 25 διατάξεσι] *cf. nov. VI. V al.*

---

14 sanctissimis *cit. Gregor. ep.* 13, 45] sanctissimis episcopis *libri, vulg.* | 15 et] ac *Gregor.* | 16 episcopis et clericis *Gregor.*] episcopis et de clericis *V* et clericis *R* clericis *T vulg.* | 17 R L·XL·II· *(sic) T* | 18 pp.] praefecto *VT* p. *R* | 25 cum *om. T* | correptione *R* | hanc *V*

CAPUT I.

Θεσπίζομεν τοίνυν, ὁσάκις ἂν χρεία γένηται ἐπίσκοπον χειροτονηθῆναι, τοὺς κληρικοὺς καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, ἧς μέλλει ὁ ἐπίσκοπος χειροτονεῖσθαι, ἐπὶ τρισὶ προσώποις ψηφίσματα ποιεῖν προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων κινδύνῳ τῶν ἰδίων ψυχῶν [καὶ ἕκαστον αὐτῶν ὀμνύναι κατὰ τῶν θείων λογίων, καὶ ἐγγράφειν ἐν αὐτοῖς] λέγοντας ἐν αὐτοῖς τοῖς ψηφίσμασιν, ὅτι οὔτε διά τινα δόσιν οὔτε διὰ ὑπόσχεσιν ἢ φιλίαν ἢ δι' ἄλλην οἱανδήποτε αἰτίαν, ἀλλ' εἰδότες αὐτοὺς τῆς ὀρθῆς καὶ καθολικῆς πίστεως καὶ σεμνοῦ εἶναι βίου [καὶ ὑπὲρ τὸ τριακοστὸν ἔτος] καὶ γράμματα εἰδέναι τούτους ἐπελέξαντο, καὶ ὅτι οὔτε γαμετὴν οὔτε παῖδάς τις ἐξ αὐτῶν ἔχει, οὐδὲ παλλακὴν ἢ παῖδας φυσικοὺς γινώσκουσιν αὐτὸν ἐσχηκέναι ἢ ἔχειν, ἀλλ' εἰ καὶ πρότερον γαμετήν τις ἐξ αὐτῶν ἔσχε, καὶ αὐτὴν μίαν καὶ πρώτην καὶ οὐδὲ χήραν οὐδὲ ἀνδρὸς ἀποζευχθεῖσαν οὐδὲ τοῖς νόμοις οὐδὲ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἀπηγορευμένην· ἀλλ' οὐδὲ βουλευτὴν ἢ ταξεώτην τοῦτον εἶναι γινώσκουσιν, ἢ εἴπερ βουλευτικῇ ἢ ταξεωτικῇ ὑπέκειτο τύχῃ, ἴσασιν αὐτὸν ἐν μοναστηρίῳ οὐχ ἧττον δεκαπέντε ἐνιαυτῶν μοναχικὸν βίον ἐκτελέσαντα.

1 καὶ τοῦτο δὲ τοῖς ψηφίσμασι δεῖ ἐντίθεσθαι, ὅτιπερ οὐχ ἧττον ἢ τριάκοντα πέντε τῆς ἡλικίας ἐνιαυτοὺς ἔχειν τὸ ἐπιλεγὲν παρ' αὐτῶν πρόσωπον γινώσκουσιν ἵνα ἐκ τῶν τριῶν προσώπων, ὑπὲρ ὧν τὰ τοιαῦτα ψηφίσματα γέγονεν, ὁ βελτίων χειροτονηθῇ τῇ ἐπιλογῇ καὶ τῷ κινδύνῳ τοῦ χειροτονοῦντος. τὸν δὲ βουλευτὴν ἢ τὸν ταξεώτην τὸν (ὡς εἴρηται) ἐπὶ δεκαπέντε ἐνιαυτοὺς ἐν μοναστηρίῳ διαγαγόντα καὶ εἰς ἐπισκοπὴν προαχθέντα ἐλεύθερον εἶναι τῆς ἰδίας τύχης, οὕτω μέντοι ἵνα ἐλευθερωθεὶς τῆς βουλῆς τὸ τέταρτον μέρος τῆς ἰδίας περιουσίας ἑαυτῷ παρακατάσχῃ, τῶν ὑπολοίπων αὐτοῦ πραγμάτων κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον τῇ βουλῇ καὶ

Sancimus igitur, quotiens opus fuerit episcopum ordinare, clericos et primates civitatis, cuius futurus est episcopus ordinari, mox in tribus personis decreta facere propositis sacrosanctis evangeliis periculo suarum animarum dicentes in ipsis decretis, quia neque propter aliquam donationem neque propter promissionem aut amicitiam aut propter aliam quamlibet causam, sed scientes eos rectae et catholicae fidei et honestae vitae esse ⟨et⟩ litteras nosse hos elegerunt, et quia neque uxorem neque filios aliquis eorum habet, neque concubinam aut filios naturales cognoscunt eum habuisse aut habere, sed et si prius uxorem aliquis ex eis habuit, et ipsam unam et primam et neque viduam neque viro coniunctam nec legibus aut sacris canonibus interdictam; sed neque curialem aut officialem hunc esse cognoscunt, aut si curiali vel officiali subiacet fortunae, sciunt eum in monasterio non minus quindecim annis monachicam conversationem implesse.

1 Hoc quoque decretis oportet inseri, quia non minus quam triginta quinque aetatis annos habere si qua eligitur ab eis cognoscunt personam: ut ex trium personarum pro quibus talia decreta facta sunt melior ordinetur electione et periculo ordinantis. Curialem vero vel officialem qui, sicut dictum est, quindecim annis in monasterio conversatus est et ad episcopatum provocatus, liberum esse propria fortuna, ita tamen ut liberatus a curia quartam partem suae substantiae sibi retineat, reliquis eius rebus secundum nostram legem curiae et fisco

cap. I et II pr. in L omittuntur, eorum loco inserta sunt nov. CXXXVII pr. et c. 1—3 (similiter in B c. II § 1 excipit novellae CXXXVII capita 2. 3).

3 sq. summarium Ath. repetunt paratitla Ath. 20 § 1. — *Summarium v.* 18—22 *extat* Ῥοπ. 34, 2, *v.* 23—25 Ῥοπ. 41, 1; *Ath. summam v.* 18—22. 28 — 595, 1 *repetunt paratitla Ath.* 8 § 2. 18 § 1.

I. Sancimus igitur, ut quoties episcopum creari opus sit, clerici et primores civitatis, cuius episcopus creandus est, de tribus personis decreta faciant propositis sanctis evangeliis periculo animarum suarum [et unusquisque eorum per sancta evangelia iuret, atque in iis scribat], dicentes in ipsis decretis se neque propter largitionem ullam neque propter promissionem aut amicitiam aut aliam ullam causam eos elegisse, sed cum sciant eos rectae et catholicae fidei atque honestae vitae esse [et triginta annis maiores] et litteras nosse, et neque uxorem neque liberos quemquam ex iis habere, neque concubinam aut liberos naturales se scire eos habuisse vel habere, sed et si quis eorum prius uxorem habuerit, ipsam quoque unam et primam nec viduam neque a viro separatam nec legibus aut sacris canonibus prohibitam; nec magis curialem aut officialem esse eum se scire, aut siquidem curiali vel officiali condicioni obnoxius fuerit, scire se eum in monasterio non minus quindecim annis vitam monasticam peregisse.

1 Hoc quoque decretis inseri oportet, scire eos non minus quam triginta quinque aetatis annos habere personam a se electam: ut ex tribus personis, pro quibus eiusmodi decreta facta sunt, melior creetur electione et periculo creantis. Curialis vero vel officialis qui (sicuti dictum est) per quindecim annos in monasterio degit et ad episcopatum provectus est, a condicione sua liber sit, ita tamen ut liberatus a curia quartam partem substantiae suae sibi retineat, cum reliquae eius res secundum legem nostram

4 *ἐπὶ τρισὶ*] mox in tribus ϛ ‖ *προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων S ϛ Iul. Ath.*] *om. M* ‖ 6 *sq. καὶ ἕκαστον — αὐτοῖς in M interpolata ex nov. CXXXVII c.* 2 *om. S ϛ Iul.* ‖ 7 *sq. λέγοντας — ψηφίσμασιν om. S* ‖ 8 *ὅτι οὔτε*] *ὡς οὐ S* ‖ *οὔτε διὰ*] *ἢ S (cf. ad ϛ)* ‖ 11 *καὶ — ἔτος in M interpolata ex nov. CXXXVII c.* 2 *om. S ϛ Iul. (cf. infra v.* 23) ‖ 13 * *οὔτε — οὔτε*] *οὐδὲ — οὐδὲ MS* ‖ 15 *πρότερόν τις ἐξ αὐτῶν γαμετὴν ἔσχε S* ‖ 17 *ἀνδρὸς ἀποζευχθεῖσαν*] viro coniunctam ϛ ‖ 27 *χειροτονηθείη S* ‖ *κινδύνῳ M S ϛ Iul.*] *κρίματι M s. v. (ex nov. CXXXVII c.* 2), *vulg.* ‖ 32 *μέρος om. S* ‖ 34 *νόμον*] *fuit Cod.* 10, 35, 4; *cf. Cod.* 1, 3, 52 § 1, *Nov. VI* 1 § 1, *XXXVIII pr.* § 2. *Sed ea constitutio quartam substantiae curiae vel fisco offerri vult. Itaque pro τέταρτον v.* 32 *Zachariae ἥμισυ τέταρτον correxit: quo non dodrans (¾) significatur, sed tres partes et dimidia (3½); quamquam ἐνναούγκιον intellegi voluisse etiam Athanasius videtur τὸ ἡμισυτέταρτον μέρος τῆς ἰδίας ὑποστάσεως παρέχων τῇ βουλῇ. Quartam h. l. ipsi curiali vel officiali relinqui, novem uncias curiae vel fisco vindicari consentiunt cum MSϛ epitomatores Iul. Ath. Theod. Id ipsum in constitutione deperdita sancitum fuisse vix credam: videtur potius ipsius auctoris errore praeceptum illius constitutionis confundi cum iis quae de novem unciis utique curiae servandis in donatione vel in successione curialis valent: cf. nov. LXXXVII pr. p.* 423, 20; *CI c.* 3 *p.* 490, 2. 31; *c.* 4 *p.* 492, 13 *al.*

1 *rubr.* De episcoporum consecratione *T in marg. (ex Iul.)* ‖ igitur] itaque *T* ‖ 2 ordinari *vulg.* ‖ primatos *T*¹ ‖ cuius ciuitatis *V* ‖ 4 praepositis *T* ‖ 6 donationem neque *V vulg.*] donationem aut *RT al.* ‖ propter (per *R*¹) aliquam promissionem *R vulg.* ‖ 7 causam quamlibet *V* ‖ 8 sientes *T*¹ ‖ 9 bonestate *R*¹ ‖ esse uitae *T vulg.* ‖ et *add. vulg.* ‖ nossce *V* nosce *T*¹ ‖ 10 aliquis *T*²] aliqui (alios *R*ᵃ) *RVT*¹ *vulg.* ‖ 11 habet *T*²] habent *RV vulg.* hēt *T*¹ ‖ concuninam *V*¹ ‖ 12 habere *R*¹ ‖ sed et si *vulg.*] set si *VR*² et si *R*¹*T* ‖ priuatus *R*¹ ‖ 13 habuerit *V* ‖ 14 viro] cum uiro *T*¹ ‖ 15 canonibus] canonibus uel constitutionibus *VT*² constitutionibus *RT*¹ *vulg.* ‖ 16 carnalem *R*¹ ‖ 17 curiali] fiscali *R* ‖ eum] enim *T*¹ ‖ 18 monachicam causam conuersationem *T*¹ ‖ 22 detractis *T*¹ ‖ inseri *T vulg.*] inferri *RV* ‖ 23 annis *V* ‖ habere *Beck*] habet *libri* ‖ 24 eis *RT al.*] eis qui *V vulg.* ‖ cognos[illegible]t ex *R*¹ ‖ personam *vulg.*] personas *libri* ‖ ut] aut *T*¹ ‖ 25 sunt facta *V* ‖ 27 vero *om. T*¹ ‖ 29 prouocatis *T*ᵃ ‖ 30 ut] si *R* ‖ partem quartam *R* ‖ 31 rebus eius *V*

τῷ δημοσίῳ ἐκδικουμένων. Δίδομεν δὲ ἄδειαν τοῖς τὰ ψηφίσματα ποιουμένοις, εἴ τινα κοσμικὸν δίχα βουλευτοῦ καὶ ταξεώτου ἄξιον τῆς προειρημένης ἐπιλογῆς εἶναι νομίσουσιν, τὸν τοιοῦτον ἅμα ἄλλοις δύο κληρικοῖς ἢ μοναχοῖς ἐπιλέξασθαι, οὕτω μέντοι ἵνα ὁ κοσμικὸς ὁ τούτῳ τῷ τρόπῳ εἰς ἐπισκοπὴν ἐπιλεγεὶς μὴ εὐθέως ἐπίσκοπος χειροτονηθῇ, ἀλλὰ πρῶτον τοῖς κληρικοῖς οὐκ ἔλαττον τριῶν μηνῶν συναριθμηθῇ, καὶ οὕτω τοὺς ἁγίους κανόνας καὶ τὴν ἱερὰν τῆς ἐκκλησίας λειτουργίαν διδαχθεὶς ἐπίσκοπος χειροτονηθῇ· ὁ γὰρ ἄλλους ὀφείλων διδάσκειν παρ' ἑτέρων μετὰ τὴν χειροτονίαν διδάσκεσθαι οὐκ ὀφείλει. Εἰ δὲ ὡς εἰκὸς ἔν τισι τόποις μὴ εὑρεθεῖεν τρία πρόσωπα πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιλογὴν ἐπιτήδεια, ἐξέστω τοῖς τὰ ψηφίσματα ποιουμένοις ἐπὶ δύο ἢ καὶ ἑνὶ προσώπῳ ψηφίσματα ποιεῖσθαι, πάσας μέντοι τὰς εἰρημένας ἡμῖν ἔχοντι μαρτυρίας. Εἰ δὲ οἱ ὀφείλοντες τὸν ἐπίσκοπον ἐπιλέξασθαι τὰ τοιαῦτα ψηφίσματα ἐντὸς ἓξ μηνῶν μὴ ποιήσουσι, τηνικαῦτα τῷ κινδύνῳ τῆς ἰδίας ψυχῆς ἐκεῖνος ᾧ ἁρμόζει χειροτονῆσαι τὸν ἐπίσκοπον χειροτονείτω, πάντων τῶν ἄλλων ὧν εἰρήκαμεν παραφυλαττομένων. Εἰ δέ τις παρὰ τὴν μνημονευθεῖσαν παραφυλακὴν ἐπίσκοπος χειροτονηθῇ, κελεύομεν τοῦτον πᾶσι τρόποις τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβάλλεσθαι, ἀλλὰ κἀκεῖνον ὅστις παρὰ ταῦτα ἐτόλμησε χειροτονῆσαι χωρίζεσθαι ἐπὶ ἕνα ἐνιαυτὸν τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν περιουσίαν, ἥτις καθ' οἱονδήποτε χρόνον ἢ τρόπον εἰς τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν περιῆλθε, διὰ τὸ πταῖσμα ὃ ἐποίησε τῇ δεσποτείᾳ τῆς ἐκκλησίας ἧς ἐπίσκοπός ἐστιν ἐκδικεῖσθαι.

vindicandis. Damus autem licentiam decreta facientibus, si quempiam laicorum praeter curialem et officialem dignum memorata electione esse putaverint, hunc cum aliis duobus clericis aut monachis eligere, ut si laicus hoc modo ad episcopatum eligatur, non repente episcopus ordinetur, sed primo clericis non minus tribus mensibus connumeretur, et ita sanctas regulas et cotidianum ecclesiae ministerium edoctus episcopus ordinetur; qui enim alios debet docere, ab aliis post ordinationem doceri non debet. Si vero, ut evenit, in quibusdam locis non inveniantur tres personae ad talem electionem opportunae, liceat decreta facientibus in duabus et una persona decretum facere, omnes tamen dictas a nobis habente testationes. Si vero qui debent episcopum eligere, citius ipsa decreta intra sex menses non faciant, tunc periculo propriae animae ille quem competit ordinare episcopum ordinet, omnibus aliis quae praediximus observandis. Si quis autem citra memoratam observationem episcopus ordinetur, iubemus hunc omnibus modis episcopatu depelli; sed etiam illum, qui praeter haec praesumpsit ordinare, segregari uno anno sacro ministerio, et omnem eius substantiam quae quolibet tempore aut modo in eius dominium deducta est propter culpam quam fecit dominio ecclesiae cuius episcopus est vindicari.

CAPUT II.

Εἰ δέ τις τοῦ πρὸς τὴν χειροτονίαν ἐπιλεγέντος ἐπισκοπῆς κατηγορήσει ἐφ' οἱαδήποτε αἰτίᾳ δυναμένη κατὰ τοὺς νόμους ἢ τοὺς κανόνας τῇ αὐτοῦ ἐμποδίσαι χειροτονίᾳ, ὑπερτιθέσθω ἡ τούτου χειροτονία, καὶ πρό-

Si quis autem ad ordinationem electum episcopatus accusaverit in qualibet causa quae possit secundum leges aut canones eius impedire ordinationem, differatur huius ordinatio et prius contra eum

§ 2 *Κελεύομεν τοὺς ψηφιζομένους, εἴ τινα κοσμικὸν ἄξιον τῆς προειρημένης* — 12 *οὐκ ὀφείλει habet Epanagoge* 8, 4. — § 2 *ex S repetit Nomoc. L tit.* 8 *p.* 612 *Voell.*).
Summaria v. 1—8 *habent* '*Ῥοπ.* 15, 8 *et* 34, 2; *Nomoc. XIV tit.* 1, 11. — *v.* 17—26 *summarium extat* '*Ῥοπ.* 34, 2; *v.* 17—21 *summaria* '*Ῥοπ.* 19, 8 *et Nomoc. XIV tit.* 1, 9.
c. II. III ex S repetit Nomoc. L tit. 16 *p.* 623 *Voell.* — *Summarium c. II pr. habet Nomoc. XIV tit.* 1, 8.

curiae et fisco vindicentur. Damus autem facultatem iis qui decreta faciunt, si quem laicum, praeter curialem et officialem, praedicta electione dignum putaverint, talem hominem cum aliis duobus clericis aut monachis eligendi, ita tamen ut laicus qui hoc modo ad episcopatum electus est non statim episcopus creetur, sed prius clericis non minus tribus mensibus adnumeretur, atque ita sanctos canones et sacrum ecclesiae ministerium edoctus episcopus creetur: qui enim alios docere debet, ab aliis post creationem doceri non debet. Quodsi forte in quibusdam locis non inveniantur tres personae ad eiusmodi electionem idoneae, liceat iis qui decreta faciunt de duabus vel etiam una persona decreta facere, quae tamen omnia a nobis modo dicta testimonia habeat. Si vero ii qui episcopum eligere debent eiusmodi decreta intra sex menses non fecerint, tunc periculo animae suae is cui competit creare episcopum creet, ut tamen reliqua omnia quae diximus observentur. Si quis vero contra observationem modo memoratam episcopus creatus sit, iubemus eum omnibus modis ab episcopatu repelli; verum etiam illum qui adversus haec creare eum ausus sit, per unum annum separari a sacro ministerio, atque omnem eius substantiam, quae qualicumque tempore aut modo in dominium eius pervenerit, propter delictum quod commiserit dominio ecclesiae cuius episcopus sit vindicari.

II. *Si quis autem eum qui ad creationem episcopatus electus est accusaverit ex qualicumque causa quae secundum leges vel canones creationem eius impedire possit, differatur eius creatio, et prius causam*

3 *καὶ*] *ἢ S* ‖ 4 *νομίσουσιν M, Nomoc. L tit.* 8] *νομίσωσι S Epan.* ‖ *δύο*] *τρισὶ Epan.* ‖ 5 *οὕτω μέντοι om.* ϛ ‖ 6 *ὁ om. Epan.* ‖ 7 *εὐθέως om. Epan.* ‖ 9 *ἱερὰν*] cotidianum (*i. e. καθ' ἡμέραν?*) ϛ ‖ 13 *εὑρεθείη S* ‖ 15 *ἢ M*] *om. S* ϛ *Iul.* ‖ *ψηφίσματα*] decretum ϛ ‖ 18 *τὰ τοιαῦτα ψηφίσματα*] citius ipsa decreta ϛ ‖ 19 *ποιήσωσι S v. l.* ‖ 20 *χειροτονείτω M, Nomoc. L tit.*] *χειροτονείσθω S* ‖ 32 **ἐπισκοπῆς dedi ex* ϛ *Iul., qui habent* episcopatus] *ἐπισκόπου M, om. S* ‖ *κατηγορήσῃ S v. l.*

1 uendicantis R^{1} ‖ autem] autem ei *R* ‖ 2 quempiam *V vulg.*] quemquam *RT* ‖ carnalem? R^{1} ‖ 3 electionem R^{a} ‖ esse *om. V* ‖ 4 eum] eum eum *R* ‖ 5 ut VT^{1}] aut RT^{2} (ut *corr.* T^{3}) ‖ si laicus] alicuius R^{1} ‖ huius modi T^{2} ‖ 7 clericus *R* ‖ 8 cotidianum usum ecclesie uel ministerium *V* ‖ 10 docere debet *T* ‖ post] prae R^{1} ‖ 11 ut euenit in *V vulg.*] ut conuenit in R^{1} ut euenerit T^{1} euenit ut in T^{2} euenerit ut in R^{2} ‖ 12 oportuere V^{a} ‖ 14 omnes tamen *T*] eos tamen omnes (os R^{1}) *R vulg.* eos omnes *V* ‖ dictas RT^{1}] iam dictas *V vulg.* praedictas T^{2} ‖ 15 *habentes *libri* ‖ 16 cuius T^{1} ‖ inter R^{1} ‖ sex] v T^{1} ‖ 17 non *et* periculo *om.* T^{1} ‖ 18 ordinari $R^{1}T^{1}$ ‖ 19 diximus *T vulg.* ‖ 21 modis omnibus *T* ‖ 22 hoc praesumpserit *R vulg.* ‖ 25 culpam quam] quam culpam quam T^{1} ‖ 31 *rubr.* De accusationibus episcoporum *VT in marg.* (*ex Iul.*) ‖ autem *om. V* ‖ electus T^{1} electum *om.* V^{1} ‖ episcopus T^{1} episcopum T^{2} ‖ 32 causa] eam *R* ‖ 33 cannones *T* ‖ impediri R^{1} ‖ ordinationi $R^{1}T^{1}$ ‖ 34 diffatur V^{1} differebatur T^{1}

τερον τὴν κατ' αὐτοῦ προτεθεῖσαν αἰτίαν (εἴτε παρόντος τοῦ κατηγόρου καὶ τῇ παρ' αὐτοῦ προτεθείσῃ αἰτίᾳ ἐπεξιόντος, εἴτε καὶ ἀναβαλλομένου ἐπὶ τρεῖς μῆνας τὴν ἰδίαν κατηγορίαν πληρῶσαι) ἐπιμελῶς ἐξεταζέτω ἐκεῖνος, ὑφ' οὗ ἤμελλεν ὁ ἐπίσκοπος χειροτονεῖσθαι. καὶ εἰ μὲν ὑπεύθυνον αὐτὸν τῇ κατηγορίᾳ εὕροι, κωλυέσθω ἡ χειροτονία, εἰ δὲ ὑπεύθυνος μὴ φανείη, ἡ μὲν χειροτονία μὴ ἐμποδιζέσθω, ὁ δὲ κατήγορος, εἴτε μὴ ἀπέδειξεν εἴτε καὶ ἀπέφυγεν τὴν προτεθεῖσαν παρ' αὐτοῦ κατηγορίαν, ἐκ τῆς ἐπαρχίας ἐν ᾗ οἰκεῖ ἐκβαλλέσθω. Εἰ δέ τις πρὸ ἐξετάσεως τὸν κατηγορηθέντα χειροτονήσει, ὁ μὲν χειροτονηθεὶς τῆς ἱερωσύνης ἐξωθείσθω, ὁ δὲ τὸν τοιοῦτον τολμήσας χειροτονῆσαι τῇ ἀνωτέρω εἰρημένῃ ὑποκείσθω ποινῇ, τοῦτο μὲν ἐπὶ τῇ ἐνιαυσιαίᾳ κωλύσει τῆς θείας λειτουργίας τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῷ πάντα αὐτοῦ τὰ πράγματα τῇ ἐκκλησίᾳ ἐκδικηθῆναι.

1 Πρὸ δὲ πάντων ἐκεῖνο φυλαχθῆναι θεσπίζομεν, ἵνα μηδεὶς διὰ δόσεως χρυσίου ἢ ἄλλων πραγμάτων ἐπίσκοπος χειροτονῆται. εἰ δέ τι τοιοῦτο ἁμαρτηθῇ, αὐτοὶ ἑαυτοὺς οἱ διδόντες καὶ οἱ λαμβάνοντες καὶ οἱ μέσοι αὐτῶν κατὰ τὰς θείας γραφὰς καὶ τοὺς ἱεροὺς κανόνας κατακρίσει ὑποβάλλουσι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ διδοὺς καὶ ὁ λαμβάνων καὶ ὁ μέσος γινόμενος τῆς ἱερωσύνης ἢ τῆς τοῦ κλήρου τιμῆς ἀποκινείσθω· τὸ δὲ ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας δοθὲν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐκείνῃ ἐκδικείσθω, ἧς ἠβουλήθη τὴν ἱερωσύνην ὠνήσασθαι. εἰ δὲ κοσμικὸς εἴη ὁ ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας τι λαμβάνων ἢ μέσος τῷ πράγματι γινόμενος, τὰ δοθέντα πράγματα ἐν διπλῷ αὐτὸν ἀπαιτεῖσθαι κελεύομεν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐκδικηθησόμενα. οὐ μόνον δὲ τὰ κατὰ τοῦτον δεδομένα τὸν τρόπον ἐκδικεῖσθαι προστάττομεν, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἀσφάλειαν ὑπὲρ τούτου καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἐκτεθεῖσαν καὶ τὴν τῶν ἐνεχύρων ἢ τὴν τοῦ ἐγγυητοῦ ἐνοχὴν καὶ πᾶσαν ἄλλην οἱανδήποτε ἀγωγὴν ἀργεῖν θεσπίζομεν· καὶ πρὸς τούτοις ὁ τὴν ὑπόσχεσιν λαμβάνων μὴ μόνον τὴν ὁμολογίαν ἀποδιδότω, ἀλλὰ καὶ ἄλλο τοσοῦτον ὅσον ἡ ὁμολογία περιέχει ἀπαιτείσθω ὀφεῖλον τῇ ἐκκλησίᾳ δοθῆναι.

propositam causam (sive praesente accusatore et ab eo propositam causam exequente, sive etiam differente per tres menses suam accusationem implere) diligenter examinari ab illo a quo futurus erat episcopus ordinari. Et si quidem obnoxium eum accusationi invenerit, prohibeatur ordinatio; si vero obnoxius non ostendatur, ordinatio quidem non impediatur, accusator autem, sive non probavit sive etiam fugit propositam a se accusationem, provincia in qua habitat abiciatur. Si quis autem ante examinationem accusatum ordinaverit, ordinatus quidem sacerdotio repellatur, qui vero talem ordinare festinaverit, superius dictae subiaceat poenae tam in annali prohibitione sacri ministerii quam etiam ut omnes eius res ecclesiae vindicentur.

1 Prae omnibus illud servari sancimus, ut nullus per suffragium auri aut aliarum rerum episcopus ordinetur. Si quid autem tale committatur, ipsi semet ipsos et dantes et accipientes et mediatores eorum secundum sanctas scripturas et sacras regulas damnationi subiciunt, et propterea et qui dat et qui accipit et mediator eius factus sacerdotii aut cleri honore removeatur; quod autem pro hac causa datum est, ecclesiae illi vindicetur cuius voluit sacerdotium comparare. Si vero laicus forte pro hac causa aliquid accipiat aut mediator rerum factus, datas res in duplum eum exigi iubemus ecclesiae vindicandas. Non solum autem quae secundum hunc modum dantur vindicari praecipimus, sed etiam omnem cautionem pro hoc quolibet modo expositam et pignorum vel fideiussorum obligationem et omnem aliam quamlibet actionem vacare sancimus; et super hoc qui promissionem accepit non solum professionem reddat, sed etiam aliud tantum quantum professio continet exigatur, quod debet ecclesiae dari.

c. II § 1 (— 30 *ἀπαιτεῖσθαι αὐτὸν κελεύομεν) initio in brevius contracto habet Epanagoge* 8, 15. — *Summarium* § 1 *in. ex Ath. repetit Nomoc. L tit.* 11 *p.* 615 *Voell., v.* 25—27 *Ath. summa extat in paratitlis Ath.* 2 § 2.

contra eum propositam (sive praesens sit accusator et causam a se propositam persequatur, sive per tres menses accusationem suam exequi differat) ille a quo episcopus creandus erat diligenter examinet. Et si quidem eum obnoxium accusationi invenerit, prohibeatur creatio; sin non apparent obnoxius, creatio non impediatur, accusator vero, sive non probaverit sive etiam destituerit propositam a se accusationem, ex provincia in qua habitat expellatur. Si quis autem ante examinationem reum creaverit, qui creatus est a sacerdotio expellatur, qui autem talem hominem creare ausus est poenae supra dictae subiciatur, tam ut per unum annum a sacro ministerio prohibeatur quam ut omnes eius res ecclesiae vindicentur.

1 *Ante omnia autem illud observari sancimus, ne quis per largitionem auri vel aliarum rerum episcopus creetur. Quodsi quid eiusmodi commissum sit, semet ipsi et qui dant et qui accipiunt et mediatores eorum secundum divinas scripturas et sacros canones condemnationi subiciunt, ac propterea et qui dat et qui accipit et qui mediator fit a sacerdotio vel cleri dignitate removeatur; quod autem ob eam causam datum est illi ecclesiae vindicetur cuius sacerdotium emere voluit. Quodsi laicus sit qui quid pro has causa accipiat vel mediator rei fiat, res quae datae sunt in duplum ab eo exigi iubemus ecclesiae vindicandas. Non solum autem quae hoc modo data sunt vindicare praecipimus, sed etiam omnem cautionem pro his qualicumque modo expositam et pignorum aut fideiussoris obligationem et aliam omnem qualemcumque actionem cessare sancimus; ac praeterea is qui promissionem accipit, non solum cautionem reddat, sed etiam alterum tantum quantum cautio continet, ab eo exigatur ecclesiae dandum.*

13 *ὁ — τολμήσας*] qui — festinaverit ϛ qui — praecipitatus est *Iul.* (*i. e. ὁ — ὁρμήσας?*) ‖ 19 *χειροτονεῖται L* ‖ 20 *ἁμαρτηθείη LB^f* ‖ *οἱ διδόντες*] et dantes ϛ ‖ 28 *τι om. L* ‖ *λαβὼν et* 29 *γενόμενος Epan.* (*Iul.*) ‖ *πράγματα et αὐτὸν om. B^c* ‖ 34 *τοῦ ἐγγυητοῦ*] fideiussorum ϛ ‖ 35 *ἄλλην*] *ἀπειλὴν M* ‖ *ἀγωγὴν*] *ἐνοχὴν B^c* ‖ 37 *διδότω L*

1 *sq.* sive — causam *om.* T^1 ‖ 5 eum] ee T^1 ‖ accusationi *Osenbrüggen*] accusatio *RVT*^{1} accusator T^2 *vulg.* ‖ 6 non ostendatur — 7 inpediatur (pediatur *in ras.*) *add.* T^2, *om.* T^1 ‖ 8 probauerit *V vulg.* ‖ 9 accusatione T^1 actus actionem *R* ‖ in qua] quam T^1 ‖ 10 habitiatur T^1 ‖ ante] eañ T^a ‖ 12 festinauerit *V vulg.*] festinauit *RT* ‖ 13 in *R vulg.*] *om. VT* ‖ 14 misterii *VT* ‖ res eius *T* ‖ 15 iudicentur *R* ‖ 17 *rubr.* Ut nulla pecunia data episcopus consecratur (*sic*) *T in marg.* (*ex Iul.*) ‖ omnibus] autem *add. Beck* ‖ obseruari *T* (*Iul.*) ‖ 18 per *om. V* ‖ 19 ordinentur R^1 ‖ quod T^1 ‖ aut R^1 ‖ ipse T^1 ‖ 20 semet ipsos *coll.*] |tipsos — 24 pro hac causa da| *scr.* T^2 *in ras.* 3 *versuum* ‖ 21 sanctas *RT*] sacras *V* ‖ 22 donationem subitiunt V^1 (*s. v.* ·s· subiciuntur V^2) subiciunt damnationi *T*(?) ‖ 23 aut] et *R* ‖ 24 cleri *vulg.*] clerici *RV* clericatu *T*(?) ‖ remoueantur *R* remouentur *T*(?) ‖ 25 illius *RV* ‖ 27 rerum *del.* T^2 ‖ factus *RVT*^{2}] factus est T^1 *vulg.* ‖ 28 datam res R^1 datam rem R^2T^1 ‖ 29 uendicandam $R^b T^1$ uendicandus R^a ‖ 30 sed] se *V* ‖ omne R^1 ‖ 32 fideiussionum T^1 ‖ obligationem *schol. R*] dominationem T^1 donationem *V* dationem R^1T^2 ‖ 33 actionem *Beck*] cautionem *libri* ‖ super hoc qui *V*] qui super hoc *R vulg.* qui super haec qui (qui *del.* T^2) *T* ‖ 34 professione *V* ‖ 35 alium *R*

CAPUT III.

Si vero sententia praesidis contraria sit iis quae a deo carissimo episcopo iudicata sunt, tunc appellatio contra sententiam praesidis locum habeat, eaque secundum legum ordinem referatur et exerceatur. Quodsi ex imperiali iussu vel iudiciali praecepto episcopus inter qualescumque personas iudicet, appellatio 1 *ad imperatorem vel ad eum qui causam transmisit referatur. Si vero crimen sit quod adversus qualemcumque ex memoratis religiosissimis personis deferatur, si quidem apud episcopum quis accusetur et ipse veritatem invenire possit, de honore vel gradu eum secundum regulas ecclesiasticas deiciat, atque tunc iudex competens eum comprehendat et secundum leges causam examinans eidem finem imponat. Quodsi prius civilem praesidem accusator adeat et crimen per legitimam inquisitionem probari possit, tunc episcopo locorum acta manifesta fiant, et si ex iis compertum sit proposita illum crimina commisisse, tunc ipse episcopus eum secundum canones honore vel gradu quem habet privet, iudex autem vindictam ei legibus congruam inferat. Si vero episcopus acta non iuste confecta putaverit, tunc licebit ei moram facere quominus personam accusatam honore vel gradu privet, ita tamen ut talis persona legitimae cautelae subiciatur, itaque causa ad nos cum ab episcopo tum vero etiam a iudice referatur, ut nos ea cognita* 2 *quae nobis videantur iubeamus. Si quis autem de pecuniaria causa contra aliquam ex memoratis personis actionem aliquam habeat, et episcopus inter eos iudicare differat, liceat actori civilem praesidem adire, ita tamen ut persona accusata nullo modo cogatur fideiussorem dare, sed tantummodo promissionem*

1 *κινηθέντι S νικηθέντι Nomoc. L tit. παθέντι* (sic) *Nomoc.*^{m} 8, 4 ‖ *τοῦ*] *παρὰ τοῦ S* ‖ 2 *τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις Nomoc.*^{m} 9, 17 ‖ 5 *τε M S Nomoc.*^{dm}] *om. LB*^{c}, *S unus* ‖ 6 *μέντοι S δὲ L* ‖ *ἢ ἀρχοντικῆς S* ‖ *πράξεως B*^{c} ‖ 7 *κρίνῃ MB (Iul.)*] *κρίνει LSς κρίνοι Nomoc.*^{m}, *S unus* ‖ *μεταξὺ*] *τὰ μεταξὺ S* ‖ *οἱουδήποτε προσώπου S* ‖ 8 *ἔγκλητος M* ‖ 9 *τὴν om. S v. l.* ‖ 10 *οἱουδήποτε B Nomoc.*^{m} *ς Iul.*] *οἱονδήποτε MLS vulg.* ‖ 12 *ἐπισκόπου S v. l.* ‖ *τις LBSς Iul.*] *τοῦτο M* ‖ *κατηγορηθείη S* ‖ *οὗτος S* ‖ 13 *δυνηθείη S* ‖ 14 *τοῦτο M* ‖ 16 *τοὺς νόμους*] *νόμους* (*νόμον Nomoc.*^{m} 8, 4) *B* ‖ *ἐξετάζων Sς Iul.*] *ἐξεταζέτω καὶ MLB* ‖ *αὐτῆς B*^{c}, *om. ς* ‖ 17 *δὲ*] enim *Iul.* ‖ 18 *προσέλθῃ MB, S plerique*] *προσέλθοι L Nomoc.*^{dm}, *S v. l.* ‖ 19 *δυνηθῇ B Nomoc.*^{dm} ‖ *ἀποδεῖξαι Nomoc.*^{dm} ‖ *τότε*] *τηνικαῦτα S v. l.* ‖ 21 *γνωσθείη S γνωρισθῇ L* ‖ *προστεθέντα Nomoc.*^{m} 9, 17 ‖ 22 *αὐτὸς ὁ*] *ὁ αὐτοῦ L* ‖ 23 *ὃν*] *οὗ S* ‖ 24 *χωριζέτω*] *τοῦτον χωριζέτω B*^{c} ‖ 25 *ἁρμοδίαν Nomoc. L tit.* ‖ *νομίσει* (*νομίσῃ unus*) *S*] *νομίσοι MLB* ‖ 26 *ἐξέστω S Nomoc.*^{dm} *ς Iul.* ‖ 27 *τὸ*] *τοῦ S* ‖ *ἤγουν τοῦ βαθμοῦ om. S* ‖ 29 *νομίμην ML Nomoc.*^{m}] *νόμιμον SB*^{c} ‖ 31 *καὶ om. B* ‖ *ἀνενεχθείη S* ‖ 32 *ἡμεῖς Nomoc.*^{m} 8, 4 ‖ *κελεύσομεν L Nomoc.*^{m} ‖ 34 *προσώπων*] omnium personarum *ς* ‖ *ἀγωγὴν S* ‖ *ἔχει L Nomoc. L tit.* ‖ 36 *πολιτικῶν S v. l. ποντικῷ Nomoc.*^{m} ‖ 37 *οὕτω* — 611, 5 *πρόσωπον om. B*^{f}

2 contrariam R^{a} ‖ a *om. V* ‖ 3 indicata] tunc iudicata R^{1} ‖ habere appellatione *V* appellationem accipere (uel habere *s. v.* T^{2}) *T* ‖ 8 ad *om. T* ‖ referatur (transferatur *V*), et quando licet episcopali appellari sententiae *RVT*, *adnotatione male in textum recepta* ‖ 10 Si vero] Si•• R^{1} ‖ 11 remoratarum T^{1} ‖ reuerentissimarum *om.* T^{1} ‖ 12 accusetur *ed. pr.* ‖ 13 ab] id R^{1} ‖ honorem R^{a} ‖ 15 compraeendatur R^{1} ‖ et *om.* T^{1} ‖ 16 legem *V* ‖ 18 approbare R^{2} aprobare *T* ‖ 20 ex his cognoscatur V^{2} *in ras.* ‖ agnoscatur *R vulg.* ‖ 21 hunc secundum] per T^{1} ‖ 22 ab honore] ad honorem R^{1} ‖ quam *V* ‖ separari T^{2} semper T^{1} ‖ 23 ei ultionem *T* ‖ 24 disputauerit *RVT*, *corr. vulg.* ‖ 25 ei *om.* T^{1} ‖ diffe•• R^{1} ‖ honores R^{1} ‖ 29 hoc *om. RT* ‖ quando R^{1} ‖ iubeant R^{1} ‖ 33 peccuniria *T* peccunia *R* ‖ contra *om.* R^{1} ‖ aliquem *T* ‖ 34 omnium *om. R*, personarum *om.* R^{1} ‖ 35 intra *R* ‖ eas *vulg.* ‖ 36 auctor *T* ‖ 37 accusata ut V^{a} ‖ 38 sola cautione *R*

μόνον ὁμολογίαν ἄνευ ὅρκου μετὰ ὑποθήκης τῶν ἰδίων πραγμάτων ἐκτίθεσθαι. Εἰ δὲ ὑπὲρ ἐγκληματικῆς αἰτίας κατηγορία κατά τινος τῶν μνημονευθέντων προσώπων ἀποτεθείη, ὑπὸ τὴν νόμιμον ἀσφάλειαν τὸ κατηγορούμενον γίνεσθαι πρόσωπον. Εἰ δὲ ἐκκλησιαστικὸν εἴη τὸ πρᾶγμα, μηδεμίαν κοινωνίαν ἐχέτωσαν οἱ πολιτικοὶ ἄρχοντες πρὸς τὴν τοιαύτην ἐξέτασιν, ἀλλ' οἱ ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι κατὰ τοὺς ἱεροὺς κανόνας τῷ πράγματι πέρας ἐπιτιθέτωσαν.

iurando cum hypotheca suarum rerum exponere. Si vero pro criminali causa accusatio contra aliquam memoratarum personarum proponatur, sub legitima cautela accusata fiat persona. Si autem ecclesiastica causa est, nullam communionem habeant iudices civiles circa talem examinationem, sed sanctus episcopus secundum sacras regulas causae finem imponat.

CAPUT XXII.

Εἴ τινες δὲ ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι τῆς αὐτῆς συνόδου ἀμφισβήτησίν τινα πρὸς ἀλλήλους ἔχοιεν εἴτε ὑπὲρ ἐκκλησιαστικοῦ δικαίου εἴτε ὑπὲρ ἄλλων τινων πραγμάτων, πρότερον ὁ μητροπολίτης αὐτῶν μεθ' ἑτέρων δύο ἐκ τῆς ἰδίας συνόδου ἐπισκόπων τὸ πρᾶγμα κρινέτω, καὶ εἰ μὴ ἐμμείνῃ ἑκάτερον μέρος τοῖς κεκριμένοις, τηνικαῦτα ὁ μακαριώτατος πατριάρχης ἐκείνης τῆς διοικήσεως μεταξὺ αὐτῶν ἀκροάσθω, κἀκεῖνα ὁριζέτω ἅτινα τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κανόσι καὶ τοῖς νόμοις συνᾴδει, οὐδενὸς μέρους κατὰ τῆς ψήφου αὐτοῦ ἀντιλέγειν δυναμένου. εἰ δὲ καὶ παρὰ κληρικοῦ ἢ ἄλλου οἱουδήποτε προσέλευσις κατὰ ἐπισκόπου γένηται διὰ οἱανδήποτε αἰτίαν, πρῶτον ὁ ὁσιώτατος αὐτῶν μητροπολίτης κατὰ τοὺς ἁγίους κανόνας καὶ τοὺς ἡμετέρους νόμους τὸ πρᾶγμα διακρινέτω, καὶ εἴ τις τοῖς κεκριμένοις ἀντείποι, ἐπὶ τὸν μακαριώτατον πατριάρχην τῆς διοικήσεως ἐκείνης ἀναφερέσθω τὸ πρᾶγμα, κἀκεῖνος κατὰ τοὺς κανόνας καὶ τοὺς νόμους τούτῳ παρεχέτω πέρας. εἰ δὲ κατὰ μητροπολίτου τοιαύτη προσέλευσις γένηται εἴτε παρὰ ἐπισκόπου εἴτε παρὰ κληρικοῦ ἢ ἄλλου οἱουδήποτε προσώπου, ὁ τῆς διοικήσεως ἐκείνης μακαριώτατος πατριάρχης κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον τὸ πρᾶγμα κρινέτω. Ὑπὲρ δὲ πασῶν

Si qui vero sanctissimorum episcoporum eiusdem synodi dubitationem aliquam ad invicem habeant sive pro ecclesiastico iure sive pro aliis quibusdam rebus, prius metropolita eorum cum aliis de sua synodo episcopis causam iudicet, et si non ratum habuerit utraque pars quae iudicata sunt, tunc beatissimus patriarcha dioceseos illius inter eos audiat, et illa determinet quae ecclesiasticis canonibus et legibus consonant, nulla parte sententiae eius contradicere valente. Si autem et a clerico aut alio quocumque aditio contra episcopum fiat propter quamlibet causam, apud sanctissimum eius metropolitam secundum sacras regulas et nostras leges causa iudicetur, et si quis iudicatis contradixerit, ad beatissimum archiepiscopum et patriarcham dioceseos illius referatur causa, et ille secundum canones et leges huic praebeat finem. Si vero contra metropolitam talis aditio fiat ab episcopo aut clerico aut alia quacumque persona, dioceseos illius beatissimus patriarcha simili modo causam iudicet. Pro omni-

c. XXII ex B repetit Nomoc.^{dm} *XIV tit.* 8, 4; *ex S initium* (— 20 *δυναμένου*) *repetit Nomoc. L tit.* 1 *p.* 607 *Voell., clausulam* (*v.* 32 — 612, 6) *Appendix Nomoc. L tit. cap. eccl.* 19 *p.* 671 *Voell. — Summa extat Nomoc. XIV tit.* 9, 1 *p.* 539 *Pitra, clausulae summarium ib.* 9, 34. — *Mediam sententiam* (19—26 Si autem — praebeat finem, *cf. ad* 6) *latine versam citat Gregorius Magnus in epistula de qua diximus ad c. VIII. XIX. XXI.*

sine iureiurando cum hypotheca suarum rerum edere. Sin de criminali causa accusatio contra aliquam ex memoratis personis deferatur, persona accusata legitimae cautelae subiciatur. Quodsi ecclesiastica sit causa, magistratus civiles nullam communionem habeant in eiusmodi cognitione, sed sanctissimi episcopi secundum sacros canones negotio finem imponant.

XXII. *Si qui vero sanctissimi episcopi eiusdem concilii controversiam aliquam inter se habeant sive de iure ecclesiastico sive de aliis quibusdam rebus, prius metropolitanus eorum cum duobus aliis concilii sui episcopis causam iudicet; et nisi utraque pars iudicatis adquieverit, tunc beatissimus patriarcha illius dioecesis inter eos cognoscat, atque illa definiat quae cum ecclesiasticis canonibus et legibus concinant, ita quidem ut sententiae eius neutra pars contradicere possit. Si autem a clerico vel alio quocumque interpellatio contra episcopum propter qualemcumque causam facta sit, prius sanctissimus eorum metropolitanus secundum sacros canones et leges nostras causam diiudicet, et si quis iudicatis contradixerit, ad beatissimum patriarcham illius dioecesis res deferatur, et ille secundum canones et leges ei finem praebeat. Quodsi contra metropolitanum eiusmodi interpellatio sive ab episcopo sive a clerico vel alia qualicumque persona facta sit, dioecesis illius beatissimus patriarcha simili modo causam iudicet. In omnibus autem*

1 *μετὰ πάσης ὑποθήκης M* ‖ *ἰδίων*] *οἰκείων S v. l.* ‖ 5 *γινέσθω πρόσωπον Nomoc.*^{m} 9, 17 *πρόσωπον γινέσθω Nomoc.*^{m} 8, 4 ‖ 7 *πρὸς — ἐξέτασιν om. S* ‖ 8 *sq. οἱ ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι — ἐπιτιθέτωσαν*] sanctus (religiosus *Iul.*) episcopus — imponat *ϛ Iul. ὁ ἐπίσκοπος* (*οἱ ἐπίσκοποι Nomoc. L tit.*) *S, ubi om. vv. τῷ πράγματι πέρας ἐπιτιθέτωσαν* ‖ 9 *πέρας τῷ πράγματα Nomoc.*^{dm} ‖ 12 *τινων om. Nomoc.*^{m} ‖ 14 *δύο om. S ϛ Iul., fortasse recte* ‖ 15 *ἐμμείνει L* ‖ 17 *κἀκεῖνα — 32 κρινέτω om. B*^{f} ‖ 18 *ἅτινα*] *ἃ Nomoc.*^{dm} ‖ 20 *καὶ om. S* ‖ 21 *κατὰ om. Nomoc.*^{d} ‖ *ἐπισκόπων Nomoc.*^{m} ‖ 22 *πρῶτον om. ϛ* ‖ *αὐτῶν om. L*, eius *ϛ, unde αὐτοῦ malit Zachariae* ‖ 23 *ἁγίους*] *ἱεροὺς S* ‖ 24 *τις om. S* ‖ 25 *ἀντείπῃ L* ‖ *πατριάρχην MB Iul.*] *ἀρχιεπίσκοπον καὶ* (*καὶ om. L*) *πατριάρχην LS ϛ* ‖ 26 *ἀναφερέτω τὸ πρᾶγμα Nomoc.*^{dm}, *τὸ πρᾶγμα ἀναφέρεσθαι S* ‖ 28 *πέρας*] *τὸ πέρας Nomoc.*^{m} ‖ 29 *γένηται εἴτε*] *εἴτε om. ϛ* ‖ 31 *ἐκείνης μακαριώτατος om. Nomoc.*^{m}, *ubi reliqua quoque pars capitis decurtata est* ‖ *κατὰ*] *καὶ κατὰ B*^{c}

1 rerum *om.* R^1 ‖ 4 *rubr.* De hisdem personis procanica (*l.* pro canonica) causa conueniendis *T in marg.* (*ex Iul.*) ‖ 6 ciuiles iudices *T* ‖ 7 sanctus *om. V*, sanctissimus *vulg.* ‖ sanctum episcopum R^1 ‖ causae] caue T^1 ‖ 10 *rubr.* De rebus dubiis in episcoporum consiliis em(er)gentibus *T in marg.* (*ex Iul.*) ‖ qui *V*] quis *RT vulg.* ‖ 11 sine dubitatione R^1 ‖ habeant *V*] habeat *RT vulg.* ‖ 13 cum] una cum T^2 ‖ cum — 14 iudicet *scr.* R^2 *in ras.* ½ *vs.* ‖ sua synodo] ••• T^1 ‖ 14 si *om.* R^1 ‖ rata *T vulg.* ‖ 16 illius dioceseos (dioceos T^1) *T* ‖ 17 determinet] inter eos determinet *T* ‖ ecclesiasticis *om. V* ‖ 18 sententia e• R^1 ‖ 19 *rubr.* Si clericus uel quisuis alius contra episcopum adire potestatem maluerit *T in marg.* (*ex Iul.*) ‖ clerico *Gregor.*] clero *RVT* ‖ aut] et T^1 ‖ alio] laico *Gregor.* ‖ quoque R^1 ‖ 20 quamlibet] aliquam *T* ‖ 22 sanctas T^2 *Gregor.*, *om.* T^1 ‖ 23 contradixerit] cum dixerit T^1 ‖ 26 huic *Gregor.*, *vulg.*] hic (hoc R^1) *RVT* ‖ *rubr.* Si quis contra metropolitam adire potestatem maluerit *T in marg.* (*ex Iul.*) ‖ 27 clero *libri*, *corr. Beck* ‖ 29 causam indicet *V* causa iudet R^1 iudicet causam (causam *om.* T^1) *T* ‖ *rubr.* De episcopis adeundis conuocandis, et ut fideiussores uel cautiones non praestent *T in marg.*

τῶν αἰτιῶν, εἴτε παρὰ τῷ ἰδίῳ μητροπολίτῃ εἴτε παρὰ πατριάρχῃ εἴτε παρ' ἄλλοις οἱοισδήποτε δικασταῖς ἐπίσκοποι ἐνάγονται, μηδεμίαν ἐγγύην ἢ ὁμολογίαν ὑπὲρ τῆς δίκης ἀπαιτείσθωσαν, οὕτω μέντοι ἵνα καὶ αὐτοὶ σπουδάσωσι τῶν ἐπαγομένων αὐτοῖς αἰτιῶν ἑαυτοὺς διευλυτοῦν.

bus autem causis, pro quibus apud proprium metropolitam sive apud patriarcham sive apud alios quoscumque iudices episcopi conveniantur, nullam fideiussionem aut cautionem pro lite exigantur, sic tamen ut ipsi studeant illatis sibi causis semet ipsos absolvere.

CAPUT XXIII.

Τοὺς δὲ οἰκονόμους καὶ πτωχοτρόφους καὶ ξενοδόχους καὶ νοσοκόμους καὶ τοὺς τῶν ἄλλων εὐαγῶν οἴκων διοικητὰς καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας κληρικοὺς κελεύομεν ὑπὲρ τῶν ἐμπιστευθεισῶν αὐτοῖς διοικήσεων παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ ᾧ ὑπόκεινται ἀποκρίνεσθαι καὶ τοὺς λογισμοὺς τῆς ἰδίας διοικήσεως ποιεῖσθαι, καὶ εἰσπράττεσθαι ὅπερ ἐξ αὐτῶν ὀφείλοντες ἀποδειχθείησαν, ἐκείνῳ τῷ εὐαγεῖ ἀποδοθησόμενον οἴκῳ οὗτινος ἐκ τῆς διοικήσεως τὸ χρέος φανείη. εἰ δὲ νομίσαιεν ἑαυτοὺς βεβαρῆσθαι, μετὰ τὴν ἀπαίτησιν ὁ μητροπολίτης τὸ πρᾶγμα ἐξεταζέτω. εἰ δὲ μητροπολίτης εἴη ὁ κατά τινος τῶν εἰρημένων προσώπων τὰς τοιαύτας αἰτίας ἐξετάσας καὶ τὸ χρέος εἰσπράξας, καὶ ὁ εἰσπραχθεὶς νομίσαι ἑαυτὸν βεβλάφθαι, ὁ τῆς διοικήσεως ἐκείνης μακαριώτατος πατριάρχης τὸ πρᾶγμα διακρινέτω. οὐδὲ γὰρ συγχωροῦμεν τοῖς προειρημένοις προσώποις ἐπὶ τῶν μνημονευθεισῶν αἰτιῶν πρὸ τῆς ἐξετάσεως καὶ τῆς ἀπαιτήσεως τοῦ χρέους τοὺς ἰδίους ἐπισκόπους ἀποφεύγειν καὶ εἰς ἄλλα παραγίνεσθαι δικαστήρια. εἴ τις δὲ ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τινα τοιαύτην διοίκησιν ἐμπιστευθεὶς πρὸ τῆς τῶν λογισμῶν παραθέσεως καὶ τῆς τῶν ἐποφειλομένων καταβολῆς τελευτήσειε, κελεύομεν τοὺς αὐτοῦ κληρονόμους κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον καὶ τοῖς λογισμοῖς καὶ ταῖς ἀπαιτήσεσιν ὑποκεῖσθαι.

Oeconomos autem et xenodochos et nosocomos et ptochotrophos et aliorum venerabilium locorum gubernatores et alios omnes clericos iubemus pro creditis sibi gubernationibus apud proprium episcopum cui subiacent conveniri et rationem suae gubernationis facere, et exigi quod ex ipsis debentes ostendantur, illi venerabili reddendum domui, ex cuius ordinatione debitum apparuerit. Si vero putaverint se gravari, post repetitionem metropolita causam examinet. Si vero metropolita fuerit contra quamquam praedictarum personarum huiusmodi causas examinans et debitum exegerit, et exactus putaverit se gravatum, dioceseos illius beatus patriarcha causam determinet. Non enim concedimus praedictis personis pro memoratis causis ante examinationem et exactionem debiti proprios episcopos declinare et ad alia venire iudicia. Si quis autem ex ecclesiasticis, cui aliqua talis dispensatio credita est, ante rationum expositionem et debitorum solutionem moriatur, iubemus eius heredes simili modo et rationibus et exactionibus subiacere.

c. XXIII ex B repetit Nomoc.[dm] *XIV tit.* 9, 1; *ex S, ubi huius capitis excerpta tantum habentur, repetit Nomoc. L tit.* 8 *p.* 613 *Voell. Initium* (— 13 *καὶ εἰσπράττεσθαι*) *habet Epanagoge* 9, 19. — *Summam praestat Nomoc. XIV tit* 9, 1 *p.* 539 *Pitra*; *Ath. summam repetunt paratitla Ath.* 2 § 2.

---

causis, sive apud metropolitanum suum sive apud patriarcham sive apud alios quoscumque iudices episcopi conveniuntur, nulla ab iis fideiussio aut promissio pro lite exigatur, ita tamen ut ipsi quoque studeant a causis sibi illatis sese expedire.

XXIII. *Oeconomos autem et ptochotrophos et xenodochos et nosocomos et ceterarum venerabilium domuum administratores atque ceteros clericos omnes iubemus de commissis ipsis administrationibus apud episcopum suum cui subiecti sunt respondere et rationes administrationis suae reddere, atque exigi ab iis si quid eos debere inde probatum sit, illi venerabili domui reddendum cuius ex administratione debitum apparuerit. Si autem se gravatos putent, post exactionem metropolitanus rem examinet. Quodsi metropolitanus sit qui contra aliquam ex praedictis personis eiusmodi causas examinaverit et debitum exegerit, atque is a quo exactum est se detrimento affectum esse putet, dioecesis illius beatissimus patriarcha rem diiudicet. Neque enim praedictis personis permittimus in memoratis causis ante examen et exactionem debiti episcopos suos fugere atque ad alia iudicia venire. Si quis autem ex ecclesiasticis cui talis administratio commissa est ante rationes redditas et debita soluta decesserit, iubemus heredes eius simili modo et rationibus et exactionibus subici.*

---

1 *αἰτιῶν, εἴτε*] causis pro quibus *ς* ‖ 2 *παρὰ τῷ πατριάρχῃ B*[cl] *Nomoc. L tit.* ‖ 4 *δίκης*] *διοικήσεως S plerique* ‖ 7 *cap. XXIII praeter clausulam κελεύομεν τοὺς κληρονόμους τῶν διοικητῶν — ὑποκεῖσθαι, item cap. XXIV—XXVII in.* (614, 11) *om. B*[l] ‖ *ἢ πτωχοτρόφους L, καὶ πτωχοτρόφους post* 8 *καὶ νοσοκόμους coll. Epan. Iul. ς* ‖ 8 *τοὺς om. Nomoc.*[d] ‖ 10 *ἐμπιστευθέντων Nomoc.*[m] ‖ 13 *πληροῦσθαι Epan.* ‖ 16 *νομίσαιεν Nomoc.*[dm]] *νομίσοιεν MLB* ‖ 20 *εἰσπραχθὲν Nomoc.*[d] ‖ * *νομίσοι MLB* ‖ *βεβαρῆσθαι L ς* ‖ 22 *οὐ γὰρ L* ‖ 23 *εἰρημένοις Nomoc.*[dm] ‖ 25 *καὶ om. S plerique* ‖ 26 *εἰ δέ τις L* ‖ *ἐκ om. Nomoc. L tit.* ‖ 29 * *τελευτήσοι* (*τελευτήσῃ S unus, τελευτήσει Nomoc. L tit.*) *MLBS* ‖ 31 *Ath. in epitome inter capita XXIII et XXIV haec inserit* (*repetita in Nomoc. L tit.* 20 *p.* 628 *Voell.*): *ὁ κληρικὸς παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου μὴ ἀποδημείτω, τὰς προειρημένας ποινὰς εὐλαβούμενος, ἃς κατὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπήγαγεν ἡ διάταξις. Quibus quae respondeant in contextu novellae non inveniuntur*

1 pro quibus *V vulg.*] *om. RT*; *leg.* sive? ‖ 3 fideiussione *V* fidem iussionem *T* ‖ 5 tm̄ *V* ‖ isti *T* i•• *R*[1] ‖ 7 *rubr.* De aministrationibus (*l.* administratoribus) uenerabilium locorum propter administrationem suam ad iudicium uocatis *T in marg.* (*ex Iul.*). *In seqq. rubricas non iam adnotantur* ‖ Icconos *T*[1] ‖ xenodothos *V* ‖ nosochomos *T* ‖ 8 ptocotrophos *V* ptochotrochos *R* ‖ 11 subiacet *RT*[1] subiaceret *V* ‖ •ueniri *T*[1] ‖ gubernationis sue rationem *T* ‖ 12 ex ipsis *vulg.*] et ipsi *libri* ‖ ostendatur *T*[1] ostendant *R*[1] ostenduntur *VR*[2] ‖ 13 illi *om. R* ‖ domui (et domui *T*[1]) reddendum *T* ‖ 14 appauruerit *V* ‖ putauerit *R*[2] *T* p••••• *R*[1] ‖ 15 metropolitam *R*[a] ‖ 18 examinatus *libri*, *corr. vulg.* ‖ exigerit *VT*[1] ‖ 19 beatissimus *vulg.* ‖ 21 personis *om. R*[1] ‖ moratis *T*[1] ‖ 22 et exactionem *om. V* ‖ debeni *T*[1] ‖ episcopos] debitos *R*[1] ‖ 23 ad] ab *R*[1] ‖ ex *om. R*[1] *T* ‖ ecclesiasticus *T* ‖ 24 condita *V*[a] ‖ ante rationum] a nostrorum *R*[1] ante horum? *R*[2] ‖ 25 expositionum *R* ‖ debitarum *R*[1] *T* ‖ 26 eius heredes] heredes eius *V*[2] eius *V*[1] eos *R*

CAPUT XXIV.

Εἴ τις δὲ ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ἐξ οἱασδήποτε ἐπαρχίας ἐν Κωνσταντινουπόλει εὑρεθείη, καί τις βουληθῇ ἐναγωγὴν κατ' αὐτοῦ προθεῖναι, εἰ μὲν προκάταρξις ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ὑπὲρ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως γέγονεν, ἐκεῖ τὴν δίκην πληροῦσθαι· εἰ δὲ μήπω ἤρχθη, παρὰ μόνοις τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἐπάρχοις τῶν τῆς ἀνατολῆς πραιτωρίων ἢ τοῖς παρ' ἡμῶν ἀφοριζομένοις δικασταῖς τοῖς ἐνάγουσιν αὐτὸν ἀποκρίνεσθαι.

Si quis episcopus aut clericus ex quacumque provincia in Constantinopoli reperiatur, et voluerit aliquis adversus eum actionem proponere, si quidem litis contestatio in provincia pro ipso negotio facta est, ibi litem compleri; si vero nondum incohata est, apud gloriosissimum praefectum Orientis praetoriorum aut apud eos qui a nobis fuerint deputati iudices convenientibus eum respondere.

CAPUT XXV.

Οἱ δὲ εὐλαβέστατοι ἀποκρισιάριοι οἱασδήποτε ἁγιωτάτης ἐκκλησίας οἱ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει διατρίβοντες ἢ παρὰ τοὺς μακαριωτάτους πατριάρχας ἢ μητροπολίτας παρὰ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων στελλόμενοι μήτε ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων μήτε ὑπὲρ πράγματος τῆς ἐκκλησίας ἢ χρέους δημοσίου ἢ ἰδιωτικοῦ τινα ἐναγωγὴν ἢ ἀπαίτησιν ὑπομενέτωσαν, εἰ μὴ ἐντολὰς ἔχοιεν παρὰ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων ἢ οἰκονόμων, ὥστε τισὶν ἐνάγειν· τηνικαῦτα γὰρ μόνοις τοῖς παρ' αὐτῶν ἐναγομένοις δίδομεν ἄδειαν, ἐάν τινα ἐναγωγὴν ἔχωσι κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἢ τοῦ ἐπισκόπου, κατ' αὐτῶν προτιθέναι. εἰ δὲ καὶ ἐπί τισι πράγμασιν ἢ ἀγωγῇ ἑαυτοὺς ἐνόχους ποιήσουσιν ἐν τῷ καιρῷ ἐν ᾧ τὰς ἀποκρίσεις ποιοῦνται, καὶ τὰς ὑπὲρ τούτων ἐναγωγὰς αὐτοὺς ὑποδέχεσθαι.

Reverentissimi vero apocrisiarii cuiuscumque sanctissimae ecclesiae, qui in regia civitate degunt, aut ad beatissimos patriarchas aut metropolitas a suis episcopis destinati neque pro suis episcopis neque pro causa ecclesiae aut debito publico aut privato aliquam conventionem sustineant, nisi mandatum habuerint a suis episcopis aut oeconomis, ut aliquos conveniant: tunc enim solis illis qui ab eis conveniuntur damus licentiam, si quam obligationem habent contra ecclesiam aut contra episcopos eorum proponere. Si vero et in quibusdam causis vel actionibus semet ipsos obligatos fecerint in tempore in quo responsa faciunt, et pro his conventiones suscipient.

CAPUT XXVI.

Εἰ δὲ καὶ ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ἢ τῆς ἰδίας ἐκκλησίας διὰ πρεσβείαν τινὰ ἢ χειροτονίαν ἐπισκόπου εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν ἢ ἐν ἄλλῳ οἱῳδήποτε τόπῳ ἐνδημήσουσι, κελεύομεν αὐτοὺς μηδεμίαν ἐπάχθειαν ἢ ὄχλησιν ἀπὸ οἱουδήποτε προσώπου ὑφίστασθαι, ἀδείας οὔσης τοῖς ὑπευθύνους αὐτοὺς ἔχειν νομίζουσι, μεθ' ὃ εἰς τὴν ἐπαρχίαν ὑποστρέψουσιν

Si vero et episcopi vel clerici pro civitate aut pro suis ecclesiis propter legationem vel ordinationem episcopi ad regiam civitatem vel ad alium quemlibet locum proficiscantur, iubemus eos nullam molestiam aut importunitatem a qualibet persona sustinere, licentia existente his qui obligatos eos putant se habere, postquam ad provinciam revertuntur, convenire

c. XXIV—XXVIII ex B repetit Nomoc.[dm] *XIV tit.* 9, 1, *summam praestat Nomoc. ib. p.* 540 *Pitra.*
c. XXVI summam Ath. repetit libellus περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων § 1 *p.* 191 *Heimbach.*

XXIV. *Si qui autem ex quacumque provincia episcopus vel clericus Constantinopoli inveniatur, et quis actionem contra eum movere voluerit, si quidem litis contestatio in provincia de eadem causa facta est, ibi lis peragatur; sin nondum coepta est, apud solos gloriosissimos praefectos praetorio Orientis vel apud iudices a nobis destinatos iis qui eum conveniunt respondeat.*

XXV. *Religiosissimi autem apocrisiarii cuiuscumque sanctissimae ecclesiae, qui in regia civitate degunt aut ad beatissimos patriarchas aut metropolitanos ab episcopis suis mittuntur, neque pro episcopis suis neque pro negotio ecclesiae suae vel debito publico aut privato actionem ullam vel exactionem subeant, nisi mandatum habeant ab episcopis suis aut oeconomis, ut aliquos conveniant: tunc enim solis iis qui ab ipsis conveniuntur facultatem damus, si quam actionem contra ecclesiam aut episcopum habeant, eam adversus illos instituendi. Quodsi etiam in quibusdam causis vel actione se obligaverint eo tempore quo responsa faciunt, de his quoque actiones suscipiant.*

XXVI. *Si autem episcopi vel clerici pro civitate vel ecclesia sua propter legationem aliquam aut episcopi creationem in regiam civitatem sive in alium quemcumque locum pervenerint, iubemus eos nullum onus aut molestiam ab ulla persona pati, cum liceat iis qui se illos obnoxios habere putant, postquam in*

---

1 *in mg. λθ' capitis numerum notat M (μ' est in B)* ‖ *εἴ τις δὲ S] εἰ δέ τις L εἴ τις MB* | 2 *εὑρεθῇ S* | *βουληθείη SB (Nomoc.*[dm]*)* ‖ 4 *τῇ ἐπαρχίᾳ in litura ex τῇ ἰδίᾳ ἐπαρχίᾳ corr., τῇ ἰδίᾳ πόλει s. v. add. L* ‖ 6 *παρὰ — ἐπάρχοις*] apud gloriosissimum praefectum *ς* | *ὑπάρχοις Nomoc.*[m] | 8 *δικασταῖς MBSς Iul.*] *τοῖς θείοις δικασταῖς L vulg. male interpolatum* ‖ *αὐτὸν om. S* | *ἀποκρίνασθαι S* | 11 *παρὰ*] *πρὸς S παρὰ ⟨τῶν μητροπολιτῶν⟩ πρὸς et deinde ἢ ⟨πρὸς τοὺς⟩ μητροπολίτας coni. Zachariae; sed traditam lectionem firmat Iul.* | 12 *στελλόμενοι om. pr., post πατριάρχας v.* 11 *suppl. Nomoc.*[m] ‖ **μηδὲ SL, μήτε — ἐπισκόπων om. MB Nomoc.*[m] | 13 **μηδὲ ML BS* | 14 *δημοσιακοῦ Nomoc.*[dm] | 15 *ἢ ἀπαίτησιν om. ς* ‖ 16 *ἢ] ἢ καὶ S unus* ‖ 17 *τοῖς*] *ἐκείνοις (om. unus) S* | 18 *ἐναγωγὴν SLB*] *ἀγωγὴν M* obligationem (*i. e. ἐνοχὴν?*) *ς* | 19 *ἢ*] *ἢ κατὰ Sς* | *τοῦ (τοῦ om. L*[a]*) ἐπισκόπου, κατ' αὐτῶν*] episcopos eorum *ς* ‖ 20 *ἀγωγῇ MLB*] *ἀγωγαῖς Sς* | 21 *ἐνόχους ποιήσωσιν S ποιήσουσιν ἐνόχους B*[a] | *κρίσεις L*[a] | 23 *ὑποδέξασθαι S* | 24 *ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς Nomoc.*[m] | 25 *ἢ — ἐκκλησίας om. L* | *τινὰ om Sς (Iul.)* ‖ 27 *ἐκδημήσουσι S*

---

2 in] et in *V*, *om.* *T*[1] | uoluerint *V* noluerit *R*[1] ‖ 3 quid *R*[1] | 4 prouintiam *T* ‖ 6 praefectis *V*[a] | 7 fuerit *RT* | 8 reddere *R* | 9 Reuerentissimis *V*[1] | apocrisarii *RV*[2] apocrisariis *V*[1] aposarii *T*[1] apofarii, *deinde* apocripharii *T*[2] | cuiusque *T* | 12 destinati episcopis *V* episcopis ordinati (ordinari *R*) *RT* | 13 ecclesiae causa *T* ‖ aut privato] a priuato *R* | 14 habuerit *V* | 15 yconomo *RVT*[2] et conomio *T*[1] | ut] aut *T*[1] | aliquis conueniat *R* | 16 illi *T*[1] | conueniunt *T*[1] | 19 et *om.* *V* | quidam *R*[1] | 20 fecerit *R* | 21 suscipient *V*] suscipiunt *RT* suscipiant *vulg.* | 24 et *om.* *R vulg.* | 25 propter] per *R*[1] ‖ legationem] suam legationem *V* legacionem suam *R*[2] | vel] aut *R* | 29 his] is *R*[1] | eos *om.* *R* ‖ 30 postquam — 614, 1 habere *om.* *T*[1]

ἐνάγειν αὐτοῖς, οὐδενὸς τοῖς νομίζουσιν ἔχειν αὐτοὺς ὑπευθύνους γινομένου προκρίματος περὶ χρονίαν παραγραφὴν διὰ τὸν χρόνον, ὃν ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀποδημίᾳ παρείλκυσαν.

eos; nullo [in] his qui se putant habere eos faciendo praeiudicio de temporalibus praescriptionibus propter tempus, quod in tali causa protraxerant.

CAPUT XXVII.

Εἴ ποτε δὲ αἰτία ἀναφυῇ τοῦ ὑπόμνησιν ἢ ἐκβιβασμὸν προσενεχθῆναι ὑπὲρ οἱασδήποτε χρηματικῆς αἰτίας εἴτε δημοσίας εἴτε ἰδιωτικῆς κληρικῷ ἢ μοναχῷ ἢ μοναστρίᾳ ἢ ἀσκητρίᾳ οἱουδήποτε μοναστηρίου, καὶ μάλιστα γυναικῶν, ὕβρεως χωρὶς καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης τιμῆς κελεύομεν τὴν ὑπόμνησιν καὶ τὸν ἐκβιβασμὸν γίνεσθαι, μηδεμίαν δὲ μονάστριαν ἢ ἀσκήτριαν τοῦ μοναστηρίου ἀφέλκεσθαι, ἀλλ' ἐντολέα ἐξ αὐτῶν προβάλλεσθαι τὸν ὑπὲρ τοῦ πράγματος ἀποκρινούμενον. τοῖς δὲ μοναχοῖς ἐξέστω εἴτε δι' ἑαυτῶν εἴτε δι' ἐντολέων τὰς ἰδίας ἢ τὰς τοῦ μοναστηρίου δίκας πράττειν· εἰδότος τοῦ ταῦτα παραβαίνοντος δικαστοῦ ἢ ἐκβιβαστοῦ, ὡς καὶ τῆς ζώνης γυμνωθήσεται καὶ ποινὴν ε' χρυσίου λιτρῶν εἰσπραχθήσεται παρὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν πριβάτων· τοῦ ἐκβιβαστοῦ δηλονότι πρὸς τούτοις καὶ βασάνους ὑπομένοντος καὶ εἰς ἐξορίαν πεμπομένου. τῶν κατὰ τόπον ὁσιωτάτων ἐπισκόπων προνοούντων, ἵνα μηδὲν τούτων ἐναντίον γένηται, ἢ εἴπερ τι ἁμαρτηθῇ, ἵνα ἡ εἰρημένη ἐκδίκησις προέλθοι. τοῦ δὲ ἄρχοντος τὴν ἐκδίκησιν ἀναβαλλομένου ἐπιθεῖναι εἰς ἡμετέραν εἴδησιν ὁ ἐπίσκοπος ἀναφερέτω.

Si quando autem causa emerserit, ut admonitio et executio inferatur pro qualibet pecuniaria causa sive publica sive privata clerico aut monacho aut monastriae aut cuicumque monasterio maxime feminarum, iubemus sine iniuria et cum competenti honore admonitionem fieri, non tamen monastriam aut ascetriam monasterio abstrahi, sed procuratorem ab his ordinari qui pro causa respondeat. Monachis autem liceat sive per se sive per procuratorem monasterii causas agere; sciente qui haec praevaricatur iudice vel executore, quia et cingulo spoliabitur et poenam V librarum auri exigitur per magnificentissimum comitem privatarum rerum; executore videlicet super haec et verberando et in exilium dirigendo: locorum sanctissimis episcopis provisuris, ut nihil his contrarium fiat, aut si aliquid committatur, memorata ultio procedat. Iudice vero vindictam differente imponere ad nostram scientiam episcopus referat.

CAPUT XXVIII.

Σπορτούλων δὲ ὀνόματι πᾶν πρόσωπον ἐν οἱᾳδήποτε ἐκκλησιαστικῇ τάξει καταλεγόμενον, καὶ πρὸς

Sportularum vero nomine omnem personam in quocumque ecclesiastico officio constitutam, et ad

c. XXVII in. (— 13 *ἀποκρινούμενον*) *ex S repetit Nomoc. L tit.* 33 *p.* 640 *Voell.* — *Ath. summam prioris partis repetunt paratitla Ath.* 5 § 2.
c. XXVIII summam Ath. repetunt paratitla Ath. 5 § 2.

provinciam reverterint eos convenire, neve ullum iis qui se illos obnoxios habere putant praeiudicium fiat in temporali praescriptione propter tempus quod in tali profectione traxerint.

XXVII. *Quodsi quando causa emerserit, ut admonitio vel executio de qualicumque pecuniaria causa sive publica sive privata afferatur clerico aut monacho aut monachae aut ascetriae cuiuscumque monasterii, et maxime mulierum, sine iniuria et cum convenienti honore admonitionem et executionem fieri iubemus, nullam vero monacham vel ascetriam a monasterio detrahi, sed procuratorem ab iis institui qui de causa respondeat. Monachis autem liceat sive per se sive per procuratores proprias vel monasterii lites agere; sciatque qui haec transgressus sit iudex vel executor, fore ut et cingulo spolietur et multa quinque librarum auri ab ipso exigatur per magnificentissimum comitem privatarum; atque executor quidem praeterea tormenta quoque subeat et in exilium mittatur. Sanctissimi autem locorum episcopi provideant, ne quid his contrarium fiat, aut si quid commissum sit, ut praedicta vindicta procedat. Quodsi praeses vindictam inferre differat, ad notitiam nostram id episcopus referat.*

XXVIII. *Sportularum autem nomine unamquamque personam in qualicumque ecclesiastico ordine*

1 *αὐτοῖς — ἔχειν om. B*[c], *v. μηδενὸς inserto ante γινομένου* ‖ *μηδενὸς S* ‖ *αὐτοὺς ἔχειν Nomoc.*[m] ‖ 2 *ὑπευθύνους om.* ϛ ‖ *περὶ* — 4 *παρείλκυσαν om. S* ‖ *περὶ χρονίαν παραγραφὴν*] de temporalibus praescriptionibus ϛ ‖ 3 *ἀποδημίᾳ*] causa ϛ ‖ 5 *αἰτία LBS*ϛ *Iul.*] *αἰτία τις M* ‖ *ἀναφανῇ S unus* ‖ *ἢ*] et ϛ ‖ 7 *κληρικῷ*] *ἢ κληρικοῦ Nomoc.*[m] ‖ 8 *μοναστρίας Nomoc.*[m] *μοναστρίῳ B*[c] *Nomoc.*[d] *μοναστ*[ηρ] *L* ‖ *ἢ ἀσκητρίᾳ om. S*ϛ *Iul.* ‖ *οἱουδήποτε μοναστηρίου*] aut (vel *Iul.*) cuicumque monasterio ϛ *Iul.* ‖ 9 *καὶ om. Nomoc.*[dm] ϛ ‖ 10 *καὶ τὸν ἐκβιβασμὸν om.* ϛ ‖ 11 *μηδεμίαν δὲ*] *μὴ μέντοι S*ϛ(*Iul.*) ‖ *μοναστηρίαν L*[a] ‖ 12 *ἐφέλκεσθαι Nomoc.*[m] ‖ 13 *ἀποκρινούμενον MB*[c]] *ἀποκρινόμενον SLB*[f] *Nomoc.*[dm] ‖ 15 *δι' ἐντολέων*] per procuratorem ϛ ‖ *τὰς ἰδίας ἢ om.* ϛ ‖ *τοῦ om. B*[f] ‖ 16 *εἰσπράττειν Nomoc.*[m] ‖ 18 *λιτρῶν χρυσίου Nomoc.*[d] ‖ 19 *παρὰ — πριβάτων om. B*[f] ‖ *τῶν πριβάτων*] *τῶν ἰδικῶν ML s. v., B*[c] *Nomoc.*[dm] ‖ 20 *πρὸς τούτοις om. B*[f] ‖ 21 *τῶν* — 24 *προέλθοι om. S* ‖ 22 *τόπον*] *τόπων MB*[c](ϛ) *τὸν τόπον B*[f] *Nomoc.*[m] ‖ 23 *ἐναντία B*[f] ‖ *ἢ* — 24 *προέλθοι om. B*[f] ‖ *τι*] *τινι Nomoc.*[d] ‖ 24 *προσέλθῃ B*[c] ‖ 25 *ἀναβαλλομένου τὴν ἐκδίκησιν S* ‖ 26 *ἀναφερέτω*] *ὁ ἀναφερέτω* (*sic*) *L* ‖ 27 *σπουρτούλων M σπορτούλλων S plerique* (*et sic infra*), *συνηθειῶν M s. v., B*

1 nullo] nullo eos *R*[a] ‖ in *del. Beck* ‖ qui *V*[2]] quae *RT* que *V*[1] ‖ habere eos *Beck* (*qui add.* obligatos)] habere eis (*in ras. V*[2]) *libri* ‖ praeiudicio fatiendo *R*[2], fatiendo *om. R*[1] ‖ 3 protraxerant *V*] protraxerint *T vulg.* protraxerit *R* ‖ 5 ut *vulg.*] tunc *RVT* ‖ 6 excusatio *R* ‖ 7 monache *T*[2] ‖ aut monasterie *V*[1] aut monasterio *V*[2] *T*[1], *del. T*[2] ‖ 8 cuique *R* ‖ 10 amonitione *T*[1] adhomonitionem *R*[a] ‖ monasteria *RT*[1] monasterio *V* ‖ aut assistriam (assisteria *T*[1]) monasterio (monasteria *R*[a]) *RT*, *om. V* ‖ 11 procuratione *R*[1] ‖ 12 qui] quod *R* ‖ pro *om. V* ‖ 13 sive per] sive *om. R* ‖ sive per] per *om. R* ‖ monasteriis *R*[1] ‖ 14 scienti *R*[1] ‖ quam *T*[1] ‖ haec *om. V* ‖ praeteruaricatur *R*[a] ‖ 15 iudicem *R*[1] a iudice *T*[a] ‖ executorem *R*[1] executione *T*[1] ‖ et] in *T*[1] ‖ cingulos *T*[a] ‖ expoliabitur *V* ‖ 16 V] X *V* ‖ 17 cōmitem *T*[1] ‖ rerum *om. R*[1] ‖ executorem *VT*[1] execut••• *R*[1] ‖ 18 et *RT*] etiam *V* ‖ uerberamdo *R*[2] uerba••••ta *R*[1] uerberamenta *T* uerbera sunt inepta *V*[1] uerbera sumpta *V*[2] ‖ dirigendum *R*[1] *VT*[2] degendum *T*[1] ‖ 19 sanctis *T* ‖ 20 fiat (contra fiat *R*[a]) contrarium *R* ‖ aut] ut *R*[1] *T* ‖ aliqui *R*[1] ‖ 21 uitio *R*[1] *T*[1] ‖ iudicem *RV*[a] *T*[1] ‖ 22 differentem imponere *R*[2] differente intempore *V* inferre differentem (differente *T*[2], *in marg.* al. inponere *T* ‖ 23 referatur *V* ‖ 27 Sportularum] de sportularum *R*[1] ‖ personam *om. V*[1] ‖ 28 ecclesiastico *om. T*[1]

τούτοις διακόνισσαν καὶ μοναχὸν καὶ ἀσκήτριαν καὶ μονάστριαν ὑπὲρ πάσης ἐγκληματικῆς καὶ χρηματικῆς αἰτίας, ὅσης ἂν εἴη ποσότητος, εἴτε ἀπὸ κληρικοῦ εἴτε ἀπό τινος ἐν στρατείᾳ καταλεγομένου ὑπόμνησιν δέξονται, ἢ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει ἢ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐν αἷς διάγουσιν, οὐ πλέον τεσσάρων κερατίων διδόναι συγχωροῦμεν. εἰ δέ τις ἐξ ἡμετέρας κελεύσεως ἢ ἄρχοντος ἢ μακαριωτάτου πατριάρχου σταλεὶς ἐκβιβαστὴς εἰς ἄλλας ἐπαρχίας ὑπόμνησιν προσαγάγοι τινὶ τῶν μνημονευθέντων προσώπων, μὴ περαιτέρω ἑνὸς νομίσματος κομιζέσθω. εἰ δὲ καὶ ὑπὲρ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς αἰτίας πολλοὺς ἐκ τῶν μνημονευθέντων προσώπων ὑπομνησθῆναι συμβαίη, ἑνὸς καὶ μόνου προσώπου ὑπὲρ πάντων σπόρτουλα κομίζεσθαι θεσπίζομεν. ἐπίσκοπος δὲ ὑπὲρ τῶν πραγμάτων τῆς ἰδίας ἐκκλησίας μηδεμίαν μεθοδείαν ἢ ὄχλησιν ὑφιστάσθω· σπόρτουλα δὲ εἰ ὑπὲρ τῶν ἰδικῶν πραγμάτων ὑπομνησθείη, ἀπαιτείσθω· τὰς ἐναγωγὰς δηλαδὴ τὰς κατὰ τῆς ἐκκλησίας προτιθεμένας τῶν οἰκονόμων ὑποδεχομένων, ἢ ἐκείνων οἵτινες ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ προβληθεῖεν. ὁ δὲ παρὰ ταῦτα εἰσπρᾶξαι σπόρτουλα τολμῶν ἐν διπλῷ ὅπερ ἔλαβε τῷ ἀπαιτηθέντι προσώπῳ ἀποδοῦναι συνωθείσθω, καὶ εἰ μὲν στρατεύεται, καὶ τὴν ζώνην ἀπολλύτω, εἰ δὲ κληρικὸς εἴη, τοῦ κλήρου ἐκβαλλέσθω.

haec diaconissam et monachum aut ascetriam aut monastriam pro omni criminali et pecuniaria ⟨causa⟩, cuiuscumque sit quantitatis, sive a clerico sive a quolibet in militia constituto admonitionem suscipiant aut in regia civitate aut in provinciis quibus degunt, ne amplius quattuor siliquas dare permittimus. Si vero ex nostra iussione aut ad iudicem aut ad beatissimam ascetriam missus executor in aliam provinciam admonitionem offerat alicui memoratarum personarum, non ultra unum solidum accipiat. Si vero pro una eademque causa multas ex memoratis personis admoneri contingat, unam et solam personam pro omnibus sportulas dare sancimus. Episcopus enim pro rebus suae ecclesiae nullam exactionem molestiamque sustineat, sportularum vero si pro talibus causis admoneatur, exigatur; actiones videlicet contra ecclesiam propositas oeconomis suscipientibus aut illis qui in ea causa ordinati sunt. Qui vero contra haec exigere sportulas praesumpserit, in duplum quod accepit exactae personae reddere compellatur, et si quidem militat, cingulum perdat, si vero clericus fuerit, a clero removeatur.

CAPUT XXIX.

Τοῖς δὲ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ ὑποδιακόνοις καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν κλήρῳ τεταγμένοις μὴ ἔχουσι γαμετὰς κατὰ τοὺς θείους κανόνας ἀπαγορεύομεν καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν τῶν ἁγίων κανόνων δύναμιν, γυναῖκά τινα ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐπείσακτον ἔχειν, δίχα μέντοι μητρὸς καὶ θυγατρὸς καὶ ἀδελφῆς

Presbyteris autem et diaconibus et subdiaconibus et omnibus in clero conscriptis non habentibus uxorem secundum sacros canones interdicimus etiam nos secundum sanctarum regularum virtutem mulierem aliquam in propria domo superinductam habere, tamen citra matrem aut sororem aut filiam et alias

c. XXIX ex B repetit Nomoc.[d] *XIV tit.* 8, 14; *in.* (— 616, 1 *ἐκφεύγει*) *et clausulam* (616, 12 *ἐπίσκοπον* ...) *ex S repetit Nomoc. L tit.* 28. 27 *p.* 635. 634 *Voell., ex B habet* B^e *K* 18, 6 *p.* 435 *Zach. — Summam praestat Nomoc. XIV tit.* 8, 14.

constitutam, ac praeterea diaconissam et monachum et ascetriam et monacham pro omni criminali et pecuniaria causa, cuiuscumque sit quantitatis, sive a clerico sive ab aliquo in militia constituto admonitione petiti sint, sive in regia civitate sive in provinciis in quibus degunt, non plus quam quattuor siliquas dare permittimus. Si quis autem ex iussione nostra sive praesidis sive beatissimi patriarchae executor missus in alias provincias alicui ex memoratis personis admonitionem obtulerit, ne ultra solidum unum accipiat. Sed etiam si forte de una eademque causa plures ex memoratis personis admoniti sint, ut unius solius personae pro omnibus sportulas accipiat sancimus. Episcopus autem pro rebus ecclesiae suae nullam executionem aut molestiam subeat; sportulae vero, si de propriis causis admonitus sit, ab eo exigantur: ut scilicet actiones quae contra ecclesias instituuntur oeconomi suscipiant, vel illi qui ad eam causam constituti sunt. Qui vero adversus haec sportulas exigere ausus sit, in duplum quod accepit personae a qua exactae sunt reddere compellatur, et si quidem militat, etiam cingulum amittat, sin clericus sit, e clero expellatur.

XXIX. *Presbyteris autem et diaconis et subdiaconis et ceteris omnibus in clero constitutis uxores non habentibus secundum sacros canones nos quoque interdicimus secundum sanctorum canonum vim, ne quam mulierem in domo sua extrinsecus introductam habeant, excepta tamen matre et filia et sorore et*

1 *καὶ ἀσκήτριαν καὶ μονάστριαν*] aut ascetriam aut monastriam ϛ ‖ 2 *καὶ*] *ἢ B* ‖ 3 *ὁπόσης S* ‖ 5 *ἢ om. S* ‖ *ἐν τῇ — ἐπαρχίαις om.* B^f ‖ 6 *sq. συγχωροῦμεν διδόναι* B^f ‖ 7 *τις MLB*] *om. S* ϛ *Iul.* ‖ 8 *ἢ ἀπὸ ἄρχοντος S* aut ad iudicem ϛ ‖ *μακαριωτάτου πατριάρχου LB*] *τοῦ μακαριωτάτου πατριάρχου M ἐκ τοῦ (τοῦ om. codd. duo) μακαριωτάτου πατριάρχου S* ad beatissimam ascetriam ϛ ‖ *σταλῇ S* ‖ 9 *εἰς*] *ἐπ' S* ‖ *ἄλλας ἐπαρχίας*] aliam provinciam ϛ ‖ *προσάγων S* ‖ 11 *ἑνὸς om.* ϛ *Iul.* ‖ *δὲ καὶ*] *καὶ om. L* ‖ 14 *σπόρτουλλα M, συνηθείας (et sic infra) B* ‖ *κομίζεσθαι MLB*] *δίδοσθαι S* ϛ *(Iul.)* ‖ 15 *δὲ*] enim ϛ ‖ 16 *ἐνόχλησιν S* ‖ 17 *δὲ om. Nomoc.*[dm] ‖ *εἰ S* ϛ *(Ath. Theod. Nomoc. XIV tit.)*] *μηδὲ εἰ (δὲ εἰ add. s. v. in litura L, εἰ om. Nomoc.*[dm]*), MLB (Iul.) tam antiqua quam manifesta interpolatione* ‖ *ὑπὲρ τῶν ἰδικῶν*] pro talibus ϛ ‖ *πραγμάτων om. B* ‖ 18 *ἀγωγὰς S* ‖ 19 *κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν S (Iul. v. l.)* ‖ 21 *σπόρτουλα s. v. συνηθείας L* ‖ 24 *καὶ om. Nomoc.*[d] ‖ *τοῦ κλήρου om.* B^f ‖ 25 *ἐκβαλέσθω M* ‖ 26 *μδ' nota capitis in mg. M (με' est in B)* ‖ 27 *πᾶσι om. Iul., τοῖς ἄλλοις om. S* ϛ ‖ *ἐν τῷ κλήρῳ* B^c ‖ *καταλεγομένοις μὴ (καὶ μὴ v. l.) S* ‖ 28 *γαμετὰς*] uxorem ϛ ‖ 29 *ὑμεῖς M* ‖ *ἁγίων*] *θείων* B^f ‖ 31 *μέντοι MLBS*] *μὲν τῆς Nomoc.*[d]

1 aut sistriam *RV* et aut assisteria T^1 ‖ aut monasteria T^1, *om. RV* ‖ 2 pecunia *V* ‖ causa *add. vulg.* ‖ 3 si uero a clerico R^1 ‖ 5 quibus] in quibus *Beck* ‖ 6 deget T^1 ‖ nē R^1 non R^2 nec *vulg.* ‖ siquas T^1 filii quas R^1 ‖ 7 nostra ex *V* ‖ 8 beatissima R^1V^1 ‖ asistriam (sistriam R^2) missus R^2V^2 sistria rea missus R^1V^1 sistiare amissus T^1 assistriam remissus T^2 ‖ alias prouincias *T vulg.* ‖ 9 moratarum *V* ‖ 10 solidum R^1T^1] unum solidum VT^2 *vulg.* sol. unum *R schol.* ‖ 11 una pro R^1 ‖ multis R^1T ‖ 12 personis] causis personis R^1 ‖ ammoneri *V* amm••• R^1 ante mori *T* ‖ contigerit *T* ‖ 13 prae *V* ‖ dari *R* ‖ 14 enim] vero *vulg.* ‖ suae ecclesiae] siue ex rebus *R* ‖ 15 molestiam T^1 ‖ sportulas R^1 ‖ vero si] nomine si T^2 set *V* ‖ 16 amoneatur *T* admoneat V^2 ‖ exigatur *Beck*] exactor *libri* ‖ 17 ecclesias *T* ‖ economiis R^1 ycononiis R^2 ‖ 18 illis *vulg.*] aliis (*om.* T^1) *libri* ‖ 19 vero *om.* R^1 ‖ hoc? T^1 ‖ sportulas exigere T^2, exigere *om.* T^1 ‖ praesumpserint *V* ‖ 20 que T^1 ‖ acceperit *T* ‖ credere T^1 ‖ 21 compellantur *V* ‖ militant *et* perdant *VT* ‖ 27 et *om.* T^1 ‖ uxores *T* ‖ 28 sacras *V* ‖ 29 sacrarum *T* ‖ mulierum VT^1 ‖ 30 propriam domum *T* ‖ superinductum R^1 ‖ 31 tamen] tum R^1, *del.* R^2 ‖ matrem] in matrem R^1

καὶ τῶν ἄλλων προσώπων, ἅτινα πᾶσαν ὑποψίαν ἐκφεύγει. εἴ τις δὲ παρὰ ταύτην τὴν παραφυλακὴν γυναῖκα ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ σχῇ, ἥτις δύναται αὐτῷ ὑποψίαν ἐπάγειν, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἢ ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἢ ὑπὸ τῶν ἰδίων συγκληρικῶν ὑπομνησθεὶς, ὥστε μετὰ τοιαύτης γυναικὸς μὴ οἰκεῖν, ἐκβαλεῖν αὐτὴν ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου μὴ θελήσῃ, ἢ κατηγόρου φαινομένου ἀποδειχθῇ ἀσέμνως μετὰ τοιαύτης γυναικὸς ἀναστρέφεσθαι, τηνικαῦτα ὁ ἐπίσκοπος αὐτοῦ κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας τοῦ κλήρου αὐτὸν ἐκβαλλέτω, τῇ βουλῇ τῆς πόλεως ἧς κληρικὸς ἦν παραδοθησόμενον. Ἐπίσκοπον δὲ μηδεμίαν παντελῶς γυναῖκα ἔχειν ἢ μετ' αὐτῆς οἰκεῖν συγχωροῦμεν. εἰ δὲ ἀποδειχθείη τοῦτο μηδαμῶς παραφυλάξας, τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβαλλέσθω· αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν ἀνάξιον δείκνυσι τῆς ἱερωσύνης.

personas, quae omnem suspicionem effugiunt. Si quis autem absque hac observatione mulierem in sua domo habet quae potest ei suspicionem inferre, et semel et secundo a suo episcopo aut a suis clericis admonitus, ne cum tali muliere habitaret, eicere eam de sua domo noluerit, aut accusatore apparente probetur inhoneste cum muliere conversari, tunc episcopus eius secundum ecclesiasticos canones clero eum amoveat curiae civitatis cuius clericus erat tradendum. Episcopum vero nullam penitus mulierem habere aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur hoc nequaquam custodiens, episcopatu proiciatur: ipse enim se indignum ostendit sacerdotio.

CAPUT XXX.

Διακόνισσαν δὲ οὐδενὶ τρόπῳ μετὰ ἀνδρός, ἐξ οὗ δύναται ἀσέμνου βίου ἀναφύεσθαι ὑποψία, οἰκεῖν συγχωροῦμεν. εἰ δὲ ταῦτα μὴ παραφυλάξει, ὁ ἱερεὺς ὑφ' ὃν τέτακται ὑπομιμνησκέτω ταύτην, ἵνα πᾶσι τρόποις τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐκβάλλῃ τοῦ ἰδίου οἴκου. εἰ δὲ τοῦτο ὑπέρθηται πρᾶξαι, τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὑπηρεσίας καὶ τῶν ἰδίων διαρίων ἀλλοτριουμένη ἐν μοναστηρίῳ παραδιδόσθω, κἀκεῖ πάντα τὸν τῆς ἰδίας ζωῆς χρόνον διατελείτω· τῶν πραγμάτων αὐτῆς, εἰ μὲν παῖδας ἔχοι, μεταξὺ αὐτῆς κἀκείνων κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν προσώπων διαιρουμένων, ἵνα τὸ ἁρμόζον τῇ αὐτῇ γυναικὶ μέρος τὸ μοναστήριον λαμβάνον ταύτην ἀποτρέφοι· εἰ δὲ μὴ ἔχοι παῖδας, πᾶσα ἡ αὐτῆς περιουσία μεταξὺ τοῦ μοναστηρίου ὅπου ἐμβάλλεται καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐν ᾗ πρότερον ἐτέτακτο ἐξ ἴσης μοίρας διαιρείσθω.

Diaconissam vero nullo modo cum viro, ex quo potest inhonestae vitae emergere suspicio, habitare permittimus. Si vero haec non observet, sacerdos sub quo subiacet admoneat eam, ut omnibus modis talem virum eiciat sua domo. Si vero hoc distulerit agere, ecclesiastico ministerio et propriis emolumentis alienata monasterio tradatur, et ibi omni suae vitae tempore degat: rebus eius, si quidem filios habeat, inter se et illos secundum numerum personarum dividendis, ut competentem ipsi mulieri partem monasterium accipiens eam alat; si autem non habuerit filios, omnis eius substantia inter monasterium, ubi immittitur, et ecclesiam, in qua prius erat constituta, ex aequa portione dividatur.

CAPUT XXXI.

Εἴ τις τῶν θείων μυστηρίων ἢ τῶν ἄλλων ἁγίων λειτουργιῶν ἐπιτελουμένων ἐν ἁγίᾳ εἰσελθὼν ἐκκλη-

Si quis cum sacra mysteria aut alia sancta ministeria celebrantur, in sanctam ingrediens ecclesiam

c. XXX ex B habent B[s] *K* 18, 7 *p.* 435 *Zach. et Nomoc.*[d] *XIV tit.* 8, 14. — *Summa extat Nomoc. ib.; Ath. summam repetunt paratitla Ath.* 9 § 1. 2 § 2.
c. *XXXI* (— 617, 10 ὑπομείνῃ) *habet Epanagoge* 9, 17; *ex S repetit Nomoc. L tit.* 20 *p.* 628 *Voell.*

ceteris personis, quae omnem suspicionem effugiunt. Si quis vero contra hanc observationem mulierem in domo sua habeat, quae ei suspicionem adferre possit, et semel atque iterum aut ab episcopo suo aut a conclericis suis admonitus, ne cum tali muliere habitet, expellere eam domo sua noluerit, aut cum accusator extiterit inhoneste cum tali muliere versari convictus sit, tunc episcopus eius secundum ecclesiasticos canones clero eum repellat, curiae civitatis in qua clericus erat tradendum. Episcopo autem nullam omnino mulierem habere aut cum muliere habitare permittimus. Quodsi id nequaquam observasse probatus sit, episcopatu deiciatur: ipse enim sacerdotio sese indignum ostendit.

XXX. *Diaconissam autem nullo modo cum viro, ex quo inhonestae vitae suspicio oriri possit, habitare permittimus. Si autem haec non observaverit, sacerdos cui subiecta est eam admoneat, ut omnibus modis talem virum e domo sua eiciat. Quodsi id facere distulerit, ecclesiastico ministerio et emolumentis suis privata monasterio tradatur, ibique omne vitae suae tempus peragat; res autem eius, si quidem liberos habeat, inter ipsam et illos secundum numerum personarum dividantur, ut partem quae mulieri competit monasterium accipiat eamque alat; sin non habeat liberos, tota eius substantia inter monasterium, in quod immittitur, et ecclesiam, in qua prius constituta erat, aequa portione dividatur.*

XXXI. *Si quis, cum sacra mysteria vel alia sancta ministeria celebrantur, sanctam ecclesiam in-*

1 *ἐκφεύγοι L* ‖ 2 *εἰ δέ τις S* ‖ *φυλακὴν M*[a] ‖ 3 *εἴ τις M* ‖ 4 *ἐπαγαγεῖν S* ‖ *ἢ om.* ς ‖ *ἀπὸ S* ‖ 5 *ἀπὸ SL* ‖ 6 *ὥστε μὴ μετὰ τῆς τοιαύτης γυναικὸς, om. vv. μὴ οἰκεῖν* — 8 *γυναικὸς Nomoc.*[d] ‖ 7 *ἐκ om. S* ‖ *μὴ] οὐ B*[f] ‖ *θελήσῃ L] θελήσοι MBS* ‖ 8 *τοιαύτης M] τῆς τοιαύτης SLB, om.* ς ‖ 11 *τῇ βουλῇ — παραδοθησόμενον om. B* ‖ 13 *μετὰ ταύτης S plerique* ‖ 14 *φυλάξας B*[c] ‖ 15 *sq. αὐτὸς — ἱερωσύνης om. S* ‖ *δεικνυσιν ἀνάξιον B*[s] ‖ 18 *ἀναφαίνεσθαι LB*[s] *Nomoc.*[d] ‖ 19 *παραφυλάξοι S Nomoc.*[d] *φυλάξει B*[e] *φυλάξῃ B*[f] ‖ 20 *ὑφ' οὗ Nomoc.*[d] ‖ *αὐτὴν ἅπασι (om. ἵνα) S* ‖ 21 *ἐκβάλῃ (ante τὸν τοιοῦτον coll. B*[s]*) MB*[s] *ἐκβάλλοι L ἐκβάλλειν S* ‖ *τοῦ] ἐκ τοῦ B*[s] ‖ 22 *τοῦτο et πρᾶξαι om. S* ‖ 23 *ἀλλοτριουμένην τῷ μοναστηρίῳ παραδιδότω S* ‖ 28 *μέρος om. B*[s] ‖ 29 *ἀποτρέφῃ SB*[c]*, B*[s] *v. l.* ‖ *ἔχῃ B*[s] *v. l.* ‖ *αὐτῆς ἡ Nomoc.*[d] ‖ 30 *ὅπου] ἐν ᾧ B*[s] *v. l.* ‖ 31 *τέτακται S plerique*

1 suspitionem — 7 cum mu| *scr. R*[2] *in ras. 4 vv.* ‖ si quis absque autem *V*[2], si quis •••••• obseruatione es•••••••••••••••• *V*[1] ‖ 2 obseruatore *R* ‖ 3 sua *om. V* ‖ 5 nec *V*[1] ‖ 6 eam de] eadem *V*[1] ‖ suo *VT*[1] ‖ accusatione *V* accusato *T*[2] ‖ apparente] aut apparente *T*[1] ‖ 9 clero] a clero *R*[3] ‖ admoueat *T* admoneat *R*[1] ‖ 10 * tradendo (trahendo *T*[1]) *libri* ‖ episcopus *R*[1] ‖ 12 hoc probetur *R* ‖ episcopatum *V* ‖ 13 ipsi *V*[1] ‖ ostendit] ostendit se *V*[1] ‖ 17 diaconissa *R*[1] ‖ 18 honestate *R*[1]*T*[1] inhonestate *R*[2] honeste *R*[3]*T*[2] ‖ suscipicio *R*[1] ‖ 19 hoc *VT* ‖ 21 haec *V* ‖ 22 agere — 26 mulieri par| *scr. R*[2] *in ras. 3 vv.* ‖ 23 monasterio *RT*[1] ‖ uite sue *V* ‖ 25 habet *R* ‖ se et *om. T*[1] ‖ 27 alat *vulg.*] agat *RVT* ‖ 28 inter] in *VT*[1] ‖ 29 ubi *om. V* ‖ immittitur *V*] mittitur *RT vulg.* ‖ ecclesia *V* ‖ 30 statuta *R* ‖ diuidetur *R* ‖ 33 aut alia sancta misteria *V*[1]*T*, *del. V*[2], *om. R* ‖ 34 celebretur *T* ‖ ingrediens ecclesiam *V*] egrediens ecclesiam *T* ecclesiam ingrediens *R vulg.*

σίᾳ ἢ τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς κληρικοῖς ἢ τοῖς ἄλλοις ὑπηρέταις τῆς ἐκκλησίας ὕβρεώς τι ἐπαγάγοι, κελεύομεν τοῦτον βασάνους ὑπομεῖναι καὶ εἰς ἐξορίαν πεμφθῆναι· εἰ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ θεῖα μυστήρια καὶ τὰς θείας λειτουργίας ταράξει ἢ ἐπιτελεῖσθαι κωλύσει, κεφαλικῶς τιμωρεῖσθαι. τοῦτου αὐτοῦ καὶ ἐπὶ ταῖς λιταῖς ἐν αἷς ἢ ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ εὑρίσκονται φυλαττομένου, ἵνα εἰ μὲν ὕβριν μόνον ποιήσει, βασάνοις καὶ ἐξορίᾳ παραδοθῇ, εἰ δὲ καὶ τὴν λιτὴν διασκεδάσει, κεφαλικὸν κίνδυνον ὑπομένοι. καὶ ταῦτα διεκδικεῖν κελεύομεν οὐ μόνον τοὺς πολιτικούς, ἀλλὰ καὶ τοὺς στρατιωτικοὺς ἄρχοντας.

episcopo aut clericis aut ministris aliis ecclesiae iniuriae aliquid inferat, iubemus hunc verbera sustinere et in exilium mitti. Si vero et haec sacra mysteria ⟨et sacra ministeria⟩ conturbaverit aut celebrari prohibuerit, capitaliter puniatur. Hoc ipso et in letaniis in quibus episcopi aut clerici reperiantur custodiendo; et si quidem iniuriam solum fecerit, verberibus exilioque tradatur, si vero etiam letaniam concusserit, capitale periculum sustinebit. Et vindicare iubemus non solum civiles, sed etiam militares iudices.

CAPUT XXXII.

Πᾶσι δὲ τοῖς λαϊκοῖς ἀπαγορεύομεν λιτὰς ποιεῖν δίχα τῶν ὁσιωτάτων τῶν τόπων ἐπισκόπων καὶ τῶν ὑπ᾿ αὐτοὺς εὐλαβεστάτων κληρικῶν· ποία γάρ ἐστι λιτή, ἐν ᾗ ἱερεῖς οὐχ εὑρίσκονται καὶ τὰς συνήθεις ποιοῦσιν εὐχάς; ἀλλὰ καὶ τοὺς τιμίους σταυρούς, μεθ᾿ ὧν ἐν ταῖς λιταῖς ἐξέρχονται, μὴ ἀλλαχόσε πλὴν εἰ μὴ ἐν εὐαγέσι τόποις ἀποτίθεσθαι· καὶ εἴ ποτε χρεία καλέσει τοῦ λιτὰς ἐπιτελεῖσθαι, τότε μόνον τοὺς αὐτοὺς ἁγίους σταυροὺς λαμβάνειν τοὺς εἰωθότας αὐτοὺς βαστάζειν, καὶ μετὰ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν κληρικῶν τὰς λιτὰς ἐπιτελεῖσθαι. Ταῦτα παραφυλαττόντων τῶν ὁσιωτάτων τῶν τόπων ἐπισκόπων καὶ τῶν αὐτῶν κληρικῶν καὶ τῶν κατὰ τόπον ἀρχόντων. εἰ δέ τις ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ τὴν τοῦ παρόντος ἡμῶν νόμου δύναμιν ἢ παραβῇ ἢ μὴ ἐκδικήσῃ, τὰς εἰρημένας ποινὰς ὑποστήσεται.

*Omnibus autem laicis interdicimus letanias facere sine sanctissimis episcopis et qui sub eis sunt reverentissimis clericis: qualiter enim est letania, in qua sacerdotes non inveniuntur et sollemnes faciunt orationes? Sed etiam honorandas cruces, cum quibus in letaniis ingrediuntur, non alibi nisi in venerabilibus locis reponi, et si quando opus vocaverit ad letanias celebrandas, tunc solum ipsas sanctas cruces accipere eos qui consuete eas portare solent, et cum episcopo et clericis letanias celebrari. Haec custodientibus sanctissimis locorum episcopis aut etiam eorum clericis et per loca iudicibus. Si quis autem in hoc capitulo praesentis nostrae legis virtutem aut transcenderit aut non vindicaverit, praedictas poenas patietur.

CAPUT XXXIII.

Ὑπόλοιπον ἡμῖν ἐστι καὶ περὶ τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων καὶ τῶν εὐλαβεστάτων μοναχῶν διατυπῶσαι.

[De monasteriorum et reverentissimorum monachorum dispositione.]

c. *XXXII* (— 23 *ἐπιτελεῖσθαι*) *habet Epanagoge* 9, 18; *initium tantum* (— 16 *εὑρίσκονται*) *exhibet S indeque Appendix Nomoc. L tit. cap. eccl.* 9 *p.* 662 *Voell.*

c. *XXXIII. XXXIV ex S repetit Appendix Nomoc. L tit. cap. eccl.* 20 *p.* 671 *Voell.*; *c. XXXIV ex B repetit Nomoc.*[dm] *XIV tit.* 11, 3. — *Summam habet Nomoc. XIV tit.* 11, 3.

gressus aut episcopo aut clericis aut ceteris ecclesiae ministris iniuriam aliquam intulerit, iubemus eum tormentis subici et in exilium mitti; si autem etiam ipsa sacra mysteria et sacra ministeria conturbaverit vel quominus celebrentur prohibuerit, capitali supplicio afficiatur. Atque hoc ipsum etiam in litaniis, in quibus vel episcopi vel clerici reperiuntur, observetur, ut si quidem iniuriam solum fecerit, tormentis et exilio tradatur, sin etiam litaniam concusserit, capitis periculum subeat. Et haec non solum civiles, sed etiam militares magistratus vindicare iubemus.

XXXII. *Omnes autem laicos vetamus litanias facere sine sanctissimis locorum episcopis et religiosissimis qui sub iis sunt clericis: qualis enim litania est, in qua sacerdotes non reperiantur nec solitas preces faciant? Sed etiam venerabiles cruces, cum quibus in litaniis incedunt, non alibi nisi in religiosis locis reponantur; et si quando necessitas postulet ut litaniae celebrentur, tum demum easdem sanctas cruces ii accipiant qui eas portare solent, et cum episcopo et clericis litaniae celebrentur. Atque haec sanctissimi locorum episcopi eorumque clerici et magistratus cuiusque loci observent. Si quis autem in hoc capite praesentis legis nostrae vim vel transgressus sit vel non vindicaverit, praedictis poenis subicietur.*

Ἐπειδὴ δὲ τὸν Μαρεώτην ὑπεθήκαμεν τῷ Λιβυκῷ κλίματι, καὶ εἰκός τινας τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπὶ δημοτικαῖς στάσεσιν ἁλισκομένους φεύγειν ἐκεῖσε διαδιδράσκοντας τὰς ἐπαγομένας αὐτοῖς παρὰ τοῦ περιβλέπτου αὐγουσταλίου ποινάς, θεσπίζομεν ἄδειαν εἶναι τῷ κατὰ καιρὸν περιβλέπτῳ αὐγουσταλίῳ στέλλειν ἐκεῖσε ἐπὶ ταύτῃ καὶ μόνῃ τῇ αἰτίᾳ κομμενταρήσιον μετὰ δημοσίας ἐπιστολῆς γινόμενον πρὸς τὸν ἐφέξοντα τὸν τόπον τοῦ λαμπροτάτου ἄρχοντος τῆς Λιβύων ἐπαρχίας, ὥστε καὶ συνέχειν αὐτοὺς καὶ παραδιδόναι διὰ τῶν ὑφ' ἑαυτὸν ταξεωτῶν τε καὶ στρατιωτῶν, ἵνα μηδεὶς τῶν δημοσίους θορύβους κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων ποιούντων ἐκεῖσε διαδιδράσκοι καὶ τὰς τοῦ περιβλέπτου αὐγουσταλίου διαφεύγοι ποινάς, πρὸς τῷ καὶ αὐτῷ τῷ τοῖς ἐκεῖσε μέρεσιν ἐφεστῶτι ἄδειαν εἶναι εἴ τινας εὕροι τοιούτους, καὶ συνέχειν καὶ κολάζειν καὶ κοινοῦ τὴν χεῖραν ἐλευθεροῦν αὐτούς. ἐπὶ τούτοις τοίνυν τὴν εἰρημένην ἀρχὴν ὁρίζομεν καὶ συνιστῶμεν ταῦτα πράξουσαν, ἅπερ ἐν τῷδε τῷ νόμῳ διωρίσαμεν· ἔσται γὰρ οὕτως καὶ αὐτάρκης ἡ φροντὶς τῷ πράγματι καὶ πανταχόθεν περιεσταλμένη καὶ διευκρινηθεῖσα καὶ μηδεμίαν παρέχουσα τοῖς βουλομένοις συγχύσεως καὶ κλοπῆς ἀφορμήν.

CAPUT XVIII.

Ἐντεῦθεν ἡμᾶς καλεῖ ἡ τοῦ • • • Λιβυκοῦ λιμιτοῦ φροντίς, ὅνπερ ἐπὶ τοῦ Παρατονίου ἱδρυσάμεθα, δόντες αὐτῷ καὶ στρατιωτικὴν χεῖρα τῶν κατ' ἐκεῖνα βαρβάρων ἄρχουσαν. βουλόμεθα γὰρ καὶ τὸν Λιβύης περίβλεπτον δοῦκα ἱδρῦσθαι μὲν ὡς εἴρηται κατὰ τὸ Παρατόνιον καὶ τὰς ὑποτεταγμένας αὐτῷ πόλεις, ἐν αἷς ἔσονται ⟨οἱ⟩ ὑπ' αὐτὸν στρατιῶται ταῖς αὐτοῦ κελεύσεσιν ὑπηρετούμενοι· λήψεται δὲ καὶ αὐτὸς τὰς ἀφωρισμένας αὐτῷ σιτήσεις, ὑπὲρ μὲν τῶν ἐν εἴδει ἀννόνων ἐνενήκοντα καὶ καπίτων ἑκατὸν εἴκοσι νομίσματα χίλια πέντε τέταρτον, ὑπὲρ δὲ τῶν ἐν χρυσῷ ἀννόνων πεντήκοντα καὶ καπίτων πεντήκοντα νομίσματα τετρακόσια, καὶ πρός γε ἡ πειθομένη τάξις αὐτῷ νομίσματα ρπζ' ἥμισυ, καὶ οἱ στρατιῶταί γε μήν, τουτέστιν οἱ ἐκ τῶν Λιβυκῶν Ἰουστινιανῶν καὶ Παρατονιτῶν Ἰουστινιανῶν ταγμάτων ⟨τῶν⟩ ἀφωρισμένων τοῖς εἰρημένοις τόποις, τὰς οἰκείας σιτήσεις καθάπερ αὐτοῖς ὥρισε τὸ δημόσιον λήψονται· δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἅπαντα τὰ σολέμνια τὰ ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς αὐτοῦ ἐπιδοθήσεται καθάπερ καὶ μέχρι νῦν ἐπεδίδοτο. ὁμοίως
1 *δὲ καὶ ὁ ἐπιχώριος ἄρχων καὶ ἡ πειθομένη τάξις αὐτῷ τὰς οἰκείας ἕξουσι σιτήσεις. ἀλλ' ἐπειδήπερ εἴ τις ἅπασαν ταύτην συλλογίσεται τὴν δαπάνην, οὐκ ἂν αὐτάρκης εἴη ἡ ἐκ τῶν τόπων τῶν ὑπ' αὐτὸν τεταγμένων ἤτοι τῆς Λιβύων ἐπαρχίας εἰσκομιδή, διὰ τοῦτο ἀναγκαῖον ᾠήθημεν προσθεῖναι αὐτῷ καὶ τὸν καλούμενον Μαρεώτην καὶ τὸν Μενελαΐτην ⟨τὴν⟩ πόλιν ἥτις πρώτης Αἰγυπτίων ἐπαρχίας ἐστίν. οὐδὲ γὰρ ἄλλως ἰσχύσει τοῖς στρατιώταις τοῖς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένοις ἐκ τοῦ δημοσίου παρασκευάζειν χορηγεῖσθαι, εἴπερ ἑτέρωθεν τὰ τῆς δόσεως ἤρτηται καὶ ὑφ' ἕτερον ἄρχοντα τελοίη, καὶ μυρίαι ἐντεῦθεν ἀναστήσονται φροντίδες καὶ ταραχαὶ ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν ἀρχόντων. ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἄρξει τῶν εἰρημένων τόπων, αὐτὸς δὲ κινδύνῳ οἰκείῳ καὶ ἡ πειθομένη οἱ τάξις καὶ ὁ πολιτικὸς ἄρχων ἅμα τῇ οἰκείᾳ τάξει καὶ εἰσπράξουσι καὶ ἐπιδώσουσι τὸ συναγόμενον τοῖς τε στρατιώταις καὶ ἑαυτοῖς, ὥστε καὶ τὰς δαπάνας αὐτῶν καὶ τὰς σιτήσεις ἐντεῦθεν γίνεσθαι οἰκείῳ κινδύνῳ τῆς εἰσπράξεως αὐτῶν γινομένης.*

XVII. *Quoniam vero Mareotam Libyco tractui subiecimus, et fieri potest ut nonnulli ex Alexandrinorum urbe in popularibus seditionibus deprehensi illuc fugiant illatas sibi a spectabili Augustali poenas evitantes, sancimus licere spectabili Augustali qui quoque tempore est mittere illuc ob hanc causam solam commentariensem cum litteris publicis ad eum qui clarissimi praesidis provinciae Libycae locum obtinebit, ut illos et comprehendat et per officiales et milites sibi subiectos tradat, ne quis eorum qui publicos tumultus in Alexandrinorum urbe moverint illuc aufugiat et poenas spectabilis Augustalis detrectet: praeterquam quod ei qui istis partibus praeest ipsi quoque licebit si quos tales invenerit et comprehendere et punire • • • • Ad haec igitur hunc magistratum definimus et constituimus, ut quae hac lege descripsimus faciat; sic enim et sufficiens cura erit rei et undique composita et distincta, nullamque confusionis et furti occasionem eis qui id voluerint praebens.*

XVIII. *Hinc nos vocat ducis Libyci limitis cura, quem apud Paratonium collocavimus, dantes ei etiam militarem manum barbaros qui illic sunt coercentem. Volumus enim etiam spectabilem Libyae ducem sedere quidem ut dictum est apud Paratonium et urbes ei subiectas, in quibus erunt milites sub eo constituti iussis eius obsequentes; accipiet autem ipse quoque annonas ei deputatas, pro annonis in specie nonaginta et capitibus centum et viginti aureos nongentos triginta, pro annonis in auro quinquaginta et capitibus quinquaginta aureos quadringentos, et insuper officium eius aureos CLXXXVII dimidium, et milites quoque, id est qui ex Libycis Iustinianis sunt et Paratonitis Iustinianis ad haec loca deputatis, annonas suas quemadmodum fiscus eis definivit accipient. Manifestum vero est omnia sollemnia in urbibus ei subiectis datum iri, quemadmodum etiam hactenus data sunt. Similiter autem etiam provincialis iudex*
1 *et officium ei obtemperans proprias annonas habebunt. Verum quoniam si quis omnes hasce impensas computet non sufficiens erit ex locis ipsi subiectis sive ex Libyum provincia illatio, idcirco necessarium duximus adicere ei et Mareotam quem vocant et Menelaitam urbem quae est primae Aegypti provinciae. Neque enim aliter poterit efficere ut militibus sub eo constitutis e fisco annona praestetur, si aliunde datio pendeat et alii iudici competat, et innumerabiles inde exorientur sollicitudines et turbae propter dissidium iudicum. Verum ipse locis quae diximus praeerit, ipse proprio periculo et officium ei parens et civilis iudex una cum suo officio et exigent et distribuent quod colligitur militibus et sibi, ut et sumptus eorum et annonae hinc sumantur proprio periculo exactione eorum facta.*

---

1 *λυβικῷ M* ‖ 2 *διαδράσκοντας M* ‖ 4 *κομενταρήσιον M* ‖ *γινομένης Zachariae* ‖ 7 *διαφεύγει M* ‖ *πρὸς τὸ καὶ αὐτὸ M, corr. Scrimger* ‖ 8 *κοινῶς τὴν χώραν Zachariae; de ἐκείνου τὴν χρείαν πληροῦν cogitat Skutsch* ‖ 9 *αὐτοῖς M^a ut vid.* ‖ 13 *supplendum existimo ἡ τοῦ ⟨δουκὸς τοῦ ἐπὶ τοῦ⟩, similiter Zachariae* ‖ *λυβικοῦ M* ‖ 16 *οἱ addidi* ‖ 18 *numerus corruptus; ϙκδ' ortum puto e ϡ λ', ut annona quinque, capitus quattuor sit aureorum (cf. Cod. I 27, 1). χίλια πέντε τριάκοντα (sic) Zachariae annonam 5½, capitum 4½ aureorum fuisse ratus* ‖ *fortasse fuit ἀννόνων τεσσαράκοντα aut νομίσματα τετρακόσια πεντήκοντα* ‖ 20 *ἐκ τούτων λιβύων ἰουστ. καὶ παρά τινι τῶν M, corr. Zachariae* ‖ *τῶν ταγμάτων M, τῶν del. Zachariae, ante ἀφωρ. posuit Kroll* ‖ *ἀφωρισμένοι Zachariae* ‖ 22 *αὐτῶν M, corr. Zachariae* ‖ 23 *ἐπιχωρίοις M* ‖ 26 *τὸν M^a] τὴν M^b vulg.* ‖ *τὴν inserui* ‖ *πρώτης Zachariae] πρὸ τῆς M* ‖ *ἰσχύσειε M, correxi* ‖ 28 *τελείη M* ‖ *καὶ μυρίαι iterat M* ‖ 30 *οἱ Kroll] σοὶ M, αὐτῷ Zachariae*

CAPUT XIX.

Ὅπως δὲ ἂν μηδὲ ἐνταῦθα δοίημέν τινι τεχνάζειν μηδὲ πλείονα δαπάνην βούλεσθαι ποιεῖν ἢ ἐλάττονα λέγειν τὴν εἰσκομιδήν. καὶ τοῦτο διοικούμενοι προσηκόντως τῇ ὑποκειμένῃ ἀπογραφῇ τῷδε τῷ θείῳ νόμῳ σαφὲς κατεστήσαμεν, δηλώσαντες πόσος μέν ἐστιν ὁ κανὼν [ὁπόσος] ὁ ἀνήκων εἰς τὸ δικαστήριον τῆς σῆς ὑπεροχῆς καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων ἐπαρχιῶν τε καὶ τόπων εἰσκομιζόμενος, ἐκ τῆς Λιβύης αὐτῆς καὶ τοῦ Μαρεώτου καὶ τοῦ Μενελαΐτου τῆς πόλεως, πόσα δὲ τὰ δαπανήματα, ἅπερ προσῆκόν ἐστιν ἐντεῦθεν γίνεσθαι περί τε τοὺς ἄρχοντας καὶ τὰς τάξεις καὶ τὰ σολέμνια περί τε τὴν τροφὴν τῶν καθωσιωμένων στρατιωτῶν. τοῦ περιβλέπτου αὐγουσταλίου παντελῶς οὐδεμίαν ἔχοντος μετουσίαν οὐδὲ τῆς αὐτοῦ τάξεως πρὸς τὸν εἰρημένον δοῦκα ἤτοι τὰς ὑποτεταγμένας αὐτῷ ἐπαρχίας τε καὶ πόλεις καὶ τόπους, οὐδὲ ἄλλου τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων τινός, ἀλλὰ αὐτοῦ τοῦ περιβλέπτου δουκὸς καὶ τοῦ τῆς Λιβύων πολιτικοῦ ἄρχοντος ἔχοντος πᾶσαν ἐξουσίαν ⟨ἐν⟩ τοῖς εἰρημένοις τόποις χρημάτων τε ἕνεκεν καὶ ἐγκλημάτων καὶ δημοσίων εἰσπράξεων, ὥστε μέντοι τὸν ἄρχοντα τὸν ἐπὶ Λιβύης ὑποκεῖσθαι τῷ περιβλέπτῳ δουκί, καὶ πάντας τοὺς τὰς αὐτὰς χώρας οἰκοῦντας κτήτορας, ἐφ᾽ οἷς κέκτηνται, καὶ τοὺς τούτων οἰκήτορας· εἰ γὰρ καὶ ἐν ἄλλαις ἐπαρχίαις οἰκοῦσι, κέκτηνται δὲ ὑπὸ τὰς εἰρημένας πόλεις ἢ τόπους, οἷς ἐφέστηκεν ὁ περίβλεπτος δούξ, καὶ τούτους ὁμοίως ἐπὶ ταῖς δημοσίαις εἰσπράξεσιν ὑποκεῖσθαι αὐτῷ βουλόμεθα, ὡς παῤῥησίαν ἔχειν καὶ ἐκπέμπειν ⟨πρὸς⟩ αὐτοὺς καὶ ἀπαιτεῖν καὶ πάντα πράττειν, ὁπόσα ὁ τῆς εἰσπράξεως βούλεται τρόπος.

CAPUT XX.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ αἱ θεῖαι ἡμῶν largitiones *ἐκ τῶν ἐπαρχιῶν τούτων καὶ τόπων τῶν ὑπακουόντων τῷ εἰρημένῳ τοῦ Λιβυκοῦ λιμιτοῦ δουκί τινα κομίζονται, ἡμεῖς δὲ τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν καὶ ἐπ᾽ αὐτοῖς φροντίδα ποιούμεθα, θεσπίζομεν τὸν εἰρημένον τῆς Λιβύης καὶ τοῦ Μαρεώτου καὶ τοῦ Μενελαΐτου τῆς πόλεως (καὶ ταῦτα γὰρ αὐτῷ προσεθήκαμεν) [τὸν] περίβλεπτον δοῦκα καὶ τὸν τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντα καὶ τὴν αὐτῷ πειθομένην τάξιν κινδύνῳ οἰκείῳ τὴν τῶν* largitionalic*ῶν χρημάτων εἴσπραξιν ποιεῖσθαι τῶν ἐκ πάντων τῶν εἰρημένων τόπων ὀφειλομένων, ὥστε κατὰ μηδεμίαν ἔλλειψιν ταῦτα καθ᾽ ἕκαστον ἔτος εἰσπράττεσθαι καὶ ἐκπέμπεσθαι παρ᾽ αὐτῶν ἐπὶ τὴν Ἀλεξανδρέων καὶ παραδίδοσθαι τῷ κατὰ καιρὸν ἐκ τῶν καθωσιωμένων παλατίνων ἐπιτρεπομένῳ τὴν τοῦ πραιποσίτου πληροῦν ἐκεῖσε χρείαν. ἐπαμύνειν τε αὐτοὺς εἰδότας ὡς εἰς τὸν αὐτῶν ἐλεύσεται κίνδυνον, τουτέστι τοῦ τε ἀεὶ δουκὸς τοῦ τε ἄρχοντος τῶν τε πειθομένων αὐτοῖς τάξεων, εἰ μὴ τούτων πᾶσι προνοήσειαν τρόποις· ἀμυνόντων εἰς τοῦτο καὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ αὐτῶν κινδυνευόντων, εἰ μὴ ἐπαμύναιεν, ταύτας ὑποστῆναι τὰς ποινάς, ἅσπερ ἐπεθήκαμεν καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρέων καὶ ἑκατέρας Αἰγύπτου καθημένοις στρατιώταις, εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ τὸ πρᾶγμα τῆς ἴσης ἀξιώσειαν φροντίδος. οὐδὲ λόγου τινὸς ἐπὶ ταῖς* largitionalic*αῖς αἰτίαις παρὰ τὰς ἔμπροσθεν διηγορευμένας αἰτίας παρέχεσθαι δυναμένου τισὶ παρὰ γνώμην τῶν καθωσιωμένων παλατίνων τῆς εἰρημένης ἀρχῆς ⟨ἢ⟩ τῶν ἄλλως στελλομένων ἐπὶ τῇ τῶν* largitionalic*ῶν δημοσίων εἰσπράξει παρὰ τοῦ κατὰ καιρὸν αὐτῶν ἄρχοντος, ἀλλὰ καὶ ἔνδον τῶν ἀσύλων χωρίων τῆς εἰσπράξεως γινομένης, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁμοίως*

XIX. *Ut autem ne hic quidem permittamus cuiquam machinari neve impensam maiorem facere velle aut minorem dicere illationem, etiam hoc convenienter disponentes descriptione huic sacrae legi subiecta planum fecimus, demonstrantes quantus sit canon tribunali tuae sublimitatis competens et ex dictis provinciis et locis conferendus, ex Libya ipsa et Mareota et Menelaita urbe, quantaeque impensae quas hinc convenit fieri et in iudices et officia et sollemnia et in victum devotorum militum. Spectabilis autem Augustalis nullam omnino communionem habeat nec eius officium cum dicto duce sive provinciis et urbibus et locis ei subiectis, neque alius quisquam provincialium iudicum, sed ipse spectabilis dux et civilis Libyum iudex omnem potestatem habeat in dictis locis in pecuniariis causis et criminalibus et publicis exactionibus, ita tamen ut iudex Libyae spectabili duci subditus sit et omnes qui istas regiones habitant possessores quoad possessiones suas earumque incolas; nam etiam si in aliis provinciis habitent, possessiones autem habeant in dictis urbibus et locis quibus spectabilis dux praefectus est, etiam hos similiter in publicis exactionibus ei subiacere volumus, ut et ad eos mittere et exigere possit et omnia facere quaecunque exactionis modus postulat.*

XX. *Quoniam vero etiam sacrae nostrae largitiones ex his provinciis et locis, quae dicto Libyci limitis duci parent, nonnulla percipiunt, et nos aequalem et similem etiam illis curam impendimus, sancimus dictum Libyae et Mareotae et Menelaitae urbis* (*nam haec quoque illi adiecimus*) *spectabilem ducem et provinciae iudicem et officium ei parens proprio periculo largitionalium pecuniarum exactionem facere quaecunque ex omnibus dictis locis debentur, ut sine ullo defectu haec quotannis exigantur et transmittantur ab eis ad urbem Alexandrinorum tradanturque ei ex devotis palatinis, cui tum commissum fuerit ut illic praepositi munere fungatur. Et illos auxilium ferre scientes sibi periculo fore, id est duci qui quoque tempore fuerit et iudici et officiis eis parentibus, nisi his rebus omnibus modis providerint; opem huic rei ferentibus etiam militibus ipsis quoque periculum subeuntibus, si opem non tulerint, easdem sustinendi poenas, quas imposuimus etiam militibus in urbe Alexandrinorum et utraque Aegypto constitutis, nisi et ipsi negotio aequalem curam admoverint. Nec poterit quisquam λόγον in largitionalibus titulis praeter causas quas supra exposuimus cuiquam dare invitis devotis palatinis dictae administrationis vel eis, qui praeterea ad publicorum largitionalium exactionem mittuntur ab eo qui tunc ipsis praeest; sed etiam intra asyla exactio fiet, et reliqua omnia similiter in Libya et Mareota et*

---

3 *κανὼν ὁπόσοσ δὲ* (*δὲ deletum*) *ὁ M, delevi ὁπόσος; ὁπωσοῦν pro ὁπόσος ὁ* (*debebat ὁ ὁπ.*) *Zachariae* ‖ 6 *περί τε τοῦ ἄρχοντος M, περί τε τοὺς τούτων ἄρχοντας Zachariae* (*τούτου non τοῦ in M esse dicens*) ‖ *σολλέμνια M* ‖ 8 *ἤτοι Zachariae*] *τὸν M, καὶ Beck* ‖ 9 *ἄρχοντος M, corr. Zachariae* ‖ *τοῦ τῆς Kroll*] *τῆς τοῦ M, τοῦ τῶν Agylaeus vulg.* ‖ 10 *ἐν add. Agylaeus* ‖ 11 *ἄρχοντα Zachariae*] *τὰ M* ‖ 14 *δημοσίων Zachariae* ‖ *πρὸς add. Agylaeus* ‖ 17 *λιβυκοῦ M*[a], *λιβυκοῦ M*[b] ‖ *λιμιτοῦ* (*το in ras.*) *M* ‖ *δουκικοῦ M, corr. Osenbrüggen* ‖ 19 *γὰρ αὐτῷ Agylaeus*] *παραυτῷ M* ‖ *τὸν del. Zachariae* ‖ 20 *αὐτοῖς? Zachariae* ‖ largionitic*ῶν* (*sic*) *M* ‖ 24 *αὐτὸν M, corr. Zachariae* ‖ 25 *προνοήσειε M, correxi* ‖ 26 *αὐτῶν Zachariae*] *τῶν M* ‖ 28 largitionalic*αῖς M* ‖ 29 *ἢ τῶν ἄλλως Zachariae cl. 786, 11*] *τῶν ὅλως M* ‖ 30 laryitionalic*ῶν M*

ἐπὶ Λιβύης καὶ τοῦ Μαρεώτου καὶ τοῦ Μενελαΐτου τῆς Αἰγυπτιακῆς πόλεως πραττομένων ἐπὶ ταῖς largitionalicaῖς *εἰσπράξεσι, καθάπερ εἰρήκαμεν δεῖν γενέσθαι ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρέων καὶ ἑκατέρας Αἰγύπτου προφάσει τῶν ἀρκαρικῶν εἰσπράξεων.*

CAPUT XXI.

Οὔτε δὲ τὸν τῶν ναύλων λόγον οὔτε τὸν τῆς ἰδικῆς καὶ γενικῆς τραπέζης τοῦ δικαστηρίου τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἔχειν τινὰ μετουσίαν παντελῶς πρὸς τὴν εἰρημένην τοῦ Λιβυκοῦ λιμιτοῦ ἀρχήν τε καὶ εἴσπραξιν • • • οὔσας τάς τε νῦν προστιθεμένας, τουτέστι τὸν Μαρεώτην καὶ τὸν Μενελαΐτην τὴν πόλιν ⟨τῆς πρώτης⟩ τῶν Αἰγυπτίων ἐπαρχίας, δι' ὅτι φθάσαντες ἤδη διῳκησάμεθα· καὶ δὴ πάντα τὸν κανόνα τόν τε ἐκ Λιβύης καὶ τοῦ Μαρεώτου καὶ τοῦ Μενελαΐτου τῆς πόλεως συντελούμενον καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἐξ οἱουδήποτε τίτλου τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς σῆς ὑπεροχῆς εἰς ταύτας προχωρεῖν τὰς δαπάνας ἃς ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν, τουτέστι τάς τε ἀποτροφὰς τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν τάξεων τάς τε στρατιωτικὰς τάς τε τῶν σολεμνίων· πάντων τῶν προφάσει τῶν largitionalicῶν *εἰσφορῶν εἰρημένων ἡμῖν ἐκ τρόπου παντὸς κρατούντων.*

CAPUT XXII.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τούτου τιθέμεθα πρόνοιαν τοῦ μὴ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους πολλὰ διαστήματα καὶ τὴν ἐντεῦθεν συντριβὴν ὑπομένειν ἀδικουμένους, ἄλλως τε διὰ τὸ τὸν Μαρεώτην καὶ γείτονα εἶναι τῆς Ἀλεξανδρέων καί τινας τῶν ἐκεῖσε ταραττόντων ἀφικνουμένους εἰς τὸν Μαρεώτην μηκέτι δεδιέναι τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων περίβλεπτον αὐγουστάλιον, θεσπίζομεν ὥστε τὸν κατὰ καιρὸν λαμπρότατον τῆς Λιβύων πολιτικὸν ἄρχοντα ἄνδρα ἐπιλέγεσθαι οἰκείῳ κινδύνῳ σπουδαῖον καὶ τοῦτον ἐκπέμπειν τὸν αὐτοῦ τόπον ἐφέξοντα, ὃς καθεῖται μὲν ἐν τῷ Μαρεώτῃ καὶ τῷ Μενελαΐτῃ τῇ πόλει, τῶν δὲ δικῶν χρηματικῶν καὶ ἐγκληματικῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἐν τῇ περιοικίδι τοῦ Μαρεώτου καὶ τοῦ Μενελαΐτου τῆς πόλεως πραττομένων ἀκροάσεται καὶ τὰ προσήκοντα πράξει, καὶ εἴ τινες τῶν Ἀλεξανδρέων στασιώδεις φύγοιεν, τούτους καὶ συλλήψεται καὶ στελεῖ πρὸς τὸν περίβλεπτον αὐγουστάλιον δημοσίαν ἐπιστολὴν πρὸς ἐκεῖνον ποιούμενος, ὥστε μηδὲν ἀνεκδίκητον τῶν οὕτως πραττομένων παραλιμπάνεσθαι. εἰ μέντοι φυγόντων τινῶν στασιωδῶν εἰς τὸν Μαρεώτην ὁ περίβλεπτος αὐγουστάλιος βουληθείη τούτους συσχεῖν, ἄδειαν ἕξει ἕνα τῶν ὑπ' αὐτὸν κομμενταρησίων ἐκπέμπειν ἅμα δημοσίᾳ ἐπιστολῇ πρὸς τὸν πληροῦντα τὸν τόπον τοῦ λαμπροτάτου τῆς Λιβύων ἐπαρχίας ἄρχοντος, ὥστε προνοίᾳ αὐτοῦ καὶ κινδύνῳ συνέχεσθαι καὶ παραδίδοσθαι τοὺς ἀτακτήσαντας καὶ ἐπὶ τὴν Ἀλεξανδρέων ἐκπέμπεσθαι. ἀφορίζομεν γὰρ τῷ εἰρημένῳ τοποτηρητῇ καὶ εἴκοσι ταξεώτας τῆς τάξεως τῆς πειθομένης τῷ ἐπιχωρίῳ τῆς Λιβύων ἄρχοντι, καὶ στρατιώτας τῶν ἐκεῖσε ἱδρυμένων ἄχρι πεντήκοντα τὸν ἀριθμόν, ὥστε αὐτὸν ἔχειν καὶ τοὺς ὑπακούοντας καὶ τοὺς ὑπουργοῦντας καὶ ἱκανὸν εἶναι τὰ προσήκοντα πράττειν. ὑπουργήσουσι δὲ αὐτῷ οἱ εἰρημένοι ταξεῶται καὶ στρατιῶται ἐπί τε τῇ καταστάσει

Menelaita urbe Aegyptiaca peragentur in largitionalibus exactionibus, quemadmodum diximus fieri oportere in urbe Alexandrinorum et utraque Aegypto occasione arcariarum exactionum.

XXI. *Neque vero naulorum neque specialis et generalis mensae tribunalis sublimitatis tuae ratio quicquam commune habeat cum dicta Libyci limitis administratione et exactione tam in provinciis pridem ei subiectis quam in his quae nunc adiciuntur, id est Mareota et Menelaita urbe primae Aegyptiorum provinciae, secundum id quod antea disposuimus; et totus canon qui tam ex Libya quam ex Mareota et Menelaita urbe confertur quolibet modo ex quolibet titulo eorum qui pertinent ad tuae sublimitatis administrationem ad has impensas procedat quas supra diximus, id est ad victum praefectorum et officiorum, et militares et sollemnium sumptus: cunctis quae de largitionalibus collationibus a nobis dicta sunt omni modo observandis.*

XXII. *Quoniam vero etiam huic rei providemus, ne subditi nostri iniuria affecti longa intervalla et quae inde est molestiam patiantur, et praesertim cum Mareota urbi Alexandrinorum vicina sit et nonnulli eorum qui illic seditiones excitant ad Mareotam pervenientes non iam metuant spectabilem Augustalem urbis Alexandrinorum, sancimus, ut qui quoque tempore clarissimus provinciae Libyum civilis iudex est proprio periculo virum probum eligat eumque emittat vice sua functurum, qui sedem habebit in Mareota et Menelaita urbe, et pecuniarias et criminales causas et ceteras omnes quae in vicinia Mareotae et Menelaitae urbis agitantur audiet et quae iusta sunt faciet: et si qui Alexandrinorum seditiosi fugerint, hos comprehendet et mittet spectabili Augustali, litteris publicis ad eum datis, ut nihil ita commissum inultum relinquatur. Quodsi seditiosos quosdam in Mareotam elapsos spectabilis Augustalis voluerit comprehendere, licebit ei unum ex commentariensibus ipsi parentibus emittere cum litteris publicis ad vicarium clarissimi iudicis Libyum provinciae, ut cura eius et periculo comprehendantur et tradantur seditiosi et ad urbem Alexandrinorum mittantur. Assignamus enim dicto vicario etiam viginti officiales ex officio provinciali Libyum iudici parente et milites ex iis qui ibi stativa habent quinquaginta numero, ut ipse habeat qui ei obtemperent et ministrent et valeat ad agenda quae opus est. Ministerium autem ei praebebunt dicti officiales et milites tam in conservanda disciplina quam in reliquis omnibus quae*

---

1 *εἰσπραττομένων M, corr. Zachariae* ‖ largitionalicaῖs *M* ‖ 5 *λιβύκοῦ M* ‖ 6 *lacunam detexit Agylaeus; excidit fere κατά τε τὰς πρότερον ὑπ' αὐτὴν* ‖ *τῆς πρώτης pro τῶν posuerat Zachariae* ‖ 7 *malim καθ' ὅτι* ‖ *διωκησάμεθα M* ‖ *δὴ] δεῖ Zachariae* ‖ 11 largitionalicῶn *M* ‖ 13 *ἀλλ' ὥστε M, corr. Zachariae* ‖ 14 *hinc ordo foliorum in archetypo codicis M turbatus erat; ita enim se excipiunt partes:* II *ἀνάγκη πράττειν* 792, 1 — *παρέδωκεν ἀρχὴν* 793, 3. I *εἰς τὸν Μαρεώτην* 791, 14 — *ἅπασιν ἅπερ* 792, 1. IV *ἢ τοῖς παρ' αὐτοῦ* 794, 7 — *οἱ τραπεζιται* 794, 23. III *ταὐτὸ δὲ τοῦτο* 793, 3 — *αὐγουσταλίῳ* 794, 7. *Verum ordinem restituit Zachariae. Cum II et III altero tanto maiores sint quam I et IV* (*illae* 2600 *hae* 1260 *fere litterarum*). *res non aliter explicari posse videtur nisi ita ut ternionem fuisse statuamus ita ligatum* I II II III III IV. *Praeterea adnotandum id quod superest* (794, 23 *ἢ οἱ σκρινιάριοι* — 795, 7) *eiusdem esse longitudinis cuius I et IV. Codicis M paginae litterarum sunt ad* 2100 ‖ 15 *λυβιων M* ‖ 16 *ἐφέξοντα Kroll*] *ὑφέξοντα M* ‖ 17 *δὲ Kroll*] *τε M* ‖ 20 *στέλλει M* ‖ 21 *παραλιμπάνεσθαι cum Scringero vulg.*] *περιλιμπάνεσθαι M* ‖ 22 *ὑπ' αὐτοῦ cum Scringero vulg.* ‖ *κομενταρησίων M* ‖ 24 *σέχεσθαι M, corr. Scrimger* ‖ 25 *τῆς*] *τῆς τάξεως M* ‖ 26 *πειθομένοις M* ‖ 28 *εἰσπράττειν M, corr. Zachariae*

ἐπί τε τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ἅπερ ἀνάγκη πράττειν τὸν πληροῦντα τὴν τῆς ἀρχῆς χρείαν· ἐπιδοθήσονται δὲ αὐτῷ λόγῳ παραμυθίας χρυσοῖ ἑκατόν. ταύτῃ μὲν ἡμῖν πέρας ἐχέτω καὶ τὰ περὶ τῆς Λιβυκῆς διοικήσεως διαταχθέντα.

CAPUT XXIII.

Ἀκόλουθον τοίνυν ἐστὶν ἐντεῦθεν διαβῆναι ἡμᾶς ἐπὶ τὸ Θηβαϊκὸν λιμιτόν, τουτέστι δύο Θηβαΐδας, αἷσπερ ἐφέστη μὲν ὁ περίβλεπτος δοὺξ ὁ ταύτην παραλαμβάνων παρ' ἡμῶν τὴν διοίκησιν· ὑπακούσονται δὲ τούτου καὶ οἱ τούτων τῶν ἐπαρχιῶν ἐπιχώριοι ἄρχοντες, καὶ ἔσται καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς τοῦ αὐγουσταλίου τιμῆς, [εἰ] ὥσπερ ἂν εἰ καὶ αὐγουστάλιος ἦν, ὑποκεισόμενος ταῖς διατυπώσεσι τῆς σῆς ὑπεροχῆς καὶ τῷ δικαστηρίῳ τῆς Ἕω κατὰ πάντα, ὅπως καὶ νῦν ὁ περίβλεπτος αὐγουστάλιός ἐστι. δίδομεν γὰρ καὶ πᾶσαν δικαιοδοσίαν τε καὶ ἐξουσίαν, ἣν ὁ περίβλεπτος αὐγουστάλιος ἔχει . . . τοι ταῖς ἄνωθεν ἀφωρισμέναις αὐτῷ, τουτέστι Θηβαΐσι δύο.

CAPUT XXIV.

Ἔσται δὲ αὐτῷ φροντίς τε καὶ κίνδυνος, ὥστε πρότερον μὲν παντοίως εἰσπράττειν τὸν σῖτον τῆς αἰσίας ἐμβολῆς καὶ ἐκπέμπειν καὶ παραδιδόναι τῷ περιβλέπτῳ αὐγουσταλίῳ τῆς Ἀλεξανδρέων, καὶ παρασκευάζειν ἀνελλιπῶς κατὰ τὰς εἰρημένας προθεσμίας καὶ αὐτῷ τῷ ἔργῳ ⟨ἐκπέμπεσθαι⟩ οἰκείῳ κινδύνῳ ἅπαντα τὸν σῖτον ⟨τὸν⟩ ἐπιβάλλοντα ταῖς αὐτοῦ ἐπαρχίαις τε καὶ πόλεσι καὶ τόποις καὶ ἀνήκοντα τῇ τε ἐμβολῇ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καὶ τῷ παρ' ἡμῶν φιλοτιμουμένῳ τροφίμῳ τῆς Ἀλεξανδρέων, οὐδεμιᾶς ἀναβολῆς περὶ τούτων γινομένης, οἷα καὶ παντὸς ⟨κινδύνου αὐτὸν ὁρῶντος⟩ καὶ τὴν πειθομένην αὐτῷ τάξιν· κινδυνευόντων καὶ τῶν στρατιωτῶν τῶν ἐπὶ τοῖς τόποις ὄντων καὶ τῶν τριβούνων καὶ πάσης πολιτικῆς καὶ δημοσίας βοηθείας, εἰ μὴ πρὸς ταῦτα ἀμύνοιεν. δέον τὸ μὲν τῆς ἐνταῦθα ἐκπεμπομένης αἰσίας ἐμβολῆς μέτρον ἐμβληθῆναι μὲν παρ' αὐτοῦ ταῖς ποταμίαις ναυσὶν αὐτῷ τῷ ἔργῳ μέχρι τῆς ἐνάτης τοῦ αὐγούστου μηνὸς καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ πληναρίαν παρ' αὐτοῦ πραχθῆναι, [καὶ] κατακομισθῆναι δὲ αὐτὸν τὸν σῖτον εἰς τὴν Ἀλεξανδρέων μέχρι τῆς δεκάτης τοῦ σεπτεμβρίου μηνός, καὶ παραδίδοσθαι τῷ περιβλέπτῳ αὐγουσταλίῳ ⟨ἢ⟩ τοῖς παρ' αὐτοῦ εἰς τοῦτο προβαλλομένοις· τοῦ δὲ παρ' ἡμῶν φιλοτιμουμένου τῇ μεγάλῃ τῶν Ἀλεξανδρέων πόλει τροφίμου μέχρι τῆς πεντεκαιδεκάτης τοῦ ὀκτωβρίου μηνός. ἐκεῖνο γὰρ τῶν ἀνωμολογημένων ἐστίν, ὡς εἰ μὴ κατὰ τὰς εἰρημένας προθεσμίας πᾶς ὁ σῖτος, τῆς τε αἰσίας ἐμβολῆς τῆς [τε] ἐνταῦθα στελλομένης τοῦ τε τροφίμου τῆς Ἀλεξανδρέων, ἐκπεμφθείη κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων καὶ ἅπας παραδοθῇ τῷ περιβλέπτῳ αὐγουσταλίῳ, καὶ οὐ πᾶν αὐτὸς προσστήσοιτο παντὸς κατὰ τριῶν ἀρταβῶν ⟨ὑπὲρ⟩ ἑκάστου νομίσματος τοῦ σίτου τὸ ἐλλεῖπον καὶ μὴ παραδοθὲν μέτρον. ὁ δὲ κίνδυνος οὗτος οὐ μέχρι τῆς αὐτοῦ στήσεται ζωῆς οὐδὲ μέχρι τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ ἰδιώτης γενόμενος καὶ τελευτήσας μακροτέραν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἕξει τὴν ἀπαίτησιν· κληρονόμοι τε γὰρ αὐτοῦ καὶ τὰ αὐτοῦ πράγματα ταῖς τοιαύταις ἐνέξονται δυσκολίαις, τῆς ἐκείνου ῥᾳθυμίας διηνεκῆ διδούσης κατ' αὐτῶν κίνδυνόν τε καὶ φροντίδα καὶ εἴσπραξιν, ἕως ἡ τοῦ παντὸς χρέους κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον γένηται διάλυσις. καὶ οὐδὲ καινίζομέν τι τῶν μὴ μέχρι νῦν γενομένων ἐπιζητοῦντες. ἴσμεν γάρ, ὡς καὶ Ἰωάννης ὁ ἐνδοξότατος Κομήτου ⟨τοῦ⟩ τῆς μεγαλοπρεποῦς

---

facere necesse habet qui iudicis vice fungitur: dabuntur autem ei solatii loco aurei centum. Et hic nobis finis sit eorum quae de Libyca dioecesi constituta sunt.

XXIII. *Consequens igitur est ut hinc transeamus ad Thebaicum limitem, id est duas Thebaidas, quibus praeest spectabilis dux qui a nobis hanc administrationem accipit. Oboedient autem ei etiam provinciales harum eparchiarum iudices, et erit ipse quoque in honore Augustalis, tamquam si ipse Augustalis esset, subiectus praeceptis sublimitatis tuae et tribunali Orientis in omnibus, sicut etiam nunc spectabilis Augustalis est. Damus enim omnem iurisdictionem et potestatem, quam spectabilis Augustalis habet .... dudum ei attributis, id est duabus Thebaidibus.*

XXIV. *Erit autem ei cura et periculum, ut primum quidem omnino exigat frumentum felicis embolae, mittatque et tradat spectabili Augustali urbis Alexandrinorum, et efficiat ut integrum temporibus quae diximus et ipsa re transmittatur proprio periculo omne frumentum, quod eius provinciis et urbibus et locis impositum est et pertinet ad embolam felicis huius urbis et alimoniam urbis Alexandrinorum a nobis donatam, nulla in his mora interposita, quoniam omne periculum ad eum spectat et ad obtemperans ei officium; periculum sustinentibus etiam militibus in locis constitutis et tribunis et omni civili et publico adiutorio, nisi in his opem ferant. Necesse autem erit felicis embolae mensuram quae huc emittitur imponi ab eo navibus fluvialibus re ipsa usque ad diem nonum mensis Augusti et plenariam de hoc ab eo fieri, transportari autem ipsum frumentum ad urbem Alexandrinorum usque ad diem decimum mensis Septembris et tradi spectabili Augustali aut eis qui ab eo ad hoc deputantur; quam autem largimur magnae Alexandrinorum urbi alimoniam usque ad diem quintum decimum mensis Octobris. Illud enim in confesso est, nisi dictis diebus omne frumentum, tam felicis embolae quae huc mittitur quam alimoniae urbis Alexandrinorum, missum sit ad urbem Alexandrinorum totumque spectabili Augustali traditum, ipseque totam rem curaverit, omnino exactum iri ab ipso frumenti mensuram deficientem et non traditam ternis artabis pro unoquoque aureo computandis. Quod periculum non ad vitam eius neque ad magistratum solum pertinebit, sed etiam privatus factus et defunctus ulteriorem morte sua exactionem habebit; heredes enim eius et bona eius hisce molestiis tenebuntur, illius neglegentia perpetuum eis periculum et curam et exactionem facessente, donec totius debiti talem in modum solutio facta sit. Nec quicquam novamus requirentes quod hactenus non extiterit. Scimus enim Iohannem gloriosissimum Cometae*

---

2 ταύτῃ *Agylaeus*] ταῦτα *M* | Λιβυκῆς *Kroll*] λιβύησ *M*, Λιβύων *Zachariae* | 5 ἐπακούσονται *M*, *corr. Zachariae* | 6 τούτῳ *Zachariae*, *at cf.* 495, 5 | 7 εἰ *del. Scrimger* | εἰ *Zachariae*] εἴη *M* | 9 *post* ἔχει *lacuna 8 fere litt. in M; excidit fere* ⟨καὶ τούτῳ ἐπὶ ταῖς ἐπαρχίαις⟩ ταῖς | 11 ἔσται *Zachariae*] ἔστι *M* | καὶ κίνδυνος] ἀκίνδυνοσ *M** | 13 ἐκπέμπεσθαι *suppl. Zachariae* || 14 τὸν *add. Zachariae* | 15 οὐδεμιᾶς *Scrimger*] δὲ μιᾶσ *M* | 16 *malim* περὶ τοῦτο | *suppl. Zachariae* (*qui* ἀφορῶντος) | 19 ἐννάτησ *M* || 20 ὑπ' αὐτῷ *cum Scrimgero vulg.* | καὶ *del. Kroll* || 21 παραδιδόναι *M*, *corr. Zachariae* | 22 ἢ *add. Scrimger* | 23 ὀκτωμβρίου *M* | 24 ὡς] εἰσ *M** | τε *del. Zachariae* | 25 στελλομένοις *M* | 26 *verba corrupta sic fere emendanda puto:* καὶ ὃν ἂν οὗτος προβάλοιτο, ἀποτίσει πάντως κατὰ. *Zachariae ita:* καὶ οὐκ ἂν αὐτὸς προστήσοιτο παντός, ⟨ἀπαιτηθήσεται⟩ κατὰ. | 26 ὑπὲρ *add. Zachariae* | 28 ἰδιώτησι *M* | 31 τὸ — γενόμενον *Zachariae* | 32 Κομήτου *Zachariae*] κόμησ τοῦ *M* | τοῦ *addidi*

μνήμης παῖς πρὸ τῆς συμπληρώσεως τοῦ αὐγούστου μηνὸς τῆς ἄρτι παρελθούσης πρώτης ἐπινεμήσεως τὸν πάντα σῖτον εἰσήνεγκεν εἰς τὴν Ἀλεξανδρέων καὶ τὸ τηνικαῦτα τῷ τὴν αὐγουσταλίαν ἔχοντι παρέδωκεν ἀρχήν. ταὐτὸ δὲ τοῦτο ἔπραξε καὶ ὁ νῦν τῆς αὐτῆς ἀρχῆς ἀντεχόμενος, τουτέστιν Ὡρίων ὁ ἐνδοξότατος· ἄστινας πληναρίας, τήν τε ἐπὶ Ἰωάννου τήν τε ἐπὶ Ὡρίωνος γενομένην, ἐκπεμφθείσας ἡ σὴ ὑπεροχὴ καὶ ἡμεῖς ἐπείδομεν. ῥᾳθυμίας οὖν ἔσται μόνης ⟨καὶ⟩ προδοσίας τὸ μὴ καὶ τοσούτοις γενομένοις ἀκολουθῆσαι, ὥστε καὶ μείζονα καὶ ἰσχυρότερον αὐτὸν ἐποιήσαμεν καὶ τὴν τοῦ αὐγουσταλίου δεδώκαμεν αὐτῷ τάξιν τε καὶ δικαιοδοσίαν· οὐ γὰρ ἂν εἴη φορητὸν τὸ μείζονος μὲν ἐξουσίας δράξασθαι, ἐλάττονα δὲ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ καταστῆναι καὶ ὑποθεῖναι τήν τε ὅλην πολιτείαν κινδύνῳ ἑαυτόν τε ὀλέθρῳ διηνεκεῖ, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπίπτοντα καὶ ἐναγόμενον καὶ ⟨ἐν⟩ ἰδιώτῃ βίῳ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν διὰ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων καὶ ⟨πραγμάτων⟩ τὸ χρέος ἐκλύοντα, ἕως κατὰ τριῶν ἀρτάβων ⟨τοῦ⟩ σίτου ἅπαν τὸ μέτρον τὸ μὴ ἐκκομισθὲν ἀποσωθείη τῷ δημοσίῳ διὰ τοῦ θρόνου τῆς σῆς ὑπεροχῆς εἰσπραξαμένου.

CAPUT XXV.

Ἄρξει δὲ καὶ στρατιωτῶν καὶ ἰδιωτῶν, τῶν μὲν κατὰ τὸ τῆς στρατιωτικῆς ἀρχῆς δίκαιον, τῶν δὲ κατὰ τὴν τοῦ αὐγουσταλίου δικαιοδοσίαν, δηλαδὴ ὑποκειμένων αὐτῷ (καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν) τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων, οἷς τῶν εἰρημένων ἐπαρχιῶν μέλει, καὶ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων καὶ πάσης πολιτικῆς καὶ δημοσίας βοηθείας, καὶ παγάρχων καὶ πολιτευομένων καὶ ἁπλῶς ἁπάντων ⟨τῶν⟩ κατὰ τὰς ἐπαρχίας ἐκείνας ἢ ὄντων ἢ οἰκούντων ἢ παγαρχούντων ἢ δημόσια καθ' οἱονοῦν τρόπον χειριζόντων. οὓς ἕξει παρρησίαν καὶ ἄγειν πρὸς ἑαυτὸν καὶ εἰ ἑτέρας ἐπαρχίας οἰκοῦσι ⟨μὴ⟩ ὑποκειμένας αὐτῷ, ἐπὶ μόναις μέντοι ταῖς δημοσίαις εἰσπράξεσιν· ὅπερ ποιήσει κἂν εἰ ἐν τοῖς αὐτοῦ τόποις ὄντες εἶτα ἀποφύγοιεν. οὕτω γὰρ ἔσται πανταχόθεν ἡ τῶν δημοσίων εἴσπραξις ἀπροφάσιστος. εἰ δέ τινας τῶν παγάρχων, ὑπὲρ ὧν καὶ κινδυνεύει, ἀγνώμονας περὶ τὴν αἰσίαν σιτοπομπίαν ἢ περὶ τὰ τοῖς ναύλοις καὶ ταῖς κατὰ χώραν δαπάναις ἐπιδιδόμενα εὕροι, τούτους οὐκ ἀποκινήσει μέν, ὑπὸ ἀσφάλειαν δὲ καταστήσει καὶ ἑτέρους ἀναζητήσει πρὸς τὸ πρᾶγμα ἐπιτηδείους καὶ μηνύσει ταῦτα τῷ θρόνῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς, ὥστε παρὰ σοῦ καὶ τῶν ἀεί σοι [καὶ] τὴν αὐτὴν ἐχόντων ἀρχὴν εἰς τὴν βασιλείαν τὸ πρᾶγμα φερόμενον δέξασθαι τὴν ἐκεῖθεν διοίκησιν, τῶν μὲν ἐπ' ἀγνωμοσύνῃ κατεγνωσμένων εἰ συνίδοιμεν ἀπελαυνομένων, τῶν δὲ ἐπιλεγέντων ἐν τῇ χώρᾳ τούτων, εἴ γε ἡμεῖς ἐπιτηδείους εἶναι κρίναιμεν, ἀντικαθισταμένων καὶ εἰς τὰς ἐκείνων παγαρχίας τε καὶ οὐσίας ἐμβαινόντων, θείας τε ἡμῶν ⟨κελεύσεως⟩ καὶ εὐσεβοῦς προστάξεως τοῦ θρόνου τοῦ σοῦ περὶ τούτου γινομένης.

CAPUT XXVI.

Βουλόμεθα τοίνυν κατὰ πρώτην τάξιν αὐτὸν προνοεῖν τῆς αἰσίας ἐμβολῆς καὶ τοῦ τροφίμου τῆς Ἀλεξανδρέων, ὥστε ἐκπέμπειν αὐτὸν οἰκείῳ κινδύνῳ καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων καὶ τῶν πειθομένων αὐτοῖς

---

magnificentissimae memoriae filium ante completum Augustum mensem indictionis primae quae nunc praeteriit omne frumentum intulisse in urbem Alexandrinorum et tunc tradidisse ei qui Augustalis imperium obtinebat. Hoc idem autem fecit etiam qui nunc eam administrationem obtinet, id est gloriosissimus Orion; quas plenarias, et quae sub Iohanne et quae sub Orione facta est, huc missas sublimitas tua et nos inspeximus. Neglegentiae igitur solius erit et proditionis eos qui ipso minores fuerint non imitari, cum maiorem et potentiorem eum fecerimus et Augustalis ei dignitatem et iurisdictionem dederimus; neque enim tolerabile esset maiorem quidem potestatem adipisci, minorem autem decessoribus se praebere et universam rempublicam periculo subicere et semel ipsum calamitati perpetuae, imperio demotum atque etiam in privata vita conventum et post mortem per heredes suos debitum exsolventem, donec per ternas artabas frumenti omnis mensura quae exportata non fuerit publico fuerit salva, per tuae sublimitatis sedem exactione facta.

XXV. *Praeerit autem et militibus et privatis, illis ex iure militaris imperii, his e iurisdictione Augustalis, scilicet subiectis ei ut antea diximus provincialibus iudicibus, qui provinciarum quas diximus curam gerunt, et officiis quae eis parent et omni civili et publico adiutorio, et pagarchis et curialibus et omnino omnibus qui in illis provinciis vel sunt vel habitant vel pagis praesunt vel publica quolibet modo tractant. Quos licebit ei etiam ad se adducere licet in aliis provinciis habitent ipsi non subiectis, ob solas tamen publicas exactiones; id quod faciet etiam si qui in suis locis versantes postea aufugerint. Ita enim publicorum exactio sine ullo praetextu procedet. Sin autem pagarchas, pro quibus periculum sustinet, improbos circa felicem frumenti evectionem aut circa ea quae naulis vel impensis provincialibus praebentur invenerit, hos non removebit quidem, sed sub cautione constituet et alios anquiret ad eam rem idoneos et nuntiabit haec sedi sublimitatis tuae, ut res per te perque eos qui quoque tempore idem quod tu imperium habent ad imperatorem relata inde administretur eique qui ob improbitatem notati sunt si nobis visum fuerit removeantur, qui vero in eorum locum electi sunt si nos idoneos esse iudicemus substituantur et in illorum pagarchias et substantias ingrediantur, sacra nostra iussione et pio edicto sedis tuae propterea facto.*

XXVI. *Volumus igitur eum primo loco curare felicem embolam et alimoniam urbis Alexandrinorum, ut evehat periculo proprio et provincialium iudicum et officiorum eis obtemperantium ad urbem*

---

1 *αὐγούστου Zachariae*] *αὐτοῦ M* ‖ *mense Augusto a.* 538 ‖ 3 *ὡς αἱ πληναρίαι δηλοῦσι add. Zachariae olim* ‖ 4 *ἄστινασ M* ‖ *ἐκπεμφθεῖσαν cum Scringero vulg.* ‖ 5 *ἐφείδωμεν M* ‖ *καὶ add. Agylaeus* ‖ *τοσούτοις*] *τοῖς οὕτω Zachariae* ‖ 6 *ἄλλως τε καὶ Zachariae* (*debebat καὶ ⟨ἐπεὶ⟩*); *an ὅτε καὶ?* ‖ 9 *ἐν add. vulg.* ‖ 10 *πραγμάτων add. Kroll, καὶ del. Zachariae* ‖ *τοῦ add. Kroll, σίτου corruptum putat Zachariae* ‖ 11 *fuisse puto τῆς εἰσπράξεως γενομένης aut aliquid simile* ‖ *Lacuna hausta esse praecepta eis quae in c.* VII—XI *leguntur similia existimat Zachariae* ‖ 13 *ὑποκειμένην M* ‖ 15 *καὶ πᾶσ ἄρχων καὶ πολιτευόμενοσ M, corr. Zachariae* ‖ *τῶν addidi* ‖ 17 *καὶ M*] *κἂν Zachariae* ‖ *εἰ Kroll*] *εἰσ M* ‖ *μὴ add. Zachariae* (*οὐχ Agylaeus*) ‖ 18 *δημοσίων Zachariae* ‖ *εἶτε M, corr. Osenbrüggen* ‖ 19 *sq. τινας — ἀγνώμονας Kroll*] *τινεσ — ἀγνώμονεσ M* ‖ 20 *τὰ Osenbrüggen*] *τε M* ‖ *καὶ διδόμενα cum Scringero vulg.* ‖ 21 *ἀναζητήσεισ M*[b] ‖ 22 *καὶ del. Agylaeus, σοι ⟨παρεδρευόντων ἢ⟩ καὶ Zachariae* ‖ 24 *συνείδωμεν M* ‖ *τούτων Agylaeus*] *τοῦτο M, εἰς τοῦτο Osenbrüggen* ‖ 25 *γε Zachariae*] *δὲ M cf.* 786, 24 ‖ 26 *κελεύσεως add. Kroll, ἀντιγραφῆς καὶ post εὐσεβοῦς add. Zachariae* ‖ *Hic complura deesse et sequentia ad administrationem limitis Aegypti spectare existimat Zachariae*

τάξεων κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων, καθ' ὅσον ⟨αἱ⟩ ὑπ' αὐτὸν τεταγμέναι χῶραί τε καὶ πόλεις . . . κινδυνευόντων καὶ τῶν λαμπροτάτων τριβούνων καὶ πάσης πολιτικῆς καὶ δημοσίας βοηθείας περί τε τὴν ζώνην καὶ τὴν περιουσίαν καὶ τὴν σωτηρίαν αὐτήν, εἰ μὴ ἐπαμύναιεν. ἀλλὰ τῆς μὲν ἐνταῦθα εὐτυχοῦς σιτοκομιδίας μέχρι δεκάτης τοῦ σεπτεμβρίου μηνὸς ἑκάστης ἐπινεμήσεως εἰ μὴ ἐκπέμψει καὶ παραδώσει κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων πόλιν τῷ ταύτης αὐγουσταλίῳ ἢ τοῖς παρ' αὐτοῦ προβαλλομένοις· τὸν δὲ φιλοτιμούμενον παρ' ἡμῶν τῷ τροφίμῳ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως μέχρι πεντεκαιδεκάτης τοῦ ὀκτωβρίου μηνὸς στελεῖ καὶ παραδώσει τῷ αὐτῷ περιβλέπτῳ αὐγουσταλίῳ ἢ τοῖς παρ' αὐτοῦ προβαλλομένοις εἰς τοῦτο· ὅπερ καὶ φθάσαντες διετυπώσαμεν. πράξει δὲ τὴν πληναρίαν κατὰ τὸ ἄνωθεν παρ' ἡμῶν διατεταγμένον.

CAPUT XXVII.

Ἔπειτα, ὅπερ ἑπόμενόν ἐστι τῷ πράγματι (φαμὲν δὴ τὸ τῶν ναύλων), ἐν φροντίδι καὶ κινδύνῳ παντὶ αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις ἄρχουσι καὶ ταῖς πειθομέναις αὐτοῖς τάξεσι κείσεται, ὥστε τὰς πόλεις καὶ τοὺς τόπους καὶ τὰ πρόσωπα, ὅσα ὑπεθήκαμεν τῇ ὑποτεταγμένῃ τῷδε τῷ νόμῳ ἀπογραφῇ καὶ ἀφωρίσαμεν τῷ τῶν ναύλων τίτλῳ, εἰσπράττειν πάσης μειώσεως χωρὶς καὶ ἀπαιτεῖν τὸ ἐντεῦθεν χρυσίον ἅπαν καὶ διδόναι τῷ τῶν ναύλων ἀποδέκτῃ εἴσω τῶν τεταγμένων καιρῶν κατ' οὐδὲν αὐτοὺς ὑπερβαίνοντα, ὥστε μὴ ἐμποδίσαι τῷ τῶν ναύλων λόγῳ, ὅπερ ἐστὶν αὖθις ἐμπόδισμα τῆς αἰσίας ἐμβολῆς. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὁ ἐντεῦθεν κίνδυνος οὕτως αὐτὸν ὄψεται, ὥστε ἀναγκασθῆναι πᾶν ὅπερ ἂν μὴ ἐμπροθέσμως καταβάλοι τῷ τῶν ναύλων ἀποδέκτῃ, τοῦτο διπλάσιον ἀπαιτεῖσθαι αὐτόν τε καὶ τὴν αὐτοῦ τάξιν. Τὰ δὲ ὅσα ἐκ τῆς παραδιδομένης αὐτῷ παρ' ἡμῶν χώρας εἰσφέρεται ταῖς τραπέζαις τῆς σῆς ὑπεροχῆς, ταῦτα διά τε τῆς τάξεως τῆς σῆς ὑπεροχῆς διά τε τῶν σκρινιαρίων καὶ τρακτευτῶν τῶν εἰρημένων ἐπαρχιῶν οἰκείῳ αὐτοῦ κινδύνῳ ἀπαιτεῖσθαι βουλόμεθα ἐκ τῶν τόπων καὶ τῶν πόλεων καὶ προσώπων τῶν ὑποκειμένων τῷδε ἡμῶν τῷ θείῳ νόμῳ καὶ σαφεστέραν ποιούντων τὴν τῆς εἰσπράξεως εὐκολίαν· αὐτοὶ γὰρ ταῦτα πράξουσι καὶ ἐνταῦθα πέμψουσι.

CAPUT XXVIII.

Καὶ οὐδὲ λόγον ἀσυλίας δώσει τις, εἴτε ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων εἴτε πόλεως ἐπίσκοπος εἴτε ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων περίβλεπτος αὐγουστάλιος, εἰ μὴ πρόσταξις γένηται τοῦ θρόνου τοῦ σοῦ ταῦτα βουλομένη ἢ καὶ αὐτοὶ οἱ τρακτευταὶ ἢ οἱ σκρινιάριοι ἢ οἱ τὸν τόπον αὐτῶν ἐπέχοντες τοῦτο αἰτήσουσιν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς μέντοι προθεσμίας καὶ ἐπὶ τούτοις τοῖς ὅροις, ἐφ' οἷς ἂν ὁ θρόνος ὁ σὸς προστάξειεν ἢ καὶ αὐτοὶ βουληθεῖεν ταῦτα γενέσθαι· πλὴν εἰ μὴ τὸν λόγον ἐπὶ τούτῳ δοῖεν, ἐφ' οἷς εἴσω ῥητῶν ⟨ἡμερῶν⟩ ἐξελθόντας αὐτοὺς ἐκτὸς τῶν ἱερῶν χωρίων πρόνοιαν θέσθαι τοῦ πᾶσι τρόποις πληρῶσαι τὸ δημόσιον ἢ τὸ ἱκανὸν αὐτῷ ποιῆσαι, ὡς ἂν τοῦτο λάβοιεν σκρινιάριοι τοῦ δικαστηρίου τοῦ σοῦ οἱ περὶ τούτου κινδυνεύοντες ἕλοιντο. τὸν γὰρ παρὰ ταῦτα διδόμενον λόγον οὐδὲ λόγον εἶναι βουλόμεθα, ἀλλὰ πανταχόθεν τὴν εἴσπραξιν καὶ ἔνδον τῶν ἱερῶν χωρίων ὑπομένειν τὸν λαβόντα μάτην τὸν τοιοῦτον λόγον, πρὸς τῷ καὶ τὸν παρασχόντα τοῦτον ὑποκεῖσθαι ταῖς ἐντεῦθεν εἰσπράξεσί τε καὶ μεθοδείαις καὶ κληρονόμους τε αὐτοῦ καὶ διαδόχους καὶ πράγματα. εἰ δέ τις τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων παρὰ τὰ εἰρημένα δοίη λόγον, ἀνάγκην ἕξουσιν οἱ τῆς

Alexandrinorum, quantum regiones et urbes sub eo constitutae conferunt: periculum subeuntibus etiam clarissimis tribunis et omni civili et publico adiutorio, tam circa cingulum quam circa substantiam atque ipsam salutem, si opem non tulerint. Sed felicis frumenti evectionis quae huc fit usque ad decimum diem mensis Septembris cuiusque indictionis mensuram mittet et tradet in urbe Alexandrinorum eius Augustali vel his qui ab eo deputantur; quod autem nos alimoniae urbis Alexandrinorum largimur usque ad quintum decimum mensis Octobris mittet et tradet eidem spectabili Augustali vel his qui ad hoc ab eo deputantur, id quod etiam antea disposuimus. Faciet autem plenariam secundum id quod supra a nobis constitutum est.

XXVII. *Deinde, quod rem sequitur (naula dicimus), curam et omne periculum ei et provincialibus iudicibus et officiis eis parentibus facesset, ut ab urbibus et locis et personis quas in subiecta huic legi descriptione subdidimus et naulorum titulo assignavimus, colligant sine ulla imminutione et aurum inde omne exigant et naulorum susceptori dent intra praefinitum tempus nequaquam hoc egressi, ne naulorum rationem impediant, id quod rursus impedimento est felici embolae. Etenim etiam periculum eius rei ita ad eum pertinebit, ut quidquid intra statutum tempus naulorum susceptori non solverit, hoc duplum exigatur ab ipso et eius officio. Quaecunque vero ex regione a nobis ei commissa mensis sublimitatis tuae inferuntur, ea per officium sublimitatis tuae et scriniarios et tractatores dictarum provinciarum proprio eorum periculo exigi volumus e locis et urbibus et personis huic sacrae legi nostrae subiectis et planiorem reddentibus exactionis facilitatem: ei enim haec peragent et huc mittent.*

XXVIII. *Ac ne λόγον quidem asyli quisquam dabit sive qui imperium habet sive urbis episcopus sive urbis Alexandrinorum spectabilis Augustalis, nisi iussio procedat sedis tuae hoc praecipiens aut etiam ipsi tractatores et scriniarii vel qui eorum locum obtinent id petierint, eodem tamen die praefinito et eisdem condicionibus, sub quibus id fieri sedes tua praeceperit aut etiam ipsi id fieri voluerint. Nisi λόγον ea dent condicione, ut intra certos dies e sanctis locis egressi provideant, ut omnibus modis publico debitum exsolvant vel satis ei faciant, quemadmodum hoc accipere scriniarii tribunalis tui huius rei periculum sustinentes voluerint. Λόγον enim praeter haec datum ne esse quidem λόγον volumus, sed omnino exactionem sustinere etiam intra sancta loca eum qui temere huiusmodi λόγον acceperit, et insuper eum qui hunc praebuerit obnoxium esse exactionibus et conventionibus inde oriundis, et heredes eius et successores et substantiam. Quodsi quis dei amantissimorum episcoporum praeter ea quae dixi-*

---

1 αἱ add. Zachariae ‖ ὑπ' Kroll] ἐπ' M ‖ εἰσφέρουσι add. Zacharias, exciderunt forsitan plura, cf. e. g. 785, 10. 790, 8 ‖ 4 lacunam statuunt vulgo, quam ad exemplar loci 782, 26 sqq. explet Zachariae; sed potius si μὴ solum corruptum est (sententiae aptum τὸ μέτρον) ‖ 6 ὀκτωμβρίου M ‖ στέλλειν καὶ παραδώσειν M, corr. Kroll ‖ 7 post τοῦτο commate falso interpungunt vulgo (unde ὥσπερ Zachariae) ‖ 10 αὐτοῖς Zachariae] αὐτῷ M ‖ 13 ὑπερβαίνοντας Zachariae ‖ 14 ἔσται Zachariae ‖ 16 ἀπαιτεῖσθαι Agylaeus] ἀπαιτῆσαι M, ἀποκαταστῆσαι Zachariae ‖ 18 αὐτῶν Zachariae ‖ 20 εἰσπράξουσι Zachariae ‖ 21 οὐδὲ Kroll] οὔτε M ‖ 24 ἢ Zachariae] εἰ M ‖ 25 ἐφ' ᾧ Zachariae ‖ εἰσορητὸν M, corr. Zachariae ‖ 27 λάβοιεν M perperam] λαβεῖν οἱ Zachariae, an διαθεῖναι οἱ? ‖ 29 παρασχῶντα M[a] ‖ 31 δοίει M

ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίας θεοφιλέστατοι οἰκονόμοι τε καὶ ἔκδικοι τὴν ἐντεῦθεν συμβαίνουσαν θεραπεῦσαι τῷ δημοσίῳ ζημίαν, πρότερον μὲν οἴκοθεν καὶ ἐκ τῆς ἰδίας αὐτῶν ὑποστάσεως, εἰ δὲ ἀποροῖεν, καὶ τῶν τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας πραγμάτων. εἰ δὲ τολμήσειαν παρὰ γνώμην τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου δοῦναί τινα λόγον, οὐ μόνον ἄκυρον παντελῶς ἔσται τὸ γενόμενον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ζημίαν θεραπεύσουσι τῷ δημοσίῳ, πρὸς τῷ εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν παρὰ γνώμην τοῦ αὐτῶν ἐπισκόπου, πάντως αὐτοὺς καὶ ἀποκινεῖσθαι τῶν φροντισμάτων ὧν ἔχουσι καὶ τῆς ἱερωσύνης ἐκβάλλεσθαι. εἰ δὲ ἄρχων παρὰ τὰ διηγορευμένα δοίη τινὶ λόγον ὀφείλοντι δημόσια ταῖς τραπέζαις ταῖς σαῖς ἀφωρισμένα, ἢ οἱ τριβοῦνοι ἢ οἱ πρωτεύοντες [ὄντες] • • •

---

mus λόγον dederit, necesse habebunt dei amantissimi oeconomi et defensores ecclesiae sub eo constitutae damnum inde ortum fisco sarcire, primum quidem de suo et e propria ipsorum substantia, si vero inopes sint etiam e rebus sanctissimae ecclesiae. Sin autem ausi erunt praeter voluntatem dei amantissimi episcopi λόγον alicui dare, non solum quod factum est omnino irritum erit, sed etiam ipsi damnum fisco restituent; praeterquam quod si quid tale praeter voluntatem episcopi sui fecerint, omnino removebuntur ab officiis quibus funguntur et e sacerdotio eicientur. Sin autem iudex contra vetita λόγον cui dederit publica tuis mensis deputata debenti, sive tribuni sive principes • • •

---

3 τολμήσειε *M, corr. Zachariae* (τολμήσαιεν *Agylaeus*) ‖ τινι *Zachariae* ‖ 7 ὄντες *delevi. Post* ὄντες *dimidia pagina in M vacua; deinde sequitur:* τέλος τῶν νεαρῶν ιουστινιανῦ. *Excidit cum ceteris notitia de qua agitur* 781, 27. 783, 31 787, 17. 790, 2. 794, 11. 19 ‖ *Data est constitutio indictione aliqua secunda* (788, 10. 793, 1), *i. e. aut a.* 539 (*Zachariae olim*) *aut a.* 554 (*Zachariae nunc*). *Illud suadet quod Johanni lex missa esse dicitur* (780, 4), *hoc quod Strategius plus quindecim annis ante legem magistratum aliquem gessisse perhibetur, quem annis* 536 *et* 537 *comitem sacrarum largitionum fuisse accepimus* (*nov. XXII subscr. CV. CXXXVI inscr.*). *At comitem s. l. Strategium tum fuisse non dicitur p.* 788, 10; *quem praefecti potius Augustalis munus ante a.* 524 *gessisse putaverim* (*cf. Zeitschr. d. Sav. St.* XV 371). „*De Anastasianis temporibus tamquam dudum praeteritis*“ *loqui Iustinianum* (788, 1) *non concedo; certe ex eius verbis colligi non potest triginta sex potius quam unum et viginti annis post Anastasii mortem legem latam esse. Quamobrem* intra Sept. *a.* 538 *et* Aug. *a.* 539 *constitutionem emissam esse iudico.*

II.
APPENDIX CONSTITUTIONUM DISPERSARUM.

I.
DE ADSCRIPTICIIS ET COLONIS.

Imp. Iustinianus Aug. Dominico praefecto.

⟨Praefatio.⟩ Adierunt nostram serenitatem Lugdunensium habitatores et hoc nos docuerunt: quia ante proposuimus legem, per quam iussimus adscripticios vel colonos commiscentes se liberis mulieribus procreare filios ad similitudinem liberorum, [et] ex hoc detrimentari fundos et eorum functiones, recedentibus agricolis velut ex utero libero procedentibus.

CAPUT I.

Et hoc corrigentes sancimus, secundum veterem legem de adscripticiis et colonis constitutis agricolis quod nascitur adscripticium et colonum fieri; sed si sola fuerit mulier libera constituta cum procreaverit filios, tunc ergo nullo modo patimur laedi ex hoc penitus liberum uterum, ut quae talis mulier tali viro sociata fuerit, neque adscripticio neque colono; in hoc tantummodo casu obtinente lege. Sancimus ergo generalem legem, ut qui ex adscripticio et colono natus est patris naturam sequatur. Sic ergo et indemnitas fisci collatoribus erit, parens carissime. Hoc ergo medentes praesentem dispositionem disposuimus, quam observare tuam celsitudinem sancimus in omnibus Illyricianis partibus, ut non exinde deminutio aliqua dominis inferatur.

⟨Epilogus.⟩ Tua igitur gloria quae nobis visa sunt et per hanc legem divinam significantur effectui mancipare festinet, multa imminente decem librarum auri qui eam violaverit aut concesserit violandam. Dat. VII. id. April. CP. imp. dn. Iustiniani ⟨pp.⟩ Aug. anno XIV. Iustino ⟨vc.⟩ cons. [a. 540.]

II.
IUSSIO IUSTINIANI IMPERATORIS PRO PRIVILEGIO CONCILII BYZACENI.

Imperator Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus Germanicus Anticus Alanicus Uuandalicus Africanus ⟨pius⟩ felix inclitus victor ac triumphator semper Augustus Daciano metropolitano Byzacii et omni concilio Byzaceno.

Restitutus et Heraclius reverendissimi viri omnium quodammodo vestri concilii sacerdotum non relationem tantum sed ipsam visi sunt adtulisse praesentiam; relucebat namque in eis puritas vestrae auctoritatis et vitae. Nec solum ecclesiasticis causis sed totius provinciae utilitatibus profuerunt, dicentes et

App. I est in Iul.ᴾ (contulit Girard), eiusdem Utin. et Trivulz., praeterea in lege Romana canonice compta (cod. Paris. 12448 [l] contulit Krüger).
App. II est in Iul. Utinensi (contulit Haenel), ed. Pithoeus p. 237 codice usus ignoto.

---

4 ascripticiis *Iul.ᴾ* (*sic semper*) de scriptitio et colono ex fine nouellae *l* ‖ 5 Dominico pp. Illyrici *coni. Miraeus* ‖ 6 adierunt *Kroll et Skutsch*] docuerunt *libri* ‖ ligdinensium *Iul.ᴾ*, ligdiniensium *l* ‖ 7 legem] *Cod.* 11, 48, 24 *cf. nov. CLXII c.* 2 ‖ commiscentibus *Iul.ᴾ l* ‖ mulieribus *om. l* ‖ 8 proquare *l* ‖ filios] liberos *l* ‖ et *del. Skutsch* ‖ 9 procedentes *Iul.ᴾ* ‖ 10 et hoc *l*] ex hoc *Iul.ᴾ* ‖ 11 quod nascitur *om. l* ‖ fierieri *l* ‖ 12 utque *Iul.ᴾ l* ‖ 13 adscriptio *l*ᵃ ‖ non fuerit *Zachariae* (*ὡς τῆς τοιαύτης γυναικὸς τοιούτῳ ἀνδρὶ συζευχθείσης*) ‖ 14 generali lege *coni. Zachariae* ‖ 15 fisci *Zachariae*] fisco *Iul.ᴾ*, a fisco et *l* ‖ hoc *Kroll*] in hoc *Iul.ᴾ l* ‖ posuimus *l* ‖ 16 quem *Iul.ᴾ l* ‖ diminutio *l* ‖ 18 et *om. l* ‖ significantem *Iul.ᴾ l*, *corr. Kroll* (significata *Miraeus*) ‖ 19 effectu *l* ‖ mulcta *l* ‖ imminentem *Iul.ᴾ l* ‖ 20 *subscr.* dat. sub id. (d. *l*) aprilis constantinopoli (-lim *l*) imp. dom. nn. (dnon. *l*) iustiniano aug. anno (an. *Iul.ᴾ*) iustino (austino *l*) consule *Iul.ᴾ l* ‖ 22 hic habetur iussio *Utin.* ‖ privilegio *Pith.*] priuilegia *Utin.* privilegiis *Zach.* ‖ 23 Uisaceni *Utin. Pith.* (*idem v.* 26) ‖ 24 gotticus *Utin. Pith.* ‖ 27 heresacleus *Utin.* ‖ quod ad modum *Utin.*, quod ad modo *Pith.*, *corr. Zachariae* ‖ 28 ipsam *Zachariae*] sua *Pith.* (*Utin.*) ‖ usi *Utin.* ‖ 29 et *post* dicentes *om. Pith.*

quibus iam beneficiis gaudeatis et quae a nostra sunt mansuetudine conferenda. Unde precibus eorum summa cum benignitate susceptis ad universa respondimus; et quantum apud nos eorum legatio valuit, ipsa testatur exhibitio praestitorum. Quaecumque igitur ad privilegia vestra vestrique concilii pertinent, iuxta veterem firmamus disciplinam. Orate igitur divinam misericordiam, ut et nos reipublicae et ipsam nobis servet incolumem, et quos a iugo subripuimus Vrandalorum, ultra florem felicitatis antiquae sicut volumus erigamus. Dat. prid. non. Octob. CP. imp. dn. Iustiniani ⟨pp.⟩ Aug. anno XV. [a. 541.]

III.

IUSSIO IUSTINIANI IMPERATORIS PRO PRIVILEGIO CONCILII BYZACENI.

Imperator Flavius Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus Germanicus Anticus ⟨Alanicus⟩ Vrandalicus Africanus ⟨pius⟩ felix inclitus victor ac triumphator semper Augustus Daciano metropolitano Byzacii.

Semper nostrae serenitati cura fuit servandae vetustatis maxime disciplinae, quam nunquam contempsimus, nisi et in melius augeremus; praesertim quotiens de ecclesiasticis negotiis contingit quaestio, quae patrum constat regulis definita, immo adventu superni numinis inspirata, quia constat esse caelitus constituta quicquid apostolica decernit auctoritas. Hinc est quod in Africanis quoque conciliis illa volumus reservari, quae antiquitas statuit et sequentium oboedientia custodivit atque in nostrum usque saeculum intemerata perduxit. Nullus inter primates illud sibi privilegium vindicet quod accepisse non legitur, nullus adripiat quod habuisse iugiter non probatur; nec de rescriptis ad unius suggestionem promeritis aut de exemplis consuetudinem violantibus cuiuslibet sibi blandiatur ambitio. Illud pro lege servandum est, quod conciliis definitum servavit devota posteritas; nam quae quis in praeiudicium statutorum quibuslibet rebus usurpavit, corrigenda potius quam imitanda censemus. Si quid igitur metropolitano Karthaginis vel primatibus Numidiae vel Byzacii conciliorum auctoritas praestitit et inoffensa consuetudo servavit, hoc sibi quisque optet, hoc vindicet, hoc nostra speret sanctione firmari. Nos tutores tantum sumus vetustatis et vindices; nec deerit ecclesiastica vindicta vel nostra in eos, qui aut ambitiosa superbia aut subrepticiis postulationibus antiquitatem temerasse docebuntur, quoniam ad divinitatis tendit iniuriam, qui sanctorum patrum constituta contemnere ac violare non metuit, sancte ac religiosissime pater. Beatitudo itaque tua, quae per hanc divinam pragmaticam sanctionem nostra statuit aeternitas, effectui mancipari observarique procuret. Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime pater. Dat. IIII. kal. Novemb. imp. dn. Iustiniani anno XVI. [a. 542.]

IV.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗΔΕΝΑ ΜΗΤΕΥΕΣΘΑΙ ΕΠΙ ΙΔΙΩΤΙΚΑΙΣ Η ΔΗΜΟΣΙΑΙΣ ΠΡΟΦΑΣΕΣΙΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς .....

Τὸ στρατιωτικὸν ἡμῖν ἡ πολιτεία διὰ τοῦτο τρέφει ....

1 *Μηδεὶς τῶν ἀρχόντων ἢ τῶν λογοθετῶν ἢ τῶν ἄλλων τῶν τὰ δημόσια πραττόντων μητευέτω οἶκόν τινος προφάσει δημοσίων ὀφλημάτων, ἀλλ' εἴπερ οἴεται τοὺς ὑπευθύνους ἔνδον τῶν οἴκων κρύπτεσθαι, δημοσίοις κεχρήσθω προσώποις πρὸς τὴν τούτων ἀναζήτησιν· καὶ εἴπερ εὕρεν αὐτούς, δημοσίᾳ παραγέτω καὶ τὴν εἴσπραξιν ποιείσθω μηδαμῶς τοῖς οἴκοις παρενοχλῶν. εἰ δὲ καὶ στρατιωτικῆς δεηθείη βοηθείας πρὸς τὴν ἐξάνυσιν τῶν δημοσίων, μὴ κεχρήσθω νεολέκτοις στρατιώταις πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ τοῖς ἐν πράγμασι τετριμμένοις καὶ τὴν πολιτικὴν τάξιν ἐπισταμένοις καὶ τὴν εἴσπραξιν οὐκ ἐν τοῖς οἴκοις, ἀλλὰ δημοσίᾳ ποιουμένοις μετὰ τῆς πρεπούσης καθοσιώσεως.*

App. III extat in Iul. Utinensi; ed. Pithoeus p. 237 *e codice ignoto.*
App. IV epitome extat apud Ath. 20, 5.

IV.

NE QUIS METETUR OB OCCASIONES PRIVATAS AUT PUBLICAS.

Idem imperator ...

Exercitum nobis res publica ideo alit ...

1 *Nemo magistratuum aut rationalium aut ceterorum qui publica tractant metato domum cuiusquam propter debita publica, sed si debitores intra domos abscondi existimat, publicis utatur personis ad eos indagandos; atque si eos invenit, publice producat et exactionem faciat nullo modo domos molestans. Si vero etiam militari indigeat auxilio ad publicorum exactionem, non utatur ad hoc militibus modo conscriptis, sed eis qui in rebus triti sint et rei publicae ordinem cognitum habeant et exactionem non in domibus, sed publice faciant cum debita devotione.*

4 iusta *Pith.* | 5 Vandalicorum *Pith.* | ultra *Zachariae*] ultro *Pith.* (*Utin.*) | 8 idem alia iussio *Utin.* alia iussio *Pith.* | privilegio *Pith.*] priuilegia *Utin.*, privilegiis *Zach.* | 9 Vizaceni *Pith.* (*Utin.*) *idem v.* 11. 22 | 10 Anticus] atthicus *Utin.* Alanicus *Pith.* | 14 constant *coni. Skutsch* | adventu (*vel* obventu) *Zach.*] abventu *Pith.* (*Utin.*) | 15 constitutum *coni. Zach.* | discernit *Utin.* | 19 cuiuslibet *Kroll*] quibuslibet *Pith.* (*Utin.*) | 20 posteritas *Zach.*] prosperitas *Pith.* (*Utin.*) | 23 optet, sibi vindicet *Pith.* | 27 observareque *Pith.* (*Utin.*), *corr. Kroll* (*at cf. bull. corr. hell.* XVII 504 *l.* 18) | 29 XV *an* XVI *Utin. incertum* | 34 τὸ] τῷ *cod.* | ἡμῆν *cod.* | 36 *εἰ περὶ τόται cod., corr. Zach.* | 37 *εὕρεν Kroll*] *εὕρον cod.* | 39 *κεχρίσθω cod.* | 40 *τετριμένοις cod.*

2 *Καθόλου δὲ πᾶσι προαγορεύει ἡ διάταξις ἐπὶ προφάσεσιν ἰδιωτικαῖς στρατιώταις μὴ κεχρῆσθαι ἢ τὴν οἱανοῦν δι' αὐτῶν ἐπαγαγεῖν μεθοδείαν τισίν· εἰδότων τῶν τοιοῦτό τι πράττειν ἐπιχειρούντων, ὡς καὶ πάσης ἀγωγῆς, ἣν ἂν ὡς εἰκὸς ὁ νόμος αὐτοῖς ἐδίδου κατὰ τῶν εὐθυνομένων,* 3 *ἐκπεσοῦνται δι' αὐτὴν καὶ μόνην τὴν ἐγχείρησιν. Τοὺς δὲ ἀφοριζομένους στρατιώτας εἰς ἐξάνυσιν δημοσίων παραινεῖ πάσης σπορτούλων ἀπέχεσθαι λήψεως καὶ μηδὲν καθόλου* 4 *παρά τινος λαμβάνειν, ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις ἀρκεῖσθαι σιτήσεσιν. Τὴν δὲ τῶν εἰρημένων πάντων παραφυλακὴν τοῖς κατὰ τόπον ἐπισκόποις τε καὶ ἄρχουσιν ἐπιτρέπει.*

5 *Πρὸς τούτοις ἀπαγορεύει τοῖς ἄρχουσι καὶ παντὶ ἑτέρῳ οἶκόν τινος μὴ καταλύειν προφάσει τοῦ ἀνανεῆσαι κατὰ τοῦ δεσπότου τοῦ οἴκου, δίχα μέντοι καινοτομίας καθ' ἑτέρου γενομένης· τῷ τοῦτο πράξαντι τὴν κατὰ τὸ διπλάσιον ἔκτισιν τῆς ζημίας τῆς γενομένης τῷ δεσπότῃ τοῦ οἴκου καὶ ποινὴν δέκα χρυσίου λιτρῶν ⟨ἐπιτιθεῖσα⟩ καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν· τούτων παραφυλαττομένων ὑπό τε τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν τὰ δημόσια πραττόντων. Ἐγράφη ....*

V.

ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΞΗΣ.

Χρὴ τὴν μέταξαν τοὺς κομμερκιαρίους πρὸς τοὺς βαρβάρους πραγματεύεσθαι ιε' νομίσμασι τὴν λίτραν καὶ μεταπωλεῖν τοῖς μεταξαρίοις ἢ τοῖς ἄλλοις οὐ πλέον καθαρὰν δίχα σφηκώματος ἢ ἄλλης προσθήκης ἢ ῥύπου. Εἰ δέ τις πρὸς βαρβάρους μὴ ὢν κομμερκιάριος πραγματεύσηταί τι καὶ μέταξαν ἐκεῖθεν ἀγάγῃ, δύναται αὐτὴν ἀφαιρεῖσθαι ὁ κομμερκιάριος, καὶ ὁ πραγματευσάμενος δημεύεται καὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται. Εἰ δὲ ὁ κομμερκιάριος ἢ ὁ μεταξάριος ὑπὲρ τὸ ῥηθὲν ποσὸν πωλήσῃ ἢ ἀγοράσῃ, ὁμοίως τιμωρεῖται.

Χρὴ δὲ τοὺς πραγματευτὰς τῶν τοιούτων ἐγγύας διδόναι τῇ πολιαρχίᾳ, ὡς οὐ πωλοῦσι κρύφα ἀλλὰ δημοσίᾳ πᾶσαν ἣν ἔχουσι πραγματείαν· ἐπεὶ τιμωροῦνται. Χρὴ δὲ κατὰ ταῦτα λογίζεσθαι τῷ δημοσίῳ τὴν τιμὴν παντὸς τοῦ ὁλοσηρίκου παρὰ τοῦ κόμητος τῶν λαργιτιόνων τοῦ διδομένου παρ' αὐτοῦ τῷ δημοσίῳ. Ὁ δὲ ἀγοράσας ὑπὲρ τὸ ταχθὲν ἀναγκαζόμενος δοῦναι προσαγγέλλει τῷ πράτῃ καὶ τὸ διπλοῦν ἀναπράττει· λοιπὸν γὰρ ὁ πράτης τὰ λεχθέντα πείσεται.

App. V. Epitomen servavit anon. cod. Bodl. 3399 *fol.* 58, *quam ed. Zachariae anecd.* 263 *adn.* 46 *et ed. nov. II* 293.

---

2 *Omnino autem omnes vetat constitutio ob occasiones privatas militibus uti aut ullum cuiquam per eos dolum parare; scientibus qui tale aliquid facere conantur se etiam omni actione quam fere lex* 3 *eis dabat contra debitores privatum iri ob ipsum solum conatum. Milites autem ad exactionem publicorum delegatos iubet sportulis accipiendis omnino abstinere ac nihil omnino a quoquam accipere, sed* 4 *propriis contentos esse annonis. Eorum autem quae dicta sunt omnium custodiam et episcopis et magistratibus locorum committit.*

5 *Praeterea vetat magistratus et ceteros omnes domum cuiusquam destruere nisi propterea, ut cum domus domino renovet* (?), *ita tamen ut novo opere alius non offendatur; ei qui hoc fecit damni domus domino illati per duplum restitutionem et poenam decem librarum auri imponens et imperatoris iram his observandis et a magistratibus et ab iis qui publica tractant. Scripta est ...*

V.

DE METAXA.

Oportet metaxam commerciarios a barbaris emere quindecim solidis libram et rursus vendere metaxariis aut ceteris non pluris puram sine sphecomate aut alia appendice aut sordibus. Si quis autem qui non est commerciarius a barbaris emat quid metaxamque inde importet, potest eam auferre commerciarius et emptor bonis ademptis in perpetuum expellitur. Sin autem commerciarius aut metaxarius supra dictam quantitatem vendat ematve, similiter vindicatur.

Oportet autem talium negotiatores vades dare praefecturae urbis, se non clam sed publice vendere omnia quaecunque vendunt; puniuntur enim. Oportet autem secundum haec fisci rationibus inferri a comite largitionum omnis holoserici pretium quod ab eo fisco datur. Emptor autem qui supra statutum dare coactus est litem intendit venditori et duplum reposcit; tum enim venditor quae dicta sunt patietur.

---

1 *προφεύσεσιν* cod. ‖ 2 *μεθοδιὰν* cod. ‖ 3 *ἣν ἂν ὡς εἰκὸς* Zach.] *ἢ ἀνανεώσαι νος* cod. ‖ 4 *ἐγχειρίσιν* cod. ‖ 5 *σπορτούλλων* cod. ‖ 6 *σητήσεσιν* cod. ‖ 9 *locus corruptus; ἀγανακτῆσαι* Zach. cl. '*Enantiophane*' in *B I* 812 *Hb. ἀνεγερνῆσαι* Skutsch. *Possis ⟨εἰ μὴ⟩ προφ. τοῦ ἀνανεῶσαι μετὰ τ. δ.* ‖ *γενομένης* Zach.] *γενομένου* cod. *Cf. nov. CLXV* ‖ 11 *ἐπιτιθεῖσα supplevi, ἐπάγει vel ἐπάγουσα Heimbach* ‖ *ἀγανάκτισιν* cod. ‖ 12 *eodem fere tempore quo nov. CXVI datam esse putat Zacharias* ‖ 16 *σφικώματος Bodl.* ‖ 22 *an ἐπαίτοις?* ‖ 23 *ὁλοσηρίκου Bodl.* ‖ *λαργητιόνων Bodl.* ‖ 25 *Inter annos* 540 *et* 547 *legem a Iustiniano latam esse probat Zachariae* [illegible] *de l'acad. de St. Pétersbourg VII* 9 (1865) *n.* 6.

VI.

⟨Imp.⟩ Flavius Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus ⟨Germanicus⟩ Anticus ⟨Alanicus⟩ Vvandalicus Africanus pius felix inclitus victor ac triumphator semper Augustus Paulo pp. Africae.

Peruidimus scribere tuae magnitudini, ut neminem de colonis qui temporibus Vvandalorum de possessione egressi sunt et inter liberos commorati sunt, iterum attrahi et ad colonatus condicionem iterum reduci; quia volumus eos sicut temporibus Vvandalorum erant, sic et modo sint. Insuper autem de cetero quicumque suam contempserint terram et ad alienam se ducere voluerint, eos restituere iubemus. Dat. VIII. id. Septembris Constantinopoli imp. dn. Iustiniani ⟨pp.⟩ Aug. ⟨anno XXVI.⟩ post cons. Fl. Basilii anno XI. indictione prima. [a. 552.]

VII.

1 **Ut omnia firma sint, quae Amalasuinta vel Atalaricus vel Theodatus concesserunt.** Pro petitione Vigilii venerabilis antiquioris Romae ⟨episcopi⟩ quaedam disponenda esse censuimus ad utilitatem omnium pertinentia, qui per occidentales partes habitare noscuntur. Inprimis itaque iubemus, ut omnia quae Atalaricus vel Amalasuinta regia mater eius vel etiam Theodatus Romanis vel senatu poscente concesserunt, inviolabiliter conserventur. Sed et ea quae a nobis vel a piae memoriae Theodora Augusta quondam coniuge nostra conlata sunt, volumus illibata servari, nulla cuicumque danda licentia contra ea venire, quae a praedictis personis pro quibuscumque rebus vel titulis data vel concessa esse noscuntur; excepta videlicet donatione a Theodato in Maximum pro rebus habita Marciani, ex quibus dimidiam portionem Liberio viro gloriosissimo dedisse meminimus, reliqua dimidia Maximo viro magnifico relicta; quas apud utrumque firmiter manere censemus.

2 **Ut per Totilanem factae donationes omnes irritae sint.** Si quid a Totilane tyranno factum vel donatum esse invenitur cuicumque Romano seu cuicumque alio, servari vel in sua firmitate manere nullo modo concedimus, sed res ablatas ab huiusmodi detentatoribus antiquis dominis reformari praecipimus. Quod enim per illum tyrannidis eius tempore factum esse invenitur, hoc legitima nostra notare tempora non concedimus.

3 **Nemini noceat in captivitate degentium amissio instrumentorum.** Licet enim generali lege prospectum est, ne instrumentorum amissio dominis, pro quibus instrumenta conscripta sunt, quodcumque praeiudicium rerum possit inferre, tamen specialiter etiam per illa loca hoc renovare censuimus, cum sciamus per diversas calamitates et hostiles pervasiones tam in ipsa civitate Romana quam in aliis locis hominibus instrumenta perisse. Ne quam igitur ex hoc quicumque patiantur calumniam aut aliquod sustineant detrimentum, sancimus ut instrumentorum quidem amissionem vel corruptionem nullum praeiudicium pro domino vel possessione ⟨vel⟩ pro credito dominis rerum vel possessoribus aut creditoribus, pro quibus instrumenta conscripta fuissent, inferre. Pragmatica dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [a. 554.]

4 Sed et si quis res absentis vel etiam capti, forsitan greges, per suam aut cuiuslibet auctoritatem invasit vel petendo eas tenuit, reverso eo vel liberato sine ulla dilatione iubemus restitui ipsi vel etiam heredibus eius. Et si forte ille fatale munus subiit, etiam heredibus eius restituatur, ⟨ut⟩ legum auctoritas suggerit. Anno die et cons. ss.

5 **Non praesumat quis alienum.** Quia autem verisimile putamus diversos tyrannidis tempore res suas per metum alienasse hominibus vel officium quodcumque gerentibus vel aliam a Totila commissam

App. VI extat in Iuliani codice Utinensi fol. 92ʳ, unde edidit Haenel Ber. d. Sächs. Ges. 1852 p. 75 et Iulian. p. 226.

App. VII extat in Iuliani Parisino (P), Mediolanensi Trivulziano (M), Utinensi (U), ex quibus post Miraeum et Pithoeum edidit Haenel Iulian. p. 185.

---

2 Flavius] pius *cod.* | guttious *cod.* | bandalious affricanus *cod.* | 3 triumfator *cod.* | 4 ut *del. Zacharias* (= ὥστε) | bandalorum *cod.* m[1], v *ex* b m[2] (*idem* 6) | possessiones *cod.* | 5 atrahi *cod.*, retrahi *coni. Zacharias* | conditione *cod.* | 6 redduci *cod.* m[2] | 7 contemserit *cod.* | 8 imp. domnus instinianus *cod.* | ∂ cōl fli basili anno XII indict ter prima *cod.*, *corr. Zacharias* | 11 amalasuneta *P*, amalacynta *M*, malaunota *U* | attalaricus *PM* | teudatus *P*, teodatus *M* | 12 petitionem *MU* | vigili *PMU* | episcopi *add. Miraeus* | essent *U* | 14 attalaricus *P*, athalaricus *M*, adalaricus *U* | amalasuintha *P*, amalasiuntha *M* | teodatus *P*, teudatus *M* | senatui poscenti *coni. Zachariae* | 15 concessa sunt *PMU*, *corr. Pithoeus* | et *om. U* | teodora *P* | 16 coniugem nostram *U* | illiuata *P* | servare *PM* | nullam *U* | quicumque *U*[1] | data *MU* | 17 eam *U* | praedictas personas *PMU* | vel *prius om. MU* | 18 excepta] ex prioribus excepta *U* | teodato *P* teudato *M* | pro? | abita *PM* | 19 meminemus *M* | reliquam *U* | dimidiam *PU* | 20 relicto *U* | utriusque *P* | censuimus *P* cessimus *U* | 21 pro *P* | factas *PMU* | omnes *om. M* | irritae *U* | sunt *M* | totilanem *P* | 22 facto *P* | invenitur esse *M* | cuique alio *P*, alii *Beck* | 23 nullum *PM* | ablata *U* | detentoribus *U* | dominus *P* | reformare *M* | 24 eius *del. Skutsch* | 26 degentium *Kroll*] gentium *PMU* | enim] etiam *anonymus*, *malim* iam | 27 generale leges profectum est *U*. *Cf. Cod.* 4. 21, 5. 16. 21 | inscripta *U* | 30 nequaquam *PMU*, *corr. Haenel* | faciantur *P* patitur *M* paciatur *U* | 31 sustineat *PMU* | sanccimus *U* | ut *om. U* | nullus *P* | 32 dominio *Skutsch* | vel *add. Beck*, prove *Zachariae* | 33 instrumento *P* | fuisse *PM* | pragmatum *PM*, pragmat. *U* | CP.] const. *P* constant. *M* cons. *U* | dn.] dom. nro. *P* domn. n. *M* domino nostro *U* | iustiniano *PMU* | pp.] pio pp. *PM* | 34 pc. *om. M* | basili *PM*, bilisari *U* | uic. *PU* | XIII. *M*] XIV *P*, XII *U* | 35 absentes *U* | capiti *U* | 36 liberatos in ullam dilationem *U* | iuuemus *P* | 37 et *et* etiam heredibus eius *del. Zachariae* restitui *scribens cum Beckio*; *rectius* vel etiam heredibus eius *v.* 36 *deleveris* (*Skutsch*) | ut *add. Zachariae* | legis *P* | 38 subgerit *M* | consl. *P* consul. *M* consoles *U* | 39 qui *PMU* | uirisimile *MU* | ponamus *P* potamus *M* | diuerso *P* | tyrannides *U* | 40 permetuunt *PM* | vel *om. M* | quoque *et* alia *codd.* | a tutela *P* at tutela *M* adutela *U* | commissam] comissa uel *U*

2 *Καθόλου δὲ πᾶσι προαγορεύει ἡ διάταξις ἐπὶ προφάσεσιν ἰδιωτικαῖς στρατιώταις μὴ κεχρῆσθαι ἢ τὴν οἱανοῦν δι' αὐτῶν ἐπαγαγεῖν μεθοδείαν τισίν· εἰδότων τῶν τοιοῦτό τι πράττειν ἐπιχειρούντων, ὡς καὶ πάσης ἀγωγῆς, ἣν ἂν ὡς εἰκὸς ὁ νόμος αὐτοῖς ἐδίδου κατὰ τῶν εὐθυνομένων,* 3 *ἐκπεσοῦνται δι' αὐτὴν καὶ μόνην τὴν ἐγχείρησιν. Τοὺς δὲ ἀφοριζομένους στρατιώτας εἰς ἐξάνυσιν δημοσίων παρακελεύεται πάσης σπορτούλων ἀπέχεσθαι λήψεως καὶ μηδὲν καθόλου* 4 *παρά τινος λαμβάνειν, ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις ἀρκεῖσθαι σιτήσεσιν. Τὴν δὲ τῶν εἰρημένων πάντων παραφυλακὴν τοῖς κατὰ τόπον ἐπισκόποις τε καὶ ἄρχουσιν ἐπιτρέπει.*

5 *Πρὸς τούτοις ἀπαγορεύει τοῖς ἄρχουσι καὶ παντὶ ἑτέρῳ οἶκόν τινος μὴ καταλύειν προφάσει τοῦ ἀνανεῆσαι κατὰ τοῦ δεσπότου τοῦ οἴκου, δίχα μέντοι καινοτομίας καθ' ἑτέρου γενομένης· τῷ τοῦτο πράξαντι τὴν κατὰ τὸ διπλάσιον ἔκτισιν τῆς ζημίας τῆς γενομένης τῷ δεσπότῃ τοῦ οἴκου καὶ ποινὴν δέκα χρυσίου λιτρῶν ⟨ἐπιτιθεῖσα⟩ καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν· τούτων παραφυλαττομένων ὑπό τε τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν τὰ δημόσια πραττόντων. Ἐγράφη ....*

V.

ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΞΗΣ.

Χρὴ τὴν μέταξον τοὺς κομμερκιαρίους πρὸς τοὺς βαρβάρους πραγματεύεσθαι ιε' νομίσμασι τὴν λίτραν καὶ μεταπωλεῖν τοῖς μεταξαρίοις ἢ τοῖς ἄλλοις οὐ πλέον καθαρὰν δίχα σφηκώματος ἢ ἄλλης προσθήκης ἢ ῥύπου. Εἰ δέ τις πρὸς βαρβάρους μὴ ὢν κομμερκιάριος πραγματεύσηταί τι καὶ μέταξον ἐκεῖθεν ἀγάγῃ, δύναται αὐτὴν ἀφαιρεῖσθαι ὁ κομμερκιάριος, καὶ ὁ πραγματευσάμενος δημεύεται καὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται. Εἰ δὲ ὁ κομμερκιάριος ἢ ὁ μεταξάριος ὑπὲρ τὸ ῥηθὲν ποσὸν πωλήσῃ ἢ ἀγοράσῃ, ὁμοίως τιμωρεῖται.

Χρὴ δὲ τοὺς πραγματευτὰς τῶν τοιούτων ἐγγύας διδόναι τῇ πολιαρχίᾳ, ὡς οὐ πωλοῦσι κρύφα ἀλλὰ δημοσίᾳ πᾶσαν ἣν ἔχουσι πραγματείαν· ἐπεὶ τιμωροῦνται. Χρὴ δὲ κατὰ ταῦτα λογίζεσθαι τῷ δημοσίῳ τὴν τιμὴν παντὸς τοῦ ὁλοσηρίκου παρὰ τοῦ κόμητος τῶν λαργιτιόνων τοῦ διδομένου παρ' αὐτοῦ τῷ δημοσίῳ. Ὁ δὲ ἀγοράσας ὑπὲρ τὸ ταχθὲν ἀναγκαζόμενος δοῦναι προσαγγέλλει τῷ πράτῃ καὶ τὸ διπλοῦν ἀναπράττει· λοιπὸν γὰρ ὁ πράτης τὰ λεχθέντα πείσεται.

App. V. Epitomen servavit anon. cod. Bodl. 3399 *fol.* 58, *quam ed. Zachariae anecd.* 263 *adn.* 46 *et ed. nov. II* 293.

---

2 *Omnino autem omnes vetat constitutio ob occasiones privatas militibus uti aut ullum cuiquam per eos dolum parare; scientibus qui tale aliquid facere conantur se etiam omni actione quam fere lex* 3 *eis dabat contra debitores privatum iri ob ipsum solum conatum. Milites autem ad exactionem publicorum delegatos iubet sportulis accipiendis omnino abstinere ac nihil omnino a quoquam accipere, sed* 4 *propriis contentos esse annonis. Eorum autem quae dicta sunt omnium custodiam et episcopis et magistratibus locorum committit.*

5 *Praeterea vetat magistratus et ceteros omnes domum cuiusquam destruere nisi propterea, ut cum domus domino renovet* (?), *ita tamen ut novo opere alius non offendatur; ei qui hoc fecit damni domus domino illati per duplum restitutionem et poenam decem librarum auri imponens et imperatoris iram his observandis et a magistratibus et ab iis qui publica tractant. Scripta est ...*

V.

DE METAXA.

Oportet metaxam commerciarios a barbaris emere quindecim solidis libram et rursus vendere metaxariis aut ceteris non pluris puram sine sphecomate aut alia appendice aut sordibus. Si quis autem qui non est commerciarius a barbaris emat quid metaxamque inde importet, potest eam auferre commerciarius et emptor bonis ademptis in perpetuum expellitur. Sin autem commerciarius aut metaxarius supra dictam quantitatem vendat ematve, similiter vindicatur.

Oportet autem talium negotiatores vades dare praefecturae urbis, se non clam sed publice vendere omnia quaecunque vendunt; puniuntur enim. Oportet autem secundum haec fisci rationibus inferri a comite largitionum omnis holoserici pretium quod ab eo fisco datur. Emptor autem qui supra statutum dare coactus est litem intendit venditori et duplum reposcit; tum enim venditor quae dicta sunt patietur.

---

1 *προφεύσεσιν* cod. | 2 *μεθοδιὰν* cod. | 3 *ἣν ἂν ὡς εἰκὸς* Zach.] *ἢ ἀνανεώσαι κος* cod. | 4 *ἐγχειρίσιν* cod. | 5 *σπορτούλλων* cod. | 6 *σητήσεσιν* cod. | 9 *locus corruptus; ἀγανακτῆσαι* Zach. cl. '*Enantiophane*' in *B I* 812 *Hb. ἀνερευνῆσαι* Skutsch. *Possis* ⟨*εἰ μὴ*⟩ *προφ. τοῦ ἀνανεῶσαι μετὰ τ. δ.* | *γενομένης* Zach.] *γενομένου* cod. *Cf. nov. CLXV* | 11 *ἐπιτιθεῖσα supplevi, ἐπάγει vel ἐπάγουσα Heimbach* | *ἀγανάκτισιν* cod. | 12 *eodem fere tempore quo nov. CXVI datam esse putat Zachariae* | 16 *σφικώματος* Bodl. | 22 *an ἐπεί τοιγε?* | 23 *ὁλοσηρίκου* Bodl. | *λαργητιόνων* Bodl. | 25 *Inter annos* 540 *et* 547 *legem a Iustiniano latam esse probat Zachariae mém. de l'acad. de St. Pétersbourg VII* 9 (1865) *n.* 6.

VI.

(Imp.) Flavius Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus (Germanicus) Anticus (Alanicus) Vvandalicus Africanus pius felix inclitus victor ac triumphator semper Augustus Paulo pp. Africae.

Peruidimus scribere tuae magnitudini, ut neminem de colonis qui temporibus Vvandalorum de possessione egressi sunt et inter liberos commorati sunt, iterum attrahi et ad colonatus condicionem iterum reduci; quia volumus eos sicut temporibus Vvandalorum erant, sic et modo sint. Insuper autem de cetero quicumque suam contempserint terram et ad alienam se ducere voluerint, eos restituere iubemus. Dat. VIII. id. Septembris Constantinopoli imp. dn. Iustiniani (pp.) Aug. (anno XXVI.) post cons. Fl. Basilii anno XI. indictione prima. [a. 552.]

VII.

1 Ut omnia firma sint, quae Amalasuinta vel Atalaricus vel Theodatus concesserunt. Pro petitione Vigilii venerabilis antiquioris Romae (episcopi) quaedam disponenda esse censuimus ad utilitatem omnium pertinentia, qui per occidentales partes habitare noscuntur. Inprimis itaque iubemus, ut omnia quae Atalaricus vel Amalasuinta regia mater eius vel etiam Theodatus Romanis vel senatu poscente concesserunt, inviolabiliter conserventur. Sed et ea quae a nobis vel a piae memoriae Theodora Augusta quondam coniuge nostra conlata sunt, volumus illibata servari, nulla cuicumque danda licentia contra ea venire, quae a praedictis personis pro quibuscumque rebus vel titulis data vel concessa esse noscuntur; excepta videlicet donatione a Theodato in Maximum pro rebus habita Marciani, ex quibus dimidiam portionem Liberio viro gloriosissimo dedisse meminimus, reliqua dimidia Maximo viro magnifico relicta; quas apud utrumque firmiter manere censemus.

2 Ut per Totilanem factae donationes omnes irritae sint. Si quid a Totilane tyranno factum vel donatum esse invenitur cuicumque Romano seu cuicumque alio, servari vel in sua firmitate manere nullo modo concedimus, sed res ablatas ab huiusmodi detentatoribus antiquis dominis reformari praecipimus. Quod enim per illum tyrannidis eius tempore factum esse invenitur, hoc legitima nostra notare tempora non concedimus.

3 Nemini noceat in captivitate degentium amissio instrumentorum. Licet enim generali lege prospectum est, ne instrumentorum amissio dominis, pro quibus instrumenta conscripta sunt, quodcumque praeiudicium rerum possit inferre, tamen specialiter etiam per illa loca hoc renovare censuimus, cum sciamus per diversas calamitates et hostiles pervasiones tam in ipsa civitate Romana quam in aliis locis hominibus instrumenta perisse. Ne quam igitur ex hoc quicumque patiantur calumniam aut aliquod sustineant detrimentum, sancimus ut instrumentorum quidem amissionem vel corruptionem nullum praeiudicium pro domino vel possessione (vel) pro credito dominis rerum vel possessoribus aut creditoribus, pro quibus instrumenta conscripta fuissent, inferre. Pragmatica dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [a. 554.]

4 Sed et si quis res absentis vel etiam capti, forsitan greges, per suam aut cuiuslibet auctoritatem invasit vel petendo eas tenuit, reverso eo vel liberato sine ulla dilatione iubemus restitui ipsi vel etiam heredibus eius. Et si forte ille fatale munus subiit, etiam heredibus eius restituatur, (ut) legum auctoritas suggerit. Anno die et cons. ss.

5 Non praesumat quis alienum. Quia autem verisimile putamus diversos tyrannidis tempore res suas per metum alienasse hominibus vel officium quodcumque gerentibus vel aliam a Totila commissam

App. VI extat in Iuliani codice Utinensi fol. 92ʳ, unde edidit Haenel Ber. d. Sächs. Ges. 1852 p. 75 et Iulian. p. 226.

App. VII extat in Iuliani Parisino (P), Mediolanensi Trivulziano (M), Utinensi (U), ex quibus post Miraeum et Pithoeum edidit Haenel Iulian. p. 185.

2 Flavius] pius *cod.* | gutticus *cod.* | bandalicus affricanus *cod.* | 3 triumfator *cod.* | 4 ut *del. Zachariae* (= ὥστε) | bandalorum *cod.* m^1, v *ex* b m^2 (*idem* 6) | possessiones *cod.* | 5 atrahi *cod.*, retrahi *coni. Zachariae* | conditione *cod.* | 6 redduci *cod.* m^2 | 7 contemserit *cod.* | 8 imp. domnus iustinianus *cod.* | ∂ cōl fli basili anno XII indict ter prima *cod.*, *corr. Zachariae* | 11 amalasuneta *P*, amalacynta *M*, malaunota *U* | attalaricus *PM* | teudatus *P*, teodatus *M* | 12 petitionem *MU* | vigili *PMU* | episcopi *add. Miraeus* | essent *U* | 14 attalaricus *P*, athalaricus *M*, adalaricus *U* | amalasuintha *P*, amalasiuntha *M* | teodatas *P*, teudatus *M* | senatui poscenti *coni. Zachariae* | 15 concessa sunt *PMU*, *corr. Pithoeus* | et *om. U* | teodora *P* | 16 coniugem nostram *U* | illiuata *P* | servare *PM* | nullam *U* | quicumque U^1 | data *MU* | 17 eam *U* | praedictas personas *PMU* | vel *prius om. MU* | 18 excepta] ex prioribus excepta *U* | teodato *P* teudato *M* | pro ? | abita *PM* | 19 meminemus *M* | reliquam *U* | dimidiam *PU* | 20 relicto *U* | utrimque *P* | censuimus *P* cessimus *U* | 21 pro *P* | factas *PMU* | omnes *om. M* | irritae *U* | sunt *M* | totilanem *P* | 22 facto *P* | invenitur esse *M* | cuique alio *P*, alii *Beck* | 23 nullum *PM* | ablata *U* | detentoribus *U* | dominus *P* | reformare *M* | 24 eius *del. Skutsch* | 26 degentium *Kroll*] gentium *PMU* | enim] etiam *anonymus*, *malim* iam | 27 generale leges profectum est *U*. *Cf. Cod.* 4. 21, 5. 16. 21 | inscripta *U* | 30 nequaquam *PMU*, *corr. Haenel* | faciantur *P* patitur *M* paciatur *U* | 31 sustineat *PMU* | sanccimus *U* | ut *om. U* | nullus *P* | 32 dominio *Skutsch* | vel *add. Beck*, prove *Zachariae* | 33 instrumento *P* | fuisse *PM* | pragmatum *PM*, pragmat. *U* | CP.] const. *P* constant. *M* cons. *U* | dn.] dom. nro. *P* domn. n. *M* domino nostro *U* | iustiniano *PMU* | pp.] pio pp. *PM* | 34 pc. *om. M* | basili *PM*, bilisari *U* | uic. *PU* | XIII. *M*] XIV *P*, XII *U* | 35 absentes *U* | capiti *U* | 36 liberatos in ullam dilationem *U* | iuuemus *P* | 37 et *et* etiam heredibus eius *del. Zachariae* restitui *scribens cum Beckio*; *rectius* vel etiam heredibus eius *v.* 36 *deleveris* (*Skutsch*) | ut *add. Zachariae* | legis *P* | 38 subgerit *M* | consl. *P* consul. *M* consoles *U* | 39 qui *PMU* | uirisimile *MU* | ponamus *P* potamus *M* | diuerso *P* | tyrannides *U* | 40 permetuunt *PM* | vel *om. M* | quoque *et* alia *codd.* | a tutela *P* at tutela *M* adutela *U* | commissam] comissa uel *U*

actionem vel potentiam vel gratiam apud eum habentibus, sive venditione vel quibuscumque contracti titulis, modo vero quod factum est prius rescindi desiderare, utpote per violentiam vel per metum tyrannici temporis factum, sancimus omnibus esse licentiam sui recipiendi sive vindicandi vel possessionis a iudice adipiscendae, pretiis tantummodo videlicet restitutis, quae tamen eo qui se dedisse perhibet adprobante veraciter constiterit exsoluta, nec aliquo postea modo vel fraude subtracta vel ab eo recepta; cum non absque ratione esse putamus, multa tunc temporis per metum vel violentiam facta esse, quae nostris temporibus rescindi exposcit iustitia; poena videlicet instrumentis inserta propter praedictas sanctiones modis omnibus quiescente. Dat. sub die anno et cons. ss.

6 De tempore postliminii, id est post captivitatem. Cum autem deo propitio nostro imperio sint omnes restituti, sancimus pro nostrarum legum auctoritate triginta nec non et quadraginta annorum praescriptionem, alias insuper legibus • • • locum habere et suam tenere per omnia firmitatem, his dumtaxat temporibus, quae ab adventu tyrannorum bellica confusio comprehendit, nullatenus in praescriptionum curriculis imputandis. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [a. 554.]

7 Ut instrumenta inrita ⟨non⟩ revocentur. ⟨Cum autem⟩ cognovimus, dum hostilis ferocitas Romanam civitatem vel alias obsideret, diversos contractus esse factos inter Romanos qui obsidebantur vel etiam instrumenta conscripta, in praesenti vero quosdam praedictos contractus rescindere vel etiam instrumenta irrita revocare, sancimus, etsi postea per hostilem incursionem huiusmodi documenta perierunt, nullam esse licentiam quae facta sunt infirmandi, sed omnes contractus obsidionis tempore factos in sua firmitate durare, instrumentis etiam competentem vim habituris et nullo per eorum amissionem dominis praeiudicio generando. Quod enim rite perfectum est, per fortuitos belli casus subverti subtilitatis non patitur ratio. Dat. anno die et cons. ss.

8 De rebus mobilibus vel immobilibus. Res insuper mobiles vel immobiles seseque moventes, quas a Theodorici regis temporibus usque ad nefandissimi Totilae superventum quocumque iure vel titulo Romani possedisse noscuntur per se vel usufructuarias vel alias personas, per quas unumquemque praecepit possidere, in posterum sine aliqua concussione apud eos servamus, eo videlicet ordine, quo per praedicta tempora easdem res possedisse noscuntur. Dat. anno die et indict. ss.

9 Pro immunitate tributorum. Ne autem tributorum exactionis intuitu habitatores patiantur molestias quascumque provinciarum, sancimus nullius maioris dignitatis officia pro exigendis functionibus dirigi, sed per provinciarum iudices et eorum officia • • • quodcumque damnum collatores sustinere pro tributorum videantur exactione; licentia non deneganda maioribus iudicibus et eorum officiis, si minus inlatae fuerint functiones, ipsos iudices et eorum officia convenire, et quod minus est inlatum exigere, ut tam publicae rationes quam collatoris utilitas procuretur. Dat. anno die et cons. ss.

10 De confirmatione absolutionis tributorum. Ipsarum enim functionum solutionem per consueta loca vel tempora solemniter praecipimus fieri, nulla innovatione per hostilem adventum solutioni tributorum penitus inferenda, sed pro sua consuetudine vel nostrorum beneficiorum tenore sive ad arcam sive in provincia unumquemque solutionem in posterum etiam celebrare. Dat. anno die et cons. ss.

11 Ut leges imperatorum per provincias ipsorum dilatentur. Iura insuper vel leges codicibus nostris insertas, quas iam sub edictali programmate in Italiam dudum misimus, obtinere sancimus. Sed et eas, quas postea promulgavimus constitutiones, iubemus sub edictali propositione vulgari, ⟨et⟩ ex eo tempore, quo sub edictali programmate vulgatae fuerint, etiam per partes Italiae obtinere, ut una deo volente facta republica legum etiam nostrarum ubique prolatetur auctoritas. Dat. anno die et cons. ss.

12 De suffragio collatorum. Provinciarum etiam iudices ab episcopis et primatibus uniuscuiusque regionis idoneos eligendos et sufficientes ad locorum administrationem ex ipsis videlicet iubemus fieri provinciis, quas administraturi sunt, sine suffragio, solitis etiam codicillis per competentem iudicem eis praestandis ita videlicet, ut si aliquam collatoribus laesionem intulisse inveniantur aut supra statuta tributa

---

1 grauam *U* ‖ uenditiones *PU*] uinditionis sive donationis *M*, *corr. Pithoeus*, venditionis *Haenel* ‖ contractus *Zachariae* ‖ titulos *PM*, titulo *U* ‖ 2 uel *P*] aut *MU* ‖ tyrannicis *U* ‖ 3 possessiones *codd.* ‖ 4 praeciis *M* ‖ quae] qui *P* ‖ 5 aliqui *U* ‖ 6 potamus *M* ‖ temporis *Kroll*] tempore *libri* ‖ 7 iustitiam *U* ‖ *an* actiones? ‖ 8 et *om.* *U* ‖ 9 tempora *codd.* ‖ post liminum *P*, postliminium *M* ‖ est *om.* *P* ‖ captiuitate *P* ‖ dum *MU* ‖ nostri imperii *U* ‖ 10 auctoritatem *U* ‖ 11 perscriptionem *U* ‖ aliis *coni. Skutsch* ‖ cognitas *suppl. Zachariae*, *an* definitam? ‖ sua *U* ‖ 12 ad *PM* ‖ aduentum *MU* ‖ confusione *U* ‖ perscriptionem *U* ‖ 13 CP.] const. *PM*, cons. *U* ‖ dom. nn. iustiniano pp. *P*, domn. n. iustiniano pc. *M*, dom. nostro iustiniano pc. *U* ‖ aug. *om.* *MU* ‖ anno XVIII. *U* ‖ 14 basili *PM*, basilium *U* ‖ vc. *om.* *U* ‖ 15 *rubr. om.* *M* ‖ non *add. Zachariae* (*Osenbrüggen*) ‖ cum autem *addidi* ‖ hostiles *MU* ‖ 16 obsiderit *M*, obsederet *U* ‖ contractos *M*, contractores *U* ‖ factus *P* ‖ obsedebantur *U* ‖ 17 contractos *U* ‖ 18 irrita *om.* *MU* ‖ pro *U* ‖ 19 ea firmandi *U ex corr.* ‖ omnis *M* ‖ contractos *U* ‖ factus *M* ‖ 20 habituri *P* ‖ et *U*] sed *PM* ‖ nullum — praeiudicium generandum *codd.*, *corr. Zachariae* ‖ 21 enim] domini *P* ‖ fortuitu *U* ‖ belli casus subverti *Zachariae*] belli casus uerti *P*, bellica subuerti *M*, bellica subuertis *U* ‖ 22 et cons.] et consl. *PM*, consulibus *U* ‖ 23 *rubr. om.* *U*, de res mobiles uel immobiles *PM* ‖ 24 theuderici *U* ‖ tutele *P* ‖ 25 unusquisque *Zachariae*. *Mihi* praecepit *corruptum videtur* ‖ praecipit *U* ‖ 26 concussionem *U* ‖ quo] quod *codd.* ‖ 27 possedere *M* ‖ et indict.] in. d *P* ‖ asta *M* ‖ 28 exactiones *PM*, exactione *U* ‖ instituitu *U* ‖ 29 nullus *MU* ‖ 30 *excidit verbi causa* exactionem fieri, ne (*sim. Zachariae*) ‖ quocunque damno *U* ‖ 31 licentiam non denegandam *PU* ‖ officii *U* ‖ 32 et *prius om.* *U* ‖ exegere *M* ‖ ut tam *Osenbrüggen*] et tam *PU*, aetiam *M* ‖ 33 puplice *M* ‖ rationis *Haenel* ‖ conlatores *U* ‖ cons.] constit. *U* ‖ 34 absolutis *codd.*, ac solutione *Haenel* ‖ 35 nullam innouationem *U* ‖ aduentus *U* ‖ 36 inferendas *U* ‖ consuetudinem *U* ‖ beneficiorum *M* ‖ aream *U* ‖ 37 provinciam *MU* ‖ die *om.* *P* ‖ consl. *PM*, constit. *U* ‖ 38 vel] et *U* ‖ 39 inserta *U* ‖ edicta libro grammate *M* ‖ italia *U* ‖ optinere *P* ‖ 40 edictale propos. *U* ‖ et *add. Pithoeus* ‖ 41 quas ubedictali *M* ‖ programma seuolgatae *P* ‖ optinere *P* ‖ 42 re puplica *P* ‖ ibique *U* ‖ consl. *PM*, constitut. *U* ‖ asto *M* ‖ 43 de suffra collatores *U* ‖ ab] ad *M* ‖ 45 solitis *Kroll*] litis *codd.* ‖ iudicis *om.* eis *U* ‖ 46 lesiones *U*

aliquid exegisse, vel in coëmptionibus mensuris enormibus aliisque praeiudiciis vel gravaminibus aut iniquis solidorum ponderibus possessores damnificasse, ex suis satisfaciant facultatibus. Quod etiam si quis de administratoribus aut actionariis de praeteritorum nefandorum tyrannorum tempore fecisse invenitur, ex suis facultatibus ei, a quo abstulit, restituere iubemus, cum nos indemnitatem subiectorum undique volumus procurari. Dat. id Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [a. 554.]

13 Ut proprietas unicuique restituatur. Cum autem cognovimus, inimicis deo propitio diversis expulsis provinciis quosdam greges invenientes ab illis relictas [et] suo eas vindicare dominio, licet ad alios antea pertinebant, sancimus causa discussa, quantum quidem ad eos pertinet, eis praestari. Si quid vero ab aliis agnoscitur, dominum sua recipere, quod vero ex certo domino non cognoscitur, inter illos distribui, qui per eandem provinciam greges amisisse inveniuntur, divisione pro rata portione scilicet facienda. Dat. anno die et cons. ss.

14 De eo, cui aliquid ablatum est, ut restituatur. Si qui etiam collatorum per occasionem tributorum exactionis vel cuiuslibet oneris praetextu aut alio inrationabili modo a quibusdam in auro vel in speciebus laesi esse noscuntur, hoc etiam competenter ei, cui ablatum est, iubemus sine ambiguitate restitui, ut undique provinciarum habitatores legitime sua recipiant et nostri temporis possint felicitatem sentire. Dat. anno die et cons. ss.

15 De servis, qui tyrannorum tempore liberas duxerunt uxores. Illud etiam praeteritis capitulis inserendum esse censuimus, ut, si qui per Gothicae ferocitatis nefandissima tempora servi constituti liberas uxores inveniantur duxisse, vel etiam liberis hominibus ancillae coniunctae, licentiam quidem liberae personae discedendi per praesentes nostros mereantur affatus, ancilla videlicet vel servo in dominorum suorum iura remeantibus, nullo praeiudicio dominis servorum vel ancillarum ex praeterito tempore generando. Si vero in posterum etiam coniugia tenenda esse putaverint, nullum praeiudicium circa libertatem propriam patiantur, filii vero maternam condicionem sequantur; quod etiam in illis, qui ex tali coniugio nati sunt, obtinere iubemus. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [a. 554.]

16 De servis vel colonis ab alio detentis. Servos etiam vel colonos, quos ab aliquo contigit detineri, suis restitui dominis una cum medii temporis prole iubemus. Dat. die anno et cons. ss.

17 De deo dicatis virginibus. Cum autem tyrannicae ferocitatis praesumptionem res etiam inlicitas quasi permissas egisse sine dubio sit, sancimus, ut si qui mulieres deo sacratas vel habitum religiosum habentes sibi coniunxisse inveniantur, nullam eas tenendi vel dotes forte conscriptas exigendi licentiam habeant, immo magis nolentes mulieres abstrahantur ac suis iterum monasteriis vel ecclesiis aut sancto proposito, cui dedicatae sunt, restituantur. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [a. 554.]

18 Ne per comparationes specierum collatores graventur. Ne vero per coëmptiones etiam quodcumque collatores detrimentum sustinere inveniantur, sancimus per unamquamque provinciam illarum fieri specierum coëmptionem, quae per eandem provinciam abundare noscuntur; neque enim eius, quod ibi non abunde nascitur, coëmptionem fieri patimur; pretiis videlicet pro specierum venalitate, quae tunc temporis in foro rerum venalium obtinere noscuntur, statuendis, ipsis tamen pretiis specierum unicuique collatorum in tributorum imputandis exactionem. Commerciis videlicet navium nullo modo prohibendis, ut et noster felicissimus exercitus possit nutriri et collatores aurarias functiones ex abundantium specierum commercio infundere valeant; distributione coëmptionis pro arbitrio tam locorum antistitis quam primatum uniuscuiusque <regionis> celebranda, ne collatores ex officiorum avaritia per quemcumque modum opprimi videantur. Dat. die anno et cons. ss.

19 De mensuris et ponderibus. Ut autem nulla fraudis vel laesionis provinciarum nascatur occasio, iubemus in illis mensuris vel ponderibus species vel pecunias dari vel suscipi, quae beatissimo papae vel amplissimo senatui nostra pietas in praesenti contradidit. Dat. die anno et cons. ss.

20 De mutatione solidorum id est monetae. Cum autem scimus, veterum Romanorum principum solidos per illa loca facile inveniri, comperimus autem negotiatores vel alios quosdam propter mutationem solidorum dispendium aliquod collatoribus nostris inferre, sancimus solidos Romanorum principum forma signatos sine permutationis dispendio per omnes provincias ambulare et per eos celebrari contractus;

---

1 uel inceptionibus *U*, quoemptionibus *P* | inormibus *P*, inurmibus *M*, *om. U* (*cuius hinc non iam omnes affero lectiones*) | aliis *om. M* | 5 CP.] const. *MU*, *om. P* | dn.] dom. nn. *P*(*M*?) dom̄ *U* | iustiniano *codd.* | Aug. *om. U* || pc.] patrici. *M* | basili *PM*, basilium *U* | uic. *P* | 7 et *del. Zachariae* | 9 agnoscetur *P* | ex certo *Zachariae* (a certo *R. Schneider*)] excepto *codd.* | 10 rata scilicet portione *MU* | 11 consule *PM*, constit. *U* | 12 *totum c. XIV om. U* | eo] eis *PM* | qui] quis *PM* | 13 exactiones *PM* || aut] ut *P* | 16 consl. *PM* | 17 XIV *U et sic deinceps* | 18 guthicae *M*, gutice *U* || 20 affatus *anonymus in marg. Pith.*] affectus *PM*, afectu *U* | 21 remeantibus *Osenbr.*] remanentibus *PM*, manentibus *U* | 23 fili *P* | tali *corruptum iudicat Zachariae. Discernitur inter eos qui nascentur et qui nati sunt* | 24 optinere *P* | idus *U* | CP.] const. *PM*, cons. *U* | dn.] dom. nn. *P*(*M*?) dom̄ *U* | iustiniano *libri* | pp.] pio pp. *libri* | 25 basili *M*, basali *U* | uic. *P* | 26 seruos *MU* seruo *P* | vel *PU*] et *M* || colonos *et* detentos *libri* | seruus *P* | contegit *P* | 27 unam *M* | consl. *PM*, consul. *U* | 28 dicatas uirgines *PMU* | 29 si quis *P* | 30 eas *Osenbr.*] eis *libri* | exigendi — ac suis *om. P vulg.* | 31 ac *M*] ad *U* | 32 dat. subd. id. *M* | CP.] const. *libri* | dom. n̄ro (nn. *P*) iustiniano *libri* | pp.] pio pp. *PM*, pio *U* | 33 basili *PM*, basiliu *U* | 34 pro *P* | collatorum *libri* | 35 unumquemque *P*, unamquemque *MU* | 36 enim *om. MU* | 37 habunde *M* | non fieri *M* | uenalitatem *PM* | 38 optinere *P* | 40 *an* arcarias? | habundantium *P* | 41 antistites *P*, antistetis *M* | 42 regionis *addidi* (*cf.* 800, 44), civitatis *Zacharias* | auatia *P* | 43 consl. *PM*, constit. *U* | 45 occansio *P* | 46 cons. ss.] consl. sus. *P*, consl. ss. *M*, consti. ss. *U* | 47 solitorum *M* | monite *MU* | principium *P*

eo qui dispendium aliquod pro mutatione solidorum inferre praesumpserit, pro unoquoque solido alterum tantum ei, cum quo contraxerit, inferente. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [a. 554.]

21 **Ut pretio satisfaciat de quo tulit quis.** Si quis etiam de rebus immobilibus ad alium pertinentibus aliquem ornatum vel materiam abstulisse inveniatur, modis omnibus restituere, vel si iam alicui iniuncta sint aedificio, pretio satisfacere coartetur, ut undique nostrarum legum conservetur auctoritas. Instrumenta etiam, quae ad alios pertinentia forte ab aliis detinentur, prioribus dominis iubemus restitui, ut omnes undique nostrarum legum adiutorio potiantur. Si vero instrumentum perisse inveniatur, cuius exemplar apud alterum invenitur, utpote duobus scriptis authenticis, prout in contractibus solitum est, ex eo, quod apud partem alteram invenitur, aliud conscribi iubemus et parti dari, cuius iam instrumenta perierunt, ut competentem possit habere cautelam. Sed et si quis instrumentum alienum sive ipse tollendo sive quocumque casu inveniendo malignitate vel incendit vel abscondit aut corrupit aut quocumque modo habere desierit, tunc quanti interest eius, ad cuius iura instrumenta pertinebunt, is qui dolum fecit satisfacere compellitur. Dat. die anno et cons. ss.

22 **Ut annona ministretur medicis et diversis.** Annonam etiam, quam et Theodoricus dare solitus erat et nos etiam Romanis indulsimus, in posterum etiam dari praecipimus, sicut etiam annonas, quae grammaticis ac oratoribus vel etiam medicis vel iurisperitis antea dari solitum erat, et in posterum suam professionem scilicet exercentibus erogari praecipimus, quatenus iuvenes liberalibus studiis eruditi per nostram rempublicam floreant. Dat. die anno et cons. ss.

23 **Ut civiliter inter se causas audiant.** Lites etiam inter duos procedentes Romanos vel ubi Romana persona pulsatur, per civiles iudices exerceri iubemus, cum talibus negotiis vel causis iudices militares immiscere se ordo non patitur. Dat. die anno et cons. ss.

24 **Ut mutationes in suo statu stent.** Rei publicae permutationes etiam vel comparationes sive competitiones cum publico factas usque ad adventum sceleratae memoriae Totilae in sua firmitate servamus, si tamen nulli aliquid alio possidenti competit. Dat. die anno et cons. ss.

25 **Ut fabricae publicae serventur.** Consuetudines etiam et privilegia Romanae civitatis vel publicarum fabricarum reparationi vel alveo Tiberino vel foro aut portui Romano sive reparationi formarum concessa servari praecipimus, ita videlicet, ut ex isdem tantummodo titulis, ex quibus delegata fuerunt, praestentur. Dat. die anno et cons. ss.

26 **Ut per negotiatores coëmptiones fiant.** Super haec cognovimus, Calabriae vel Apuliae provinciae possessoribus pro coëmptionibus non inferendis superindicticium titulum impositum esse pro unaquaque millena; unde coëmptiones per negotiatores annis singulis exerceri, in praesenti vero negotiatoribus specierum coëmptiones recusare temptantibus tam superindicticium titulum quam coëmptionis onus provinciae possessoribus imminere; cum abunde mercatores sint, per quos possit exerceri coëmptio, sancimus magnitudine tua haec examinante, si possibile sit per negotiatores species comparatas inferri, collatores provinciae nullatenus praegravari, cum superindictitio titulo semel eis imposito coëmptionis etiam onus inferre sit impossibile. Dat. die anno et cons. ss.

27 **Ut qui voluerint ad praesentiam imperatoris navigare, non impediantur.** Viros etiam gloriosissimos ac magnificos senatores ad nostrum accedere comitatum volentes sine quocumque impedimento venire concedimus, nemine prohibendi eos habituro licentiam, ne senatoribus nostris vel collatoribus debitus introitus quodammodo videatur excludi. Sed etiam ad Italiae provinciam eundi eis et ibi quantum voluerint tempus commorandi pro reparandis possessionibus aperimus licentiam, cum dominis absentibus recreari possessiones aut competentem mereri culturam difficile sit.

Quae igitur per hanc divinam pragmaticam sanctionem nostra statuit aeternitas, magnitudo tua modis omnibus effectui mancipare observarique procuret, poena decem librarum auri imminente contra temeratores nostrarum iussionum. Pragmatica dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. Narsi viro ill. praeposito sacri cubiculi, Antiocho viro magnifico praefecto per Italiam. [a. 554.]

---

1 eo — inferente *Zachariae*] eum (eam *U*) — inferat *libri*, eumque — inferre *Haenel* ‖ pro mutatione *MU*] permutationi *P* ‖ 2 ei] et *MU* ‖ cum] ci *P* ‖ contruxerit *M* ‖ idus *U* ‖ CP. — pp. *om. U* ‖ const. *PM* ‖ dn.] dom. nn. *PM* ‖ iutiniano *PM* ‖ pp. *P*] pio pp. *M* ‖ 3 pc.] pp. *P* ‖ basili *PM*, basil. *U* ‖ uc. *MU*] cons. *P* ‖ anno *om. M* ‖ *Cap.* 21 *extat in l(ege Romana canonice compta) fol.* 172ᵛ *ubi post inscr. add.* Kap. XXI ex fine nouellae ‖ 4 pretio *U*] pretium *PMl* ‖ satisfaciant *U* ‖ de quo *MUl*] et quod *P* ‖ abstulit *Zachariae* ‖ 5 materiam abstolissit inueniantur *M* ‖ iam *om. l* ‖ 6 iniunctis *P* ‖ praeo *M* ‖ 7 alium *l* ‖ ab *om. M* ‖ prioris *P* ‖ 9 inuenitur *Pl*] inueniatur *MU* ‖ autenticis *P* atenticis *M* ‖ contractis *P* ‖ solutum *libri* ‖ 10 et] ut *l* ‖ patri *M* ‖ qui instrumentum *l* ‖ 12 inueniendum *P* ‖ at quocumque *M* ‖ 13 pertinebant *Osenbrüggen* ‖ is *P*] his *MU* ‖ 14 *subscr. om. l* die et ann. *MU* ‖ 15 annonas ministrentur *libri* ‖ quam theodericus *M*, theudericus *U* ‖ 16 solidus *M pr.* ‖ 17 quas *Haenel* ‖ uratoribus *MP* ‖ ante *MU* ‖ solidum *M pr.* ‖ 19 puplicam *P* ‖ anno et *U*] anno *P*, et anno *M* ‖ 21 iudices — vel (?) *om. U* ‖ exercere iuuemus *P* ‖ 22 patiantur *MU* ‖ et *om. PM* ‖ 23 rea *P* ‖ vel *om. MU* ‖ 24 competit petitiones *P*, condictiones *Gothofredus*, compactiones *Zachariae* ‖ puplico *P* ‖ tatele *P* ‖ firmamus *P vulg.* ‖ 25 possidenti *Zachariae olim*] possidente *libri* ‖ et *U om. MP* ‖ 26 fabricas publicas *libri* ‖ consuitudinem *M* ‖ priuilegio *P* ‖ 27 puplicarum *P* ‖ albeo *P* ‖ fortui *MU* ‖ sive] sue *MU* ‖ 28 hisdem *MP*, eisdem *U* ‖ 29 et *om. libri* ‖ 31 super indictium *M* ‖ 32 unaquaeque *MU* ‖ 33 temptantibus *Osenbrüggen*] temptantes *PM* ‖ 34 *an* et cum? ‖ marcatores *P* ‖ pro quos *M* ‖ possint *libri* ‖ 35 magnitudinem — examinantem *libri*; *correxi* ‖ 36 super indictico *M* ‖ honus *P* ‖ 37 et *om. libri* ‖ ss.] sp. *M* ‖ 38 uoluerit *et* impediatur *P* ‖ 39 nostram *PM* ‖ volentes *Beck*] uolentibus *libri* ‖ 40 neminem *libri* ‖ 41 prouincia *P* prouinciae undicis *M* ‖ 42 comeandi *M* ‖ dominus *P* ‖ 44 per hac *M* ‖ 45 effectu *M pr.* ‖ observare *PM*, *correxi* ‖ procurit *M* ‖ 46 pragmaticam *PU*, pragmat. *M* ‖ Const. — Aug. *om. M* ‖ CP.] const. *libri* ‖ dn.] dom. nn. *P*, dom. ñro *U* ‖ Iustiniani] iustiniano pio *P*, iust. pie *U* ‖ pp. *P*] pc. *U* ‖ 47 basili *libri* ‖ vc. — cubiculi *om. U* ‖ anthioco *libri* ‖ 48 italia *libri*

VIII.

LEX QUAE DATA EST PRO DEBITORIBUS IN ITALIA ET SICILIA.

In nomine domini nostri Iesu Christi Imperator Caesar Flavius Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus Germanicus ⟨Anticus Alanicus⟩ Uuandalicus Africanus pius felix inclytus victor ac triumphator ⟨semper⟩ Augustus Narsi Panfronio et senatui.

